BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
13
11 C
11

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

20.0.38.

13-13-d 2

Coll. Rom. Soc. Iesu. Cat. inscrip.

MATTHAEI VVESENBECII

OECONOMIA IVRIS:

B. 5.tae

Ex recognitione authoris.

Cum INDICE *accurato & locuplete.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BASILEAE,

EX OFFICINA EPISCOPIANA, PER EVſebium Epiſcopium, & Nicolai fratris hæredes.

Anno M. D. LXXIIII.

INVICTISS. CAESARI
D. MAXIMILIANO II. AVGVSTO
Optimo Maximo.

MITTO *T. ad M.* IMPERATOR *Oeconomiã Iuriſprudentiæ: non tam lautam illam quidem & elegãtem, quàm in luculento ueterum, primæq́; claſsis anteceſſorũ mundo, cultioribus illis ſeculis, coagmẽtata decenter ac collocata quondam apparuit: ſed qualem in funeſta, deq́; cœlo tacta domo, ex malè receptis Triboniani rutis cæſis, conſtruẽdi facultas, utcunq; pro noſtro ſanè captu fuit: cuiuſq; tamẽ modi ſit, promam, ut arbitror, condamq́., rerum mea quidem ſententia bonarum, neque iuuentuti noſtræ, niſi ualde fallor, inutilium. Cui ſiquidem regia* CAESAR *tua, quã ad omnẽ Reipub. procurationem, iſtiuſmodi cũ primis inſtructus egere cõſtat: uel maior ille potius, melioŕq; regniš animus, uerè regius, qui mihi multorum eſt inſtar, aditum non difficilem, ſedemq́; accommodatam dabit: cauſa nimirum erit, cur ſecundum hæc conſectaria, deinceps in maioribus, quæ dudũ ingreſsi ſumus ſcribere, contendamus paulo uehementius: & mercem induſtriæ ſubtilioris aliquam, expromamus aliquando probiorem: quæ cùm T.M. inſcriptione dignior, tum exiſtimationi, ſi qua tamen eſt, noſtræ fortaſsis honeſtior ſit futura. Sin autem poſtremis iſtis temporibus atq; moribus, hoc totum ſordet commẽtandi genus: adeoq́; quomodo nunc ſiunt iudicia, neq; culpæ reprehenſionem, nec ſtulticiæ uituperationem, id agentes declinare poſſumus: concedatur tamen nobis, abſoluere ſaltem inchoata iam pridem, in eumq́; propemodum adducta locum, ut parum conſultò cœpiſſe magis pœniteat, quàm non detexere ſemel exorſa libeat. Itemq́; uenia rationi detur noſtræ, ſed ad eum, quẽ res ferunt, modum ita cõſtituta, ut quantumcunq; ſuppeditatur ocij, quod rarum eſt certè, conciſumq́;, liceat iſtic locare prius: & occupatis eiuſmodi ſtudijs, ab ingenti productoq́; longinquitate, ac uarietate cumulato mœrore iacentẽ animum ſeuocare: quàm aut indulgendo doloribus, extremum uitæ diem ante fati neceſsitatem accelerare: aut malè, nihilue, uel aliud etiam agendo, conſumere uitam perditè, neq; ſibi nec alteri profuturam. Cuius utiq; noſtræ, ſicut ærumnoſum ſimul & laborioſum eſſe ſpacium ſentio: ſic breue, fauente*

Deo, diruptumq́; futurum ominor. Quo danda magis eſt opera, tam in præcipiti curſus incitatione, ne quid uacui quandoq; temporis, ſine fructu poſteritatis elabatur. Addam & illud, niſi dictu nefas habetur, in tam lamentabili patriæ meorumq́; uice, αἰσχρὸν σιωπᾶν: neq; uel Auguſtam T. M. fidem ac opem inclamare: uel aliquam cùm ueræ ὁμολογίας, tum uerò συμπαθείας ſignificationem propalàm dare. De quo nec ſcribere pro magnitudine commodè, neq; conqueri perinde uelut dolet grauiter, nec uociferari quantum opus eſt liberè, neque deplorare ſatis dolenter, intelligo nunc me poſſe. Sed iſta ſine quidem exceptione, propitio, cunctaq́; prouidenti ſimul & diſpenſanti Deo, curæ prorſus erunt: T. uerò M. cui diuini partes officij profectò datæ ſunt, prout æquius melius uidebitur, cunctorum ſpe pariter & expectatione bonorum, decernenda tandem, ſummaq́; cum tua gloria, tuorumq́; ſalute, tranquillanda ſemel relinquuntur.

V. C. M.

ſubiectiſſ.

Matthæus Vueſenbecius.

INSTITVTIONVM OECONOMIA.

IVS OMNE ROMANVM, quod in ſcholis unà profitemur, & in foro uerſamus, partim eſt Ciuile, partim Canonicum. Illud Iuſtinianum Auguſtū, hoc Pontifices Romanos laudat authores. Iuſtinianus Imperator ius Romanorum ciuile, (nam priſcū illud Pontificium, quod ad ſacra ethnica, & ſacerdotes eiuſdem farinæ, pertinebat, ut nullius in Chriſtianiſmo uſus, rectè prætermiſit) quatenus ad omnē poſteritatē, & quibuslibet in populis ac iuriſdictionibus, à ſumma quam præ ſe fert æquitate, magnam habiturum utilitatem uidebatur, in tres omnino libros digeſſit, Inſtitutiones, Pandectas, & Codicem: cuius Nouellæ conſtitutiones, quædā uelut pars & appendix ſunt [a]. Inſtitutiones, ut nomen ipſum eſt argumento [b], prima doctrinæ iuris elementa proponunt [c]: unde uelut in reliquis etiam diſciplinis, eruditionis primordia meritò capiuntur [d]. Hæ quadam artificiali diuiſione tres in partes, tanquam organicas, ſecundum tria iuris obiecta, circa quæ ius omne ſeſe uertit [e], aptè diſtribuuntur: quarum prima ius perſonarū, ſecunda rerum, tertia actionum comprehendit [f]. Sed quia rerum cauſa duplex eſt, altera dominij [g], altera obligationis [h]: idcirco alia quadam partitione, quam inartificialem nominare poſſumus, in quatuor libros, velut æqualia totius corporis mēbra, Inſtitutiones ſunt diſſectæ [i]. Horum primo, ſecundum iuris principia, quæ procemij loco rectè præſternuntur, de iure perſonarum: ſequente, de dominijs rerum: tertio, de rerū obligationibus: quarto, de actionibus, ἐντάγματα, tractatur. Author operis, Iuſtinianus. συνεργοὶ Theophilus, Dorotheus, & in primis Tribonianus [k]. Impulſiua cauſa, ciuilis diſciplinæ, iuris, ac iudiciorum perturbatio, & hanc ſubſecuta emendationis neceſsitas [l]. Materia ex qua, ueterum Iuriſc. Inſtitutiōes, aliaq́; Caij præcipuè, ſcripta [m]. Materia circa quā, principia [n] & obiecta [o] iuris: de quibus non omnia neque obſoleta & antiquata, ſed

a *l. 1. 2. C. de uet. iur. enucle. et in conſtitut. διδασκ.*

b *l. penult. in princ. locat. l. ſi cuius. 13. l. inde. 5. de uſufruc.*

c *§. antepe. in procem. Inſt. d. conſtit. διδασκ.*

d *§. his igitur. Inſt. de iuſt. et iur. d. conſtitut. διδασκ.*

e *§. ult. Inſtit. de iur. natural. l. 1. 2. de ſtat. hom.*

f *d. §. ult. et de rer. diuiſ. de act. in princip.*

g *inſ. de rer. diuiſ.*

h *inſ. de oblig.*

i *in princ. Inſtit. de obligat. ex delict.*

k *in procem. Inſt. & conſti. διδασκ.*

l *uide l. 2. C. de uet. iure. conſtit. διδασκ. & procem. Pandect.*

m *§. quæ ex omnibus. in procem. Inſtit.*

n *de iuſt. & iur. cum tit. ſequen.*

o *de iure perſona.*

c. reſponſa. 6. diſt. 2.

ut initio

ut initio cuiuſcunque artis fieri par eſt, prima præcipuaq́;, nec non maximè neceſſaria Iuriſprudentiæ capita, cómuneſq́; quędã theſes, regulæ, definitiones item uniuerſales, his in elementis proponuntur [a]. Forma compoſitionis εἰσαγωγικὴ ad principẽ maximè διδασκαλίαν accommodata: quod non de exquiſita methodo, ſed populari quadã tractatiõis ratione, nimirũ argumento huic forenſi potiſsimùm apta, candidè acceptũ uolo. Finis, ut diſcere uolentibus re ipſa ſint, quod nomine profitentur, Inſtitutiones, & συμμετρικὴ quædam ac conueniens primæ eruditionis Iſagoge [b]. Effectus, quòd habeant uim legum, tam in foro quàm ſchola [c]. Adiacẽtia, ordo & breuitas [d]: item in diſcentibus, ingeniũ, & uehemens ad hoc ſtudiũ affectus, eidemq́; reſpondens aſsiduitas & exercitatio [e]. Affinia, præter reliqua iuris utriuſq; uolumina, ius diuinum [f], omnis Iuriſprudẽtiæ norma quædam ἀρχιτεκτονικὴ: & cùm ceteræ liberales diſciplinæ [g], tum in primis ethica ac dialectica: quarũ illa Iuriſprudentiæ parens eſt. ubi namq; definit Ethicus, incipit conſultus [h]. hæc cùm huius, tum omniũ ſcientiarũ uelut ingenioſa diſpenſatrix & adminiſtra perhibetur. Cõtraria, uerboſitas, ταυτολογία, res obſoletæ, ſingulares, obſcuræ, minutæ, difficiles, & id genus alia [i], tyronum captui minus obuia, nec ſatis accommodata: quibus à uitijs utinã compoſitores noſtri tam accuratè libellum hunc ſeiungere, purumq́; putum præſtare ſtudio habuiſſent, quàm id præclarè uoluit Iuſtinianus, & in procœmio huius epitomes recepit. Sed quandoq; bonus dormitat Homerus: neq; principum conſilijs & mandatis officia ſemper ad amuſsim reſpondent: nec in humanis deniq; quicquam omnibus eſt numeris abſolutũ. Proinde rẽ ad ipſam modò ueniamus.

a §.2. de iuſt. et iur.
b conſt. διδασκ.
c §. ult. in procem. Inſtit. l. 2. §. ſed cum. 8. C. de uet. iur. enucle. §. cuius. conſtit. omnium. & conſti. διδασκ. in procem. Pandect.
d §.2. de iuſt. & iur. et in procem.
e uide quæ dixi in princ. Inſt.
f c. 1. 2. diſtin. 1.
g l. 1. in princ. de uar. & extraor. cog.
h Sic Ethic. Ariſt. ſequuntur πολιτ.
i in procе. Inſtit. & §. 2. de iuſtit. & iur.

INSTITVTIONVM LIBER I.

IVris ſtudioſum in primis ſcire oportet quid ſit ius, in quo uerſatur [a]. Id ex cauſis, definitionibus & diuiſionibus eiuſdem, cognoſci poteſt [b]. Scire quippe rem eſt per cauſas noſſe [c]. Cauſa iuris noſtri, ſcilicet Romani, de quo ſolo tractamus, eſt [d] iuſtitia. 1. Ius ars boni & æqui [e]: id eſt, ut ſub nomine Iuriſprudẽtię definitur (nec enim aliud ius eſt Rom. de quo tractamus) diuinarum atque humanarum — 1. De iuſtitia & iure.

a l. 2. §. Seruius. 22. de orig. iur. l. 1. in princip. de iuſt. & iur.
b l. ſcire. 17. de legib.
c Ariſt. 1. Poſter. & 1. Phyſ. & 2. Metaph. Mopha de ratio. ſtud. lib. 1. ca. 4.
d uide j. & ff. de iuſt. & iur.
e l. 1. de iuſt. & iur.

rum rerum noticia, iuſti atque iniuſti ſcientia [a]. Eſt autem reſpectu finis, cuius præcipua meritò habetur ratio [b], uel publicum, quod ad ſtatum Reipub. Romanæ ſpectat: uel priuatum, quod ad ſingulorum utilitatem [c]. Illud ex opportunitatib. uſuq; Imperij potiſsimùm Romani ſumptũ, ut fini nimirũ ſuo congruat. In quo nulli fit iniuria, licet nõ omnia principijs hîc naturæ cõueniant: cũ hoc nõ priuatę ſingulorum, ſed publicæ res, quę nullius ſunt in bonis, diſpenſentur. Priuatum uerò, quia priuatorũ fortunas moderatur & diſtribuit, idcirco conueniens & opportunũ, acceptumq; ſingulis, atq; ita perpetuum concordiæ uinculũ ut ſit, iuſtum & æquale cuiq; debet eſſe: quod aliter effici nequit, quàm ſi de principijs boni & æqui, natura notis ac immotis, arceſſatur, & cum his maxima ſaltẽ parte congruat.

2. De iure natur. gẽt. & ciuil.

Eſt itaq; ductũ partim ex pręceptis naturæ cõmunis 2, quę quædam iuris principia in ea animæ facultate, qua iraſcimur & appetimus, cuiusq; animantes etiã reliquæ nõ ſunt omnino expertes, innata habet: quod naturale ius appellatur [d]: partim ex naturæ ſolius humanæ recta ratione, eiuſdemq; ratiocinatione & uſurpatione: quod noſtris ius eſt gentiũ [e]: partim etiã ex inſtitutis ſcitisq; ciuilibus, tam aliarũ bene cõſtitutarũ Rerumpub. quàm ipſius pop. Ro. [f] cuius unius ius de illis, ad quos digitũ modò intendimus, fontibus, quatenus priuatũ eſt, deriuatũ [g], libris noſtris ſolùm explicatur. Itaq; nõ ſunt hæ ſpecies à iure Rom. ſeparatæ: ſed huius genere cõplexuq; cõtinentur oẽs. Nec enim ius nobis eſt naturale, quálibet iuris ſpeciem ex natura ducat, quod ciuitate Romana non ſit donatũ. ut, uerbi gratia, obligatio ad ἀντίδωρα, uindicta, bonorũ cõmunio, de ingrato actio, promiſcua maris & fœminæ uel pluriũ cõiugatio, &c. neq; ius gentiũ, ſeruitutes, poteſtas dominica, comerciorũ iura, &c. nec ius ciuile Atticũ, Spartanũ, aut alterius populi: niſi quatenus unũquodq; horũ in ll. XII. & cõmẽtarios noſtrorũ relatũ eſt. Quæ uerò inde ſumpta, & ciuitate Romana, uel uſu uel cõſtitutione donata ſunt, reſpectu cauſæ tãtũmodo ſic diſcernuntur, ut alia naturæ, alia iuris gẽtiũ, alia ciuilia ꝓhibeantur: cũ unũ ſint ius Ro. quo ſenſu ex antiqua aut noua Roma ius omne ſuũ ortũ trahere ꝓhibetur [h]. Sic etiã, ut exemplis res fiat planior, prohiberi dicũtur, accuſare [i], iudicare [k], poſtulare [l], teſtamẽtum cõdere [m], nubere [n], alij natura, alij morib. alij legib. alij ſexu, ætate, cõditiõe, &c. oẽs enim hæ prohibitiones iuris Ro. ſunt:

quamuis

a *in prin. h.t. l. iuſticia. 10. D. eo.*
b *c. dilectus. 26. ubi gloſ. uerb. cauſa. de reſcript. Bal. l. eam. 14. nu. 4. C. de fideic. Auth. ex cauſa. C. de lib. præt.*
c *l. 1. §. 1. de iuſti. & iur. §. ult. h. t.*
d *l. 1. in fi. ff. eo. in princ. h. t.*
e *§. 2. 3. 4. cum ſeq. h. t. l. 2. 4. 5. 9. pẽ. eo.*
f *l. 6. cũ ſeq. eo. §. conſtat. 4. cum ſeq. h. t.*
g *l. 1. §. ult. cũ ll. ſeq. l. oẽs. 9. l. pen. de iuſt. & iur. §. 1. 2. 3. cum ſeq. h. t.*
h *l. omnes. 6. C. de ſeruis.*
i *l. hos accuſare. 12. de accuſat.*
k *l. cũ prætor. 12. de iudic.*
l *l. 1. de poſtulando. cũ ſimil.*
m *l. 5. & paſſim de teſtã.*
n *in princ. Inſt. de nup. et ff. eo. paſſim.*

quemuis ortũ & τὸ δίκαιον ſuũ aliꝗ aliunde, quò etiã hactenus referũtur, trahãt. A' forma porrò diuiditur in ius ſcriptũ & non ſcriptũ [a]. Aut enim ſcripto conſtat, ut leges [b] pop. Ro. quæ tabulis æreis incidebãtur [c], plebiſcita [d], ſenatuſcõſulta [e], principum placita [f], magiſtratus edicta [g], prudentum reſponſa [h]: aut ſine ſcripto, ex moribus utentium inueteratis exiſtit: ut conſuetudo [i]. Materia latiſsimè patet & extenditur: cùm ad perſonas quibus ius redditur, quarũq; cauſa cõſtitutum hoc eſt [k]: tum ad res, de quibus redditur: tum ad actiones, per quas redditur [l]. Perſonarũ ius 3 circa ſtatum potiſsimùm uerſatur: hoc eſt, circa perſonalem capitis conditionem, in qua hominum quiſq; ſtat [m]: unde & dictus ſtatus. Hæc enim prima & ſumma eſt de homine iuris quæſtio [n]: nam ſexus naturæ, non iuris eſt. Caput ſtatus partim eſt publicum ſeu humanũ, ex iure gentiũ: partim ciuile, ex iure ciuitatis: partim domeſticum familiare ſeu gentilitium, ex iure familiæ: quæ tria ſtatus capita, ut inquit Alphenus [o], à genere, à ciuitate, à rerũ (ſcilicet humanarũ) cõmuni natura tribuuntur, & maxima, media, minima capitis diminutione tollũtur [p], aut certè mutãtur & minuuntur: ut in minima minutione olim, durantib. adoptionũ atq; emãcipationũ ſolennibus [q], uſuuenire cõſueuit. Quod ad ſtatum attinet publicũ iuris gentiũ (natura enim cõmuni omnes eàdem conditione naſcuntur [r]) aut liberi ſunt homines, aut ſerui. Illi in naturali degunt facultate faciẽdi quod libet, niſi quid ui aut iure prohibeatur [s]: hi in bellis capti ſeruatiq; [t] (unde nomẽ & origo eſt) contra naturam dominio ſubijciuntur alieno [u]: quorum quidẽ una eſt conditio [x], nempe libertatis priuatio: in qua eandẽ omnes ſeruitutem ſeruiunt. Nam Vaſalli, Mercenarij, & ſimiles liberi noſtræ ætatis homines, ſerui non ſunt, etſi ſeruitia debeant nõ magis quàm liberti, qui operas [y]: ſecundum quid tamen, hoc eſt, miniſteria [z], nõ ſimpliciter, neq; quo

3 De iure perſonarum.

a §. cõſtit. h. t.
b §. lex. h. tit.
c l. 2. C. de frumen. ſeu cano. urb. Conſtan. lib. 11. c. lex eſt. c. conſtitutio. diſt. 1. l. humanũ. 8. uerb. dictari. C. de legib. l. 2. §. 1. uerb. in tabulis perſcriptus. de orig. iur.
d §. plebiſcit. hoc tit.
e §. ſenatuſcõſ. hoc tit.
f §. ſed & quod princ. hoc tit.
g §. prætoriũ. hoc tit.
h §. reſponſa. hoc tit. l. 6. eod.
i §. ex nõ ſcripto. 10. h. t. l. de quibus. 31. de legib.
k l. 2. de ſta. hom.
l §. ultim. hoc tit. l. 1. de ſtat. homin.
m l. de ſtatu. 15. de teſtament. tot. tit. de ſtat. lib. & C. ne de ſtat. defunct. l. 3. de capit. diminutio. l. Caius. 12. de iur. patronatus.
n l. 3. de ſtat. hom.
o l. 3. de interd. & relegat.
p uide j. & ff. de cap. diminut.
q l. ult. C. de emanc. Vlpia. tit. 10. ubi Cuiac. uide quæ dixi Inſtit. de cap. dimi. §. 1. num. 6.
r l. quod attinet. 32. de reg. iur. l. hos accuſare. 12. §. pen. de accuſat.
s l. 4. de ſtat. hom. in prin. h. t.
t Cic. pro L. Flacco ſi de gente Iudaica loquitur, quòd fuerit uicta, capta, ſeruata.
u l. 5. de ſtat. hom. l. 4. de iuſt. & iur. 1. hoc tit.
x l. 5. de ſtat. hom.
y tot. tit. de oper. lib.
z l. 4. de uſu & habitat. uide Bal. §. ult. de pace conſt. Theop. in §. 1. Inſtit. eod. l. 1. §. familiæ. de ui arma. & Inſtit. per quas perſon. nob. acq. in fin.

quo ad ſtatum, ſeruis cõparãtur [a]. Liberorum quidã ingenui ſunt, quidam libertini. Illi naſcuntur, hi fiunt. Nam

4. De ingenuis.

ingenuus 4 eſt, qui ſtatim ut natus eſt, liber eſt [b]: cuiuſmodi habetur, qui ex matre libera naſcitur [c]. Etenim huic libertatẽ ſemper agnaſci neceſſarium eſt, ſiue ex iuſtis nuptijs procreetur: quia tunc iure ciuili particeps eſt conditionis & ingenuitatis paternæ [d]: quem patrem, ut conſtet matrimonium, liberum & ciuem Romanum eſſe opus eſt [e]: ſeu extra nuptias generetur: quod tũ lege naturæ (ad quã hîc itur, quia ciuili non agnoſcitur) cũ generatorẽ iure ciuitatis iuſtum, cuius familiæ inſeratur, non habeat, cõditionẽ uentris, hoc eſt matris ſequatur [f]. Ingenui perhibentur omnes in orbe Romano uiuẽtes, Antonini Baſsiani, aut ſaltem Seueri (quẽ & Alexandrũ uocant) conſtitutione, ciues Romani effecti ſunt [g]: cùm alia ciuium, alia Latinorũ, alia peregrinorum antea fuiſſet conditio [h]. Quod diſcrimẽ pòſt in bonis manſit, etiam ingenuorum [i], quemadmodũ & in perſonis libertinorum [k]: quorum multitudine ciuitatem, præter morem maiorum, decuſq; Reipub. compleri, ueteres noluerunt [l]. Sed hoc quoq; Iuſtinianus ſuſtulit [m].

5. De libertinis.

Libertinos 5 fieri diximus. Sunt enim quos ex iuſta ſeruitute domini manumittunt [n] (qui ſcilicet nõ ex aliqua cauſa, uelut in fraudem creditorum [o], aut ob minorẽ ætatẽ [p],

6. Quibus ex cauſ. manu. nõ poſ.

7. De lege Fuſia (uel, ut uet. habent, Suſfia) tollenda.

lege Ælia Sentia manumitterere prohibeantur 6:) aut inter uiuos, aut in ultima uoluntate 7: cuius libertatem ueteri lege Fuſia Caninia nonnihil hac in parte conſtrictã [q], Iuſtinianus ea antiquata planè uoluit eſſe ſolutam: oẽsq;, quod magis eſt, etiam libertinos, Latina & dedititia libertate ſublata, poſt adeptam mox libertatem, ciues effici Romanos [r]: cum antea ſolennius tantùm manumiſsi ciuitatẽ adipiſcerentur, reliqui priuatè mancipio nexuq; ſoluti, Latinorum duntaxat ſtatum adſciſcerẽt, aut extrema deditiorum conditione relinquerentur [s]. Quod quidem Iuſtiniani beneficium. perinde credo tunc gratum fuiſſe pluri-mis,

a uide diſtinctionem ſeruitutis ſecundũ Stoicos, apud Laert. et Cuiac. de feud. in prin.
b in prin. h. t.
c l. 2. §. 1. de ſtat. hom.
d l. cum legitimæ. 19. cũ l. ſeq. de ſtat. hom.
e in prin. Inſt. de nupt.
f l. lex naturæ. 24. de ſtat. hom.
g l. in orbe. 17. de ſtat. hom. No. 78. ut de cæterò liberti. §. ult.
h Cic. pro Cor. Balb. l. uni. C. de Lat. li. Theophil. ĩ. titu. 1. de libert. l. 1. ad municip. d. Nouell. 78. § ult.
i ĩ. de uſuc. l. 1. 2. de cenſib.
k ĩ. tit. 1. & C. de Lat. & ded. lib. toll.
l Dionyſ. Halicar. lib. 4. fac. l. 2. C. de indic. uid. l. ſuper. 9. C. de quæſtionib.
m §. ult. uerb. Edictum diui Traiani deleri cẽſuimus (unde præſupponitur, eouſq; duraſſe.) Inſtitut. de ſucceſſ. liber. Nouell. 78. §. ult. ut de cæterò liberti. ubi gloriatur, ad exemplum Antonini hoc ſe omnibus indulgere.
n l. 6. de ſtat. hom. uide Auguſt. lib. 1. de excuſa. tut.
o §. 1. h. t.
p §. eadem. h. t.
q Vide Theop. hic, & noſtras annotationes.
r hoc tit. & C. de Lat. lib. & de dedit. lib. toll.
s uide Theoph. hic, & Caium in Inſt. Vlp. in fragm. Paulum in lib. ſentent. §. ult. Inſtit. de ſucceſ. liber.

mis, atq; nunc acciperetur, ſi una lege diſcrimen nobilitatis (nam & hoc ad ſtatum hodie uelut quædam ingenuitas[a] pertinet) tollatur, omnibus liberis, eandem gentilitatis notam & priuilegia uſurpare iuſsis: præterquam quòd tum neceſsitas temporum, rerumq; uaſtitas, tot barbaris nationibus in Imperium Rom. infuſis, illud fecit excuſatius[b], & numerum ciuium Reipub. orbatæ quouis impleri reddiq; pacto permiſit[c]. Primum igitur caput ſtatus eſt iuris naturalis[d]: quod maxima capitis minutione, uidelicet ſeruitute inducta tollitur[e], ex iure gentium, uel etiam lege ciuili, per ſeruitutem pœnæ[f]. Alterum caput ſtatus eſt ciuile, quo quilibet Roma. Imperio ſubiectus ſimulatque liber factus eſt, in iure Romanæ ciuitatis, uelut ciuis numeratur & cōſiſtit: omniumq; munerum ac priuilegiorum huius fit particeps: quodq; media capitis minutione, quæ peregrinos ex ciuibus facit, & ſalua libertate ius ciuitatis aufert, amittitur[g]. Tertium ſtatus caput priuatum eſt & familiare, ex quo uel ſuæ quiſque familiæ, iuriſq; uel alterius cenſetur 8. Alieni iuris habentur, tam ſerui, qui dominica ſunt in poteſtate, ex iure gentium ducta[h], legibus uerò Romanis temperata[i], quàm liberi, qui patria 9 poteſtate ciuili, & Roma. ciuium propria[k], continentur: ſiue ſint ex iuſtis concepti nuptijs 10, hoc eſt matrimonio, quod eſt indiuidua[l] unius[m] uiri & mulieris, ciuium Romanorum puberum[n] coniunctio, ſecundum præcepta legum[o] contracta[p]: ſiue per actum adoptionis 11 uel arrogationis legitimum[q], quo natura qui non ſunt, lege filijfamiliâs efficiuntur[r], in familiam alienam cooptati: filij quidem familiâs, per adoptionem: qui uerò ſui ſunt iuris, per arrogationem[s]: donec eiuſmodi ſcilicet poteſtas certo modo, tam naturali, puta morte[t], quàm ciuili, uelut morte ciuili[u], captiuitate[x], emancipatione[y], noua adoptione[z], dignitate[a], delicto[b], fuerit diſſoluta

8. De ijs qui ſunt ſui uel al. iur.
9. De patria poteſtate.
10. De nuptijs.
11. De adoptionib.

a contra §. 3. Inſtitu. quibus mod. ius patr. poteſt. l. 3. l. 6. de ſenator. Sed ita Tiraq. de nob. cap. 14. num. 5. in fine.
b l. eos. 12. in fin. de decurionib.
c fac. l. ult. C. de bon. lib. l. 2. C. de indic. uid. toll.
d l. 4. de iuſtic. & iur.
e d. l. 4. l. 3. & tot. titu. de cap. diminution. §. 1. 2. ĩ. eod.
f l. 2. l. quod ad ſtatū. 12. de pœn. in princ. uerb. atrocitate ſententiæ. ĩ. de cap. diminut.
g uide inf. & ff. de capit. minut. l. 1. & ibi Dd. C. de bar. inſtitut. h l. 4. de iuſt. & iur.
i l. 2. D. eod. k §. 1. hoc tit. l in princip. de pat. poteſtat. m §. affinitatis. cum ſeq. hoc tit. de nup. l. eum qui duas. 18. C. de adult. n in princ. hoc tit.
o in princ. hoc tit. p in princ. ĩ. tit. 1. q l. actus. 77. de regul. iur. r Gell. lib. 5. cap. 19. s l. 2. & paſsim de adop. t §. 1. hoc tit. u §. 2. hoc tit.
x §. ſi ab hoſtib. 4. h. tit. y l. ult. C. de emancip. ĩ. quib. ex cauſ. §. præterea. 5. hoc tit.
z §. ſed et ſi. 7. h. t. l. pen. C. de adopt. a §. filiusfa. 3. h. t. Nouell. 81. Nouell. 123. l. ult. C. de decurionib. lib. 10. b l. ult. C. de ſpectac. lib. 11. l. ſi lenones. 13. C. de Epiſ. audien.

12. Quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur.

ſoluta 12. Qui ſui iuris & familiæ ſint, ex his quos alieni iuris eſſe diximus, intelligi poteſt. Quicunque enim in poteſtate non ſunt aliena, hos ſuæ poteſtatis eſſe ſequens eſt [a]. Hi porrò aut arbitrio, ut uelint, uiuendi, ſuo relinquuntur [b]: uelut adulti, mentis compotes, rebusq; gerendis idonei ſuis: aut tutela curationeúe reguntur aliena: ut pupilli, minores, & qui his comparantur prodigi, furioſi, &c. Tutela uis eſt ac poteſtas in capite (pupilli [c] ſcilicet) libero, ad tuendum eum qui propter ætatem ſe defendere nequit, iure ciuili data ac permiſſa: data quidem propinquis, permiſſa parentibus, ut iure publico teſtamenti [d], magiſtratibus, ut publico iure iuriſdictionis dent [e].

13. De tutelis.

In tutela 13 ſunt pupilli, hoc eſt, impuberes, qui in patris poteſtate eſſe deſierunt [f]: nec enim alieni iuris impuberibus tutela opus eſt [g]. Ea uerò, reſpectu cauſæ potiſsimùm efficientis, triplex exiſtimatur. Prima teſtamentaria, paterno teſtamento [h] impuberibus liberis [i], qui quidem in poteſtate ſint, relicta 14: ex lege nimirum XII. quæ lex, uti quiſque legaſsit ſuper pecunia tutelaúe rei ſuæ, ita ius eſſe uoluit [k]. Vt autem legata codicillis etiam teſtamento non confirmatis hodie relinquuntur, ſic & tutela [l]. Emancipati non ſunt in re ſua, nec iure ſuorum. His igitur neutiquam rectè datur tutor teſtamento [m], ut nec à matre [n] (quæ in poteſtate non habet [o]) niſi filio inſtituto [p], quaſi tunc in rem potius quàm perſonam eius dari uideatur [q]: aliter datus à matre quidem ex inquiſitione [r], à patre omnimodo, id eſt, ſine inquiſitione [s] confirmatur.

14. De ijs qui teſtamento tutores dare poſſunt.

Altera tutela eſt, quæ illius in defectû [t] ſuccedit: legitima agnatorû 15 (hodie etiá cognatorû [u]) qui capite minuti non ſunt 16: nec maxima [x] diminutióe, quæ caput & libertati & ciuitati eximit [y]: neq; me-

15. De legitima agnatorum tutela.

16. De capitis diminutione.

a l. 2. de his qui ſunt ſui uel alieni iur.
b l. 2. de ſtat. hom. l. 2. de ijs qui ſunt ſui iur. l. in re. C. mandat.
c l. 4. de teſtamentar. tutel.
d l. 1. de teſtamentis. Vide quæ dixi Inſtitut. de tutel. & ff. eod.
e ut in ſimili, in l. lege. 130. de uerbor. ſignificatione.
f l. pupillus. 139. de uerb. ſignificat.
g in princ. Inſtitut. de tutel. l. 1. eod.
h §. 2. de tutelis.
i l. 1. de teſtamentar. tutel. l. 2. de uulgar.
k l. uerbis. 120. de uerbo. ſignificatione. Vlpian. titu. 11.
l l. 3. de teſtamentar. tutel.
m §. ult. hoc titulo.
n l. 1. C. de confirma. tuto. l. peto. §. mater. de legat. 2.
o §. ult. ſuprà de adoption.
p l. 4. C. de teſtamentar. tutel.
q l. 4. ff. de teſtamentar. tutel.
r l. 1. C. de confirma. tuto.
s §. ult. hoc titul. l. 2. 3. 4. C. de confirma. tuto. ubi gl. & Dd.
t §. 1. & 2. Inſtitut. de legitim. agnat. tutel. l. ſi quis. 1. de teſtamentar. tutel.
u §. ex his. in Authent. de hæred. ab inteſtat. Nouell. 118.
x §. 1. hoc titul.
y l. quidam. 17. de pœn. d. §. 1.

dia, quæ ciuitatem tantùm aufert [a]: nec interdum [b] minima, quæ illis ſaluis familiam duntaxat mutat [c]. Item patronorum tutela 17, non propalàm, ſed per conſequentias hæreditatum [d] ipſis data in caput libertorum, quibus ab inteſtato ſuccederent, agnatorum inſtar [e]: ut ad quos emolumentum & ſpes ſucceſsionis, ad eoſdem onus tutelæ pertineret [f]. Et parentum tutela 18, exemplo patronorum in caput emancipatorum liberorum conſtituta [g]: quamuis potius fiduciaria ſit, quàm legitima [h]: qualis eſt & mortuo patre fratrum (quæ fratria ſeu fraterna dici poteſt) fiduciaria 19, à fiducia emancipationis [i] dicta: à qua ut illa diſtingueretur, cœpit uocari legitima. Tertia ſpecies eſt, huius utriuſque uice deficientis honoraria ſeu datiua: à magiſtratu, qui ſecundum Deum & parentes communis eſſe pater debet [k], uelut & Princeps [l], data 20. Porrò tutelæ finis eſt, ut authoritate tutorum 21, impubes ætas tantiſper defendatur & regatur [m], nec quicquam, quo deteriorem conditionem ſuam faciat, ſine tutoris interuentu gerere poſsit [n], donec pubertate pupilli aut morte [o], dignitate [p], ſtatuſue mutatione [q], tam ipſius quàm tutorum tutela finiatur 22: ſed diuerſimodè. Nam caſus in pupilli caput incidens, tutelam prorſus extinguit: accidens uerò tutori, finit quidem tutelam in ipſius perſona, non uerò in capite pupilli: cui alius ſemper tutor dandus eſt, donec pubeſcat [r]. Tutelæ hunc ad modum pubertate finitæ, ſuccedit etiam more Sax. [s] (quo in curam licet non nomine, tamen re iureque tranſit) curatio 23: quæ eſt aut legitima, aut datiua. Teſtamento namque curator non datur [t]: quia pubes ius teſtamenti habet [u], & in ſuam tutelam uenit [x]: ut aliam illi curam circundare, & ius ſuæ tutelæ factioniſque teſtamenti publicum [y] auferre pater non poſsit [z]. Datus tamen teſtamento à prætore confirmatur [a]: maximè ſi non minori, ſed ei qui in legi-

17. De legitima patronorum tutela.

18. De legitima parentum tutela.

19. De fiduciaria tutela.

20. De Attiliano tuto re, &c.

21. De authoritate tutorum.

22. Quibus modis tutela finiatur.

23. De curatoribus.

a §. 2. hoc tit. d. l. quidam.
b l. quo tutela. 7. de cap. diminut.
c l. 3. de capit. diminut.
d l. 3. de legit. tutel.
e inf. de ſucceſ. liber.
f §. 1. hoc tit.
g l. 3. §. ult. de legit. tute. §. 1. h. t.
h Vlp. titu. 11. Caius Inſtitu. lib. 1. cap. 6. l. 1. ſi à patr. l. ſi ad patrem. 10. de ſuis & legit. §. ult. ī. de legiti. agna. tut.
i Vide quæ dixi Inſtit. hoc tit.
k l. 4. C. de defenſ. ciuita.
l Nouell. 98. in fin. & l. ſi quis. 34. C. de inoff. ficioſ. teſtamento.
m §. penultim. infr. de Attilian. tutore. l. quòd ſi. 14. de ſolut. l. 4. rem pupil. ſaluam fore.
n §. 1. hoc titul. l. 8. paſsim, eod.
o §. 1. 2. & tot. hoc titu. & C. tot. titu. quando tut. uel curat. eſſe deſ.
p cap. 5. 6. Nouell. 123.
q §. ſed & capitis. hoc tit.
r §. 2. ſup. de Attiliano tutore. l. 4. C. in quib. cauſ. tuto. hab.
s uide Mauſe. ſup. de nup. §. 1. mihi fol. 64.
t l. curatorem. 6. C. de negot. geſt.
u l. 5. de teſt.
x §. 1. inf. de pupill. ſubſtitut.
y l. 3. de teſtament.
z l. 2. de uulg. & pup.
a in princip. hoc tit. de curatoribus.

in legitima eſt curatione, puta prodigo, furioſo, detur [a]. Nam ubicunque datur curator à lege, poteſt etiam, ut noſtri quidem uolunt, ſaltem ut confirmetur, dari teſtamento [b]: cum lex & teſtamentum, teſtator & legislator, à pari procedant [c]. In datiua itaque, hoc eſt, à magiſtratu data curatione [d], habentur minores 25. annis, ex quo puberes facti ſunt: nempe mares à decimoquarto, fœminæ à 12. ætatis anno completo [e]: utrique ſine diſcrimine ſexus, ad uirilem & ſtatam uſque ętatem, ſeu 25. annũ exactum [f]: quia licet puberes corpore fiant [g], eoq́; factionem teſtamenti [h], ac poteſtatem ſuo more uiuendi [i] & nubendi [k] habeant, ea tamen infirmitate comperiuntur animi & conſilij, ut bona commodè ſua diſpenſare non poſsint [l]. Quam etiam ob cauſam uſurpatum eſt, ut nõ quemadmodum pubertatis, ſic adultæ etiam ætatis tempus diſparitate ſexus uariet [m]. Nam quamlibet fœminæ maturius pubeſcãt corpore: tamen nec ingenio, neque animi uigore, & conſilio, citius maribus adoleſcunt. Quamobrẽ uterq; iuxta ſexus, ad 25. uſque uitæ annum, pariter pro minore cenſetur, & datiua regitur curatione. Legitimæ uerò agnatorum curæ, quã lex XII. induxit [n], relinquũtur furioſi, prodigi, fatui, omnesq́; qui maioris quidem ætatis ſunt, ſed ea animi uel corporis conſtitutione atque inualetudine, ut ſuis ſupereſſe rebus haud ſatis utiliter cõmodeq́; poſsint [o]. Quãquam & his ſolent modò Romæ præfectus urbis aut prætores, in prouincijs præſides ex inquiſitione curatores dare [p]: quo caſu datiui atque honorarij ſunt, unaq́; tantùm, nempe datiuæ curæ ſpecies relinquitur. In multis ea cum tutela congruit. Etenim tutores & curatores eodem modo datis fideiuſſoribus uel per iuſiurandum [q], niſi teſtamento dati ſint [r], ſatiſdant 24, rem eius cui pręſunt, adminiſtratione ſua ſaluam fore [s]: ijſdem ex cauſis [t] ab officio tam excuſantur, ut impediti 25, quàm remouentur [u], ut ſuſpecti 26. Differũt primùm effectrice cauſa: quia tutor teſtamento datur [x], curator non item [y]: ille uel inuito [z], hic uolenti tantùm [a], præterquam in iudicio [b], uel bonorum

24. De ſatiſdationibus tutorũ & curatorum.

25. De excuſationibus tutorũ & curatorum.

26. De ſuſpectis tutorib. & curatorib.

a *l. de creationib. 20. C. de Epiſco. aud.*
b *Bal. & Caſtrenſ. l. curatorem. 6. in fin. C. de nego. geſt.*
c *l. ſi ita fuerint. de manu. teſta. Euerar. loc. lega. à lege ad teſta. uerſic. Quintò facit, quòd ubicunq; datur curator, etc.*
d *§. 1. hoc tit.*
e *d. §. 1.*
f *l. 1. de minor.*
g *§. 1. Ĩ. quibus mod. tut.*
h *l. 5. de teſta.*
i *§. 1. uer. inuiti. ſcilicet ipſi. h. e. quo ad perſonã, non accipiunt. hoc. tit.*
k *in princ. Inſtit. de nupt.*
l *d. l. 1. de minor. §. 1. ht.*
m *l. 3. ubi dixi, de minorib.*
n *§. 2. h. t. l. 1. de cura. furio. Vlp. ca. 12.*
o *d. l. 1. d. §. 1.*
p *§. furioſi. uerſ. ſed ſolent. h. t. l. obſeruare. §. ſæpe. de curat. fur.*
q *Vide in l. ult. C. de admin. tut.*
r *de tutore tex. hic in prin. de ſatiſd. de curatore, in l. ſi filio. 6. de cõfir. tut. l. de creationib. 20. C. de Epiſc. audien.*
s *t. t. C. de tut. uel curat. qui ſatis non dedit. l. ult. C. de admi. tut.*
t *Vid. ff. & C. de excuſa. tuto.*
u *ff. & C. de ſuſp. tutor.*
x *t. t. de teſtam. tutel.*
y *§. 1. Ĩ. de curator.*
z *Vide Parat. ff. eo.*
a *§. 1. h. t.*
b *d. §. 1.*

alienatione [a]. Materia circa quam, quòd ille duntaxat impuberi qui ſui ſit iuris [b], hic puberi minori tamen, etiam filiofam. [c] item etiam impuberibus [d], & adultis interdũ [e] datur: ille perſonæ principaliter [f], in conſequentiam tantùm bonis [g], & quidem uniuerſis [h]: alioqui tutela integra nõ eſſet, nec plenè tueretur. Itaque nec partim eſſe poteſt, quamuis adminiſtratio diuidi queat [i]. Hic bonis potius quàm perſonę [k], (quáuis hanc nullus negligere debeat [l]:) neque ſolùm uniuerſis, ſed certæ etiam parti, ſpeciei, cauſæ [m] datur: ijsq́; tantùm in ſumma procurandis, unde damnum facere minor poſsit. Nam hoc fine curatio inducta eſt: eoq́; ad teſtamenti factionem, nuptias, ſimilesq́; actus legitimos nõ pertinet. Forma deinceps adminiſtrationis, quoniam ille authoritatem perſonæ pupilli in contrahendo præſtat [n], hic conſenſum [o] duntaxat in bonorum diſpẽſatione: quam & ipſam una minor tractare nihilominus [p] poteſt. Fine, quòd curator ea re conſtituatur, ut bona pręcipuè curet, ne minor re ſua abuti poſsit: ille, ut perſonam tueatur. Ex quo alteri à tuendo [q], alteri à curando nomen officio congruens factum [r]. Effectu, quòd illius maior q̄ huius ſit poteſtas: cum ſine tutore pupillus non obligetur [s]: minor ſine curatore, quo ad perſonam [t], licet non etiam quantum ad bona [u], obſtringi poſsit: tutoris poteſtas magis ad patriam, curatoris ad curationem ciuilem Reip. in qua adoleſcentes plenius iam ius conſequuntur [x], accedat. Vnde illa uis & poteſtas, qualis nempe patria eſt, ſeu ui patria, in capite libero eſſe definitur [y]: hæc non item. Et tantum hic de perſonis. nec enim in elementis omnia ſunt perſequenda: ſed præcipua quædam annotaſſe capita, ſatis eſſe ſuperq́; debet.

a l. 1. 2. de minor. dixi Inſt. h. t.
b d. §. 1.
c Nouel. 117.
d l. curatorem. 25. de curat. da. l. 2. 3. C. in quibus cauſ. tut. hab. etc.
e §. 2. h. t. de curat. t. ff. C. de curat. fur.
f l. cum plures. 12. §. 1. de adminiſt. tuto.
g d. §. 3. ubi Dd.
h §. ad certũ. ẽ. qui teſta. tut. da. poß. §. datus. ĩ. de excuſa. tut. l. propter. 21. ff. eo. tit.
i toto tit. 6. de diuid. tutel.
k l. in copulandis. 5. C. de nup. l. ſciendum. 20. de rit. nup. No. 117.
l l. conſilio. 7. de cura. furi.
m §. 1. h. t. l. nõ tãtum. 7. de tuto. & cura. da. §. ad certum. ẽ. qui teſta. §. datus. ĩ. de excuſat. tuto.
n l. 2. 5. de regulis iuris. uide ff. de auth. & conſen. tut.
o L. cũ in una. 17. §. 1. de appella.
p l. Aurelio. 20. §. 1. de lib. leg.
q §. 1. ẽ. de tutel.
r ut eſt tralatitium. §. eſt & aliud. Inſtit. de donat. l. ſi idem. 7. C. de codicil. l. 4. C. de ſeruis.
s §. 1. in fin. ẽ. de auth. tuto. l. 1. l. 7. de reſcind. uend. l. 1. de nouat.
t l. puberes. 101. de uerb. obligat.
u l. 3. C. de in integ. reſtitut. l. 1. 2. 3. de minoribus.
x l. qua ætate. 5. de teſtamen. in princ. Inſtit. de nupt. cum ſimil.
y in prin. Inſtit. de tutel.
a Vide l. ult. de legib.

INSTITVTIONVM
LIBER II.

Circa rerum uel dominia 1, quibus ius in re quæritur [a], uel obligationes, quibus ius ad rẽ nanciſcimur, — 1. De rer. diuiſ. & acquirẽ. ear. domin.

mur[a],omnis quęſtio iuris,quod quidem ad res pertinet[b], uerſatur.Dominiũ eſt ꝓprietas rei,ſeu ius quo res eſt noſtra[c]. Noſtra perhibetur, quæ in patrimonio[d] ac poteſtate[e] eſt.In patrimonio cenſentur,non res uel cõmunes natura[f],uel iure gentium & Imperij Romani publicæ[g], uel iure ciuitatis ad uniuerſitatem pertinentes[h]: itẽ quæ nullius in bonis ſunt[i],res ſacræ,Deo[k] religioſę,manib.[l] ſanctę,ciuitatum munitionibus[m] conſecratę & dicatę:ſed illæ,quarum ſit commercium & dominium ſingulis, uel naturali aliqua uel ciuili ex cauſa[n],hoc eſt titulo dominij iuſto[o] (nam iniuſtus pro nullo habetur[p])quęſitum eſt. Naturali ſiue iuris gentium ex cauſa,ut occupatione[q],inuentione[r],iuſta captiuitate[s],alluuione[t],ſpecificatione[u],confuſione,commixtione[x], ędificatione[y],plãtatione[z],ſatione[a],inſcriptione[b],pictura[c],fructuum perceptione[d],traditione[e],uel uera in rebus corporalib. uel ficta per uſum

2\. De reb. corpor. & incorporà. & patientiam[f], in incorporeis 2: cuiuſmodi ſunt ſeruitutes:cùm prædiales ſeu reales, quæ à re immobili eiuſdem generis rei,puta prædio,debentur 3: uel urbano,uelut

3\. De ſeruitut. prædior. luminum,tigni,ſtillicidij,altius non tollendi: uel ruſtico, ut iter, actus, uia, aquę ductus[g]:unde ſeruitutes prędiorum urbanorum aut ruſticorum appellantur: tum perſonales, quæ à re qualibet[h], cuius uſus eſſe ſine abuſu rei poſsit[i], perſonæ debentur, & cum perſona uiuunt & extinguuntur:ut uſusfructus 4, uſus, habitatio 5, in re aliena, ſalua rei ſubſtantia[k].

4\. De uſu fructu. Vſusfructus plenum utendi fruendi,inhabitandi ius continet,etiam ad uoluptatem & utilitatẽ[l]: u-

5\. De uſu & habita. ſus, ius uten di tantùm ad neceſsitatem[m]: habitatio tantũ modo

a De obligat. & action.in princ. ǰ.l.1. de uſufruc.l. 2. 3. de act. empt.l. id apud ſe. 143. de uerb.ſig. b l.ult. de legi. c Vide Para. de acqu.rer. domin. d in princ. h.t. e l.in re. 21. C. mand.l.2. de ijs qui ſunt ſui uel al.iur. l.fœminæ. 3. §. illud. ubi Bal. C.de ſecun. nupt. f §. 2. h.t.l. 2. 3. 4. de rer. diuiſ. l.1.cum ſeq. de acq. rer dom. g §.3. h. t. l.5. cum ſeq. de rer. diuiſ. h l.5.§.1.de re. diuiſ.§.uniuerſitatis.h.t. i §.nullius.h.t. k §.ſacræ.6.h.t.d.l.5.§.2.l.ſacra.9.de rer.diuiſ. l d.l.5.§.4.§.religioſum. 7.h.t. m l.ſanctũ.8.l.ult.de rer.diuiſ.§.ſanctæ.8.h.t. n §.ſingulorum.9.h.t. o l.3.§.ult.de acq.poſſ. p l.7.C.de acq. poſſ.l.8.C. de præſcrip. lon. temp. Bal.in l.inciuilẽ.nu.2.C.de furt.Panor. in c.grauis.num.7. de reſtit. ſpolia. Matth. Affl. in §.ſi quis per 30.annos.ſi de feud.defunc.Franc.Bal.trac.præſcrip.parte 1.3. partis princip.num.2.3.& l.Celſus.in princ. quæſt.1.de uſucap. q §.feræ.10.§.interdum.35. h.tit. r l.3.de rer.diuiſ.§.item.16.§. theſauros.32. s §.item ea.15. hoc tit. t §. præterea.18.h.t.l.7.§.1.de acq.rer.dom. u d.l.7.§.5.de acq.rer.domin.§.cum ex aliena. 12. h.t. x §.ſi duorum.23.h.t.d.l.7.§.6. y §.cum in ſuo.24.h.t. z §.ſi Titius.26.h.t.l. adeò.7.§.ult.de acq.do. a l.qua ratione.9.de acq.do. b §.literæ.27.h.t. c §.ſi quis.28. h.t. d §.ſi quis à nõ dño.29.h.t. e §.per traditionẽ.33.h.t. f l.3.de uſufr.l.2.de act.emp. g §.1.2.h.t.t.t.ff.eo.cum t.t.ſeq. h §.2.h.t.l.35.48.ff.eod. i Vide §.2.h.t.& t.t.D.de uſufruc.ear.rer.quæ uſu conſum. k l.1. & t.t. de uſufru. l l.2.l.7.& paſſim de uſufru. m §.1.Inſtit.de uſu & habit.& ff.eod.

modo ius habitandi, quod in facto conſiſtit, & ab uſu ędiũ qui iuris eſt, modo ac effectu[a] differt[b]. Cuiuſmodi quidẽ ſeruitutes debentur quidẽ ex pactis & conuentionibus[c]: conſtituuntur tamen & quæruntur per patientiã tantùm proprietarij, & uſum poſſeſſoris quaſi traditiõe[d], ſine qua res iure gentium non transferuntur[e]. Iure ciuili acquiritur dominium, partim titulo ſingulari, partim per uniuerſitatem. Singulari, ut uſucapione 6, hoc eſt acquiſitione[f] dominij per continuationem[g] poſſeſsionis[h], in re aliena[i], bona fide[k], & iuſto titulo[l], ac tempore legibus definito[m], uſurpatæ. Item donatione 7: quæ non ſolùm iure gẽtium ex traditione[n], ſed quodam etiam modo ciuili, citra traditionem, dominium iuris transfert[o]: ut in donatione cauſa mortis[p], propter nuptias[q], & ſerui communis manumiſsione[r]. dum tamen alienatio fiat, & ab eo qui alienare 8, hoc eſt, dominium transferre[s], & in illum, qui ſibi uel alij acquirere poſsit 9. Quidam enim quamuis domini, tamen alienare nequeunt: ut maritus, mulier rem dotalem, extra neceſsitatis cauſam[t]: quam ipſam tamen ut in minorũ rebus[u], cognoſci, & à iudice probari decreto oportere, puto. Item pupillus[x], & (ut dixi) minor, quiq; horum iure utuntur[y] Eccleſię[z], ciuitates[a], &c. Sed & emphyteutæ[b], uaſalli[c], horumq; domini[d], Epiſcopi[e], ſuperiores etiam reges[f] ius ſuum, quod alterius reſpectu habent, nõ rectè alienãt: ut nec uſufructuarius extraneo[g]: neq; ſeruitus ſine re cui adhæret, ritè alienatur aut conſtituitur[h]: atque ita in ſimilibus. Contrà qui domini non ſunt, interim alienare poſſunt: ut creditor hypothecarius[i], adminiſtrator,

6. De uſucapionib.

7. De donationib.

8. Quib. alienare licet uel nõ.

9. Per quas perſo. cuique acquiritur.

a dixi Inſtit. et ff. de uſu & habitat.
b l. ſi habitatio. 10. D. eo.
c l. 3. de uſufru. §. 1. in fin. b. tit.
d d. l. 3. l. 2. de actio. emp.
e l. traditionibus. C. de pact. §. per traditionem. hoc tit.
f l. 8. 12. 18. 21. de donation. cauſ. mor.
g d. l. 3. l. pe. C. de proſcrip. lon. temp.
h l. 2. C. de præſcrip. 30. anno. c. ſine poſſeſſione. de reg. iur. in 6.
i l. 4. §. lana. de uſucap. l. 2. pro emptor.
k l. bonæ. 110. de uerbor. ſignificat. l. 1. cum ſequent. C. de præſcription. long. c. fin. de præſcription.
l l. 4. C. de præſcript. long. l. Celſus. 27. ubi Bartol. & Dd. de uſucap.
m l. 3. ff. eod. tit.
n §. per traditionem. uerb. cauſa donationis. ĩ. de rer. diuiſ. l. 3. de obliga.
o §. 1. §. eſt & aliud. 3. hoc tit.
p l. 2. de publ. in rem act. l. ult. C. de donat. cauſ. mort. iuncta l. 1. 2. C. com. de legat.
q Bald. in Auth. ſiue. C. ad Velle. No. 97.
r §. ult. h. t.
s l. 1. C. de fund. dota.
t l. 1. de fund. dot. uide Fab. hic.
u l. 1. 3. 5. & paßim de reb. cor.
x §. 3. h. t.
y c. 1. 2. de in integ. reſt. l. 3. C. de iur. reip. l. 4. C. quib. ex cauſ. maio.
z Vide ex̃. de reb. Eccleſ.
a l. ult. C. de uen. reb. ciuit.
b l. ult. C. de iur. emph.
c tot. tit. de probib. feud. aliena.
d §. ex eadem. de lege Corra. §. præterea. de prohibit. feud. alie. per Fed. c. 1. §. dño. ſi de feud. cõtrou. ſit.
e Vide ex̃. de his quæ fiunt à prælato, & de reb. Eccl.
f c. dilecto. ubi Panor. & Fely. de iureiur. Felyn. c. auditis. num. 26. de præſcript.
g §. ult. ĩ. de uſufr.
h §. ult. ĩ. de ſeruit.
i §. 2. h. t. tot. tit. ff. de diſtrac. pigno.

tor [a], executor [b], &c. Sunt etiam qui non ſibi, ſed alij quę- runt: ut ſerui, filijfam. [c] Sunt qui nec ſibi nec alij: ut ſerui pœnæ [d]. Et ita quidem iure ciuili titulis ſingularibus per nos aut alios quærimus. Per uniuerſitatẽ iure ciuili quæritur, ex ſucceſsionibus tam mortuorum quàm uiuentiũ. Succeſsiones mortuorum deferuntur, partim ex cauſa teſtati, partim ab inteſtato [e]. Ex cauſa teſtati, uel iure uniuerſali, puta teſtamento: uel ſingulari, ut ex alia qualibet ultima uoluntate [f].

10. De teſtamen. ordinan.

Teſtamentum 10 eſt legitima ultimæ uoluntatis conteſtatio (unde etiá nomen eſt [g]) ſeu iuſta ſententię poſtremę declaratio, de eo quod quis poſt mortem hæreditate ſua fieri uelit [h]. Hoc aut paganum eſt, aut militare 11.

11. De militari teſtamento.

Militare, quod fit à militibus actu militantibus [i], nullis ſolennibus conſtat [k]. Milites enim cum arma magis quàm iura calleant [l], teſtantur quomodo uelint, quomodo poſsint [m]: dum duobus ſaltẽ teſtibus probetur eorum uoluntas [n]. Paganum à paganis, hoc eſt, qui milites non ſunt, conditur: ijs ſcilicet quibus permiſſum ſit facere teſtamentum 12, hoc eſt, qui non prohibẽtur aut ob ſtatum, ut qui ſunt in aliena poteſtate [o]: aut ob uitium animi, ut impuberes, furioſi [p]: aut ob uitium corporis, ut ſurdi & muti [q].

12. Quibus nõ eſt permiſſum facere teſt.

Debet autem fieri tale teſtamẽtum coram ſeptem teſtibus [r], maribus, ciuibus Romanis [s], ad id rogatis [t]: uel in ſcriptis [u], uel per nuncupationem [x]: ita quidem, ut liberi, ſi quos teſtator habeat, uel inſtituantur, uel exhęredentur 13.

13. De exheredatione liberorum.

Nam hoc principale teſtationis ius eſt [y], cum præteriti teſtamentum annihilent [z]: olim quidem totum [a], hodie quo ad inſtitutionem [b]. Quæ cum ſit fundamentum huius ultimæ uoluntatis [c], & nota qua à cæteris id genus ſeparatur [d]: eo fit, ut licet deſint liberi, tamen quo ualeat teſtamentum, ſemper alius omnino ſit hæres inſtituendus 14: primo quidem gradu, hoc eſt, per inſtitutionem omnino: quia teſtamenti fundamentum eſt [e]: ſecundo autem gradu ex arbitrio teſtantis (nec enim hic ęquè neceſſarius eſt) nẽpe per ſubſtitutionem (ſubſtituta hæc quædam eſt inſtitutio) tam uulgarẽ 15, quæ uulgò cuiuis ſubiungitur inſtituto: ut, Si ille hęres non ſit, tunc ſubſtitutus ſit: quàm pupillarem 16, quæ ſolis pupillis, quos teſtator

14. De hęredibus inſtituendis.

15. De uulgari ſubſtitutione.

16. De pupillari ſubſtitutione.

c in po-

a *l.ult. & tot. tit. de bon. ciuit.*
b *l. à diuo. 15. de re iudic.*
c *§.1.2.h.t.*
d *l. 3. de his quæ pro nõ ſcrip. l.1. C. de hær. inſt.*
e *l. 3. de pet. hær. l. lege. 130. de uerb. ſignificat.*
f *§.ult. ſ. per quas perſo. nob. acq.*
g *in prin. h. t.*
h *l.1. de teſt.*
i *l. milites. 25. C. eo. tit. §.3. & 4. h. tit.*
k *l.1. de teſta. mil. & tot. hoc tit.*
l *l. ul. in prin. C. de iur. delib.*
m *l. 1. eod. d. l. milites. 15.*
n *l. Lucius. 40. eod. §.1. §.2. h.t. ubi dixi.*
o *l. eius. 8. l. de ſtatu. 15. eod.*
p *§.2. h.t.*
q *§.3.4. h. tit.*
r *§. 2. cũ ſeq. ſ. de teſta. l. ſi unus. C. eod.*
s *§.2. h. tit. de teſtam.*
t *l. hæredes. 21. §.2. ff. de teſtamen.*
u *§.3. ſ. eod. tit.*
x *§.ult. h. tit.*
y *l. inter. 30. de liber. & poſthum.*
z *§.1.2. h.t.*
a *l. filio. 17. §.1. de iniuſt. teſtam.*
b *Auth. ex cauſa. C. de liber. præter. ubi uide tamen* Cuiac. No. 18. 115.
c *l.1. de hær. inſt.*
d *l. non codicillum. 14. C. de teſt.*
e *l.1. de hær. inſt. §. ante. ſ. de leg.*

in poteſtate habet, in duplicē caſum ſubijcitur[a]: ex qua inſtitutione utrauis uelut titulo uniuerſali, dū tamen teſtamētum firmum ſit, nec aliquo caſu rūpatur, irritum'ue 17 fiat, neq; etiam ab exhæredatis præteritiſq; liberis, parentibus, fratrib.[b] inofficioſum dicatur 18, uniuerſitatis, hoc eſt, hæreditatis[c], totiuſq; iuris quod defunctus habuit[d], dominium, hæredi inſtituto, uel ipſo iure, ut neceſſario, puta ſeruo[e], aut ſuo, nempe filiofam. in poteſtate & familia proximo, nec abſtinente[f], uel per aditionem[g], ſeu pro hærede geſtionem[h] extraneo defertur 19. Ex cauſa porrò teſtati ſingulari, nempe titulo legati[i], quo directis uerbis à teſtatore donatur[k], ac fideicommiſsi 20, quo obliquè donatum fidei hæredis committitur[l]: cùm partes uniuerſitatis quædam (niſi quatenus ademptum, translatum 21, Falcidia lege 22 imminutum ſit) acquiruntur, ut fideicommiſſariç detracta quarta[m] hçreditates 23: tum res ſingulares, ſi quando ſcilicet res eiuſmodi relinquuntur ſingulæ 24, tam teſtamento non per inſtitutionem[n], ſed legatum aut fideicommiſſum: quàm codicillis 25, qui minoris ſunt ſolennitatis: quia titulum inſtitutionis non admittūt[o], proindeq; familiam, hoc eſt hæreditatem non transferunt[p]: eoq; minore ſolennitate habent opus, & coram quinque teſtibus, quibuſcunq;, etiam fœminis, neq; rogatis (quod tamen hodie quidam correctum putant[q]) modò in ſcriptis, modò ſine ſcriptis ritè perficiuntur[r]. Ac quoniam inſtitutione carent, hæres ab inteſtato ſi aliud factum non ſit teſtamentum, nihilominus ſuccedere, & ſi ſupra dodrantem hæreditas exhauſta ſit, fideicommiſsis uel legatis (nā & hæc hodie ab inteſtato rectè relinquuntur, contrà quàm olim[s]) detrahere Falcidiā inde poteſt[t].

17. Quib. mod. teſta. infirmen.
18. De inoffic. teſtamento.
19. De hę redū qualitate & differ.
20. De legatis.
21. De ademptiōe & trāslat. legat.
22. De lege Falcid.
23. De fideicōmiſſa. hæreditatib.
24. De ſingulis reb. per fideicō. relic.
§25. De codicillis.

INSTITVTIONVM
LIBER III.

Deficiente teſtamenti cauſa, ab inteſtato dominia[a] hæreditatum, titulo ſucceſsionis uniuerſali acquiruntur 1. Inteſtatus propriè decedit, qui teſtamentum

1. De hæreditatib. quæ ab inteſtato defer.

a l. 2. l. 4. de uulga.
b §. 2. h. tit. de inoff. l. 5. eo. l. fratris. 21. l. fratres. 27. C. eod.
c §. ultim. ĩ. de hæred. qual.
d l. hæreditates. 62. l. hæredē. 59. de reg. iur.
e §. 2. cum ſequē. h. t. l. in ſuis. 11. de lib. & poſt.
f §. 1. h. tit. §. 2. 3. cum ſeq. ĩ. de hæred. quæ ab inteſt.
g §. extraneis. 6. h. tit.
h l. pro hærede. 20. de ac. hæred. ubi dixi.
i §. ult. Inſtit. per quas perſon.
k §. 1. h. tit. de legat.
l uide quæ dixi ad tit. ĩ. de ſingul. reb.
m l. in donationib. & paſſim C. ad l. Falc. & h. t. De lege Falc. uide quæ dixi ff. & C. eod. tit.
n uide l. quoties. 13. C. de hære. inſt. ubi traditur, inſtitutum in re certa pro legatario haberi.
o l. non codicillum. 14. C. de teſtam. §. ult. h. tit. l. ſi idem. 7. C. eod. tit.
p §. fin. h. t. d. l. non codicillum. cum ſimil.
q Ig l. 1. §. hoc aūt. nu. 66. ad Sylla. Molin. conſ. 31. nu. 4. 5.
r l. ul. ubi gl. & Dd. C. eod. de codicill.
s §. pen. ubi dixi, Inſtit. de fideicom.
t l. filiusfa. 18. ad l. Falc. l. in donationib. 12. C. eo. l. 1. §. ſed utrum. quor. bonor.
a uide §. 1. & ſeq. h. t.

tum ritè nullum fecit [a]. Sed & is pro inteſtato eſt, cuius teſtamentum ruptum irritum'ue factum [b], aut ob aditionem non inſecutam deſtitutum eſt [c]. Eius ſucceſsionem lex defert [d] primò liberis deſcendentibus, gradu proximis, aut iure repræſentationis illum ſubeuntibus [e], hodie quidem abſque ullo ſexus & poteſtatis diſcrimine [f]: poſt hos demum agnatis 2, utriuſq; modò ſexus [g]: quibus tamen ex Senatuſconſulto (quod ipſum pro lege eſt [h], & legitimam proinde hæreditatem defert [i]) Tertulliano 3 & Orfitiano 4, parentes præferũtur, iure præſertim nouo [k]. Secundum iſtos defertur ſucceſsio cęteris cognatis 5, pro gradus cuiuſque prærogatiua & proximitate 6. Sed hodie cum agnatis hi pariter admittuntur, quoties eodem in gradu ſunt: nec enim iure repræſentationis ultra primum gradum collaterales ueniunt [l]. Ad exemplum legis prætor quoſdam lege deſtitutos ex æquo & bono admittit: non quidem ad hęreditatem (nec enim hæredes facit [m], ut nec dominos [n]) ſed ad bonorum poſſeſsionem: quæ non nomen, ſed opes & bona hæreditatis effectu cõfert [o]. Sic, uerbi gratia, ex edictis prætorum patronis 7, eorumq; liberis, queis manumiſsi aſsignati ſunt 8, in ſucceſsione libertorum, alijsq;, iure ciuili non æquè adiutis, prætor bonorum poſſeſsionem 9, quæ nihil aliud quàm prætoria eſt ſucceſsio [p], intra certam diem [q] pollicetur & defert. Atque ita quidem ex ſucceſsionibus mortuorum, titulo & cauſa non minus uniuerſali quàm ſingulari, partim uniuerſitates, partim res ſingulæ iure ciuili acquiruntur. Inter uiuos uerò eundem penè ad modum, ſucceditur (quanquam non ita frequenter, ut ex ſucceſsionibus, de quibus ea re prius actum) in uniuerſum alterius ius, arrogatione 10 (non etiam perinde iure nouo adoptione [r]:) per quam bona arrogati omnia, dominio arrogantis ex ui patriæ poteſtatis [s] cedunt: item addictione 11, aut uenditione rerum debitoris, non exiſtentis ſoluendo 12: qua is qui uniuerſitatem eiuſmodi emit, uel cui addicta eſt, uelut ſucceſſor cuncti iuris euadit [t], perinde ut & fiſcus cum bona publicat [u], aut in alterum ex alterius delicto transfert: ut ex ſenatuſconſ. Claudiano, quod

c 2 hodie

2. De legitima agnatorum ſucceſsio.
3. De ſenatuſconſul. Tertul.
4. De ſenatuſc. Orfitia.
5. De ſucceſ. cogn.
debitorem reſtitantem [a]. exceptis tamen perſonis quibuſdam 4 lege quidẽ alibi neceſſariò occupatis [b]: edicto aũt reuerẽtia dignis [c]: quæ altera huius tituli pars [d], in tituli ſequẽtis, ubi nihil ea de re agitur, inſcriptionem [e] perperàm eſt relata. Cęterùm debitor ita raptus ductusq; ſequi cogebatur 5 trahentem [f], niſi iudicio ſiſti certa [g] aliqua die ſatiſdaret 6, hoc eſt, idoneum [h] fideiuſſorem [i], unum [k] pluresʹue [l] eo nomine daret, (exceptis neceſſarijs tamen perſonis, à quibus qualiſcũq; fideiuſſor, pro idoneo, ſub pœna quinquaginta aureorum accipiendus erat [m]:) nec aliter manibus ducẽtis, quàm per ſatiſdationẽ eximi 7, abſq; graui uiolati ciuium iuris pœna [n] poterat [o]. Satiſdationis autem oblata cautione cõgrua, iniuriarũ tenebatur (non enim caret ignominia, trahi ab altero in publico) qui nihilominus duceret [p]. Hodie duntaxat in criminalibus [q], ad coercendum inprimis periurium [r], & in ſubitis [s]: ut ſuſpecto in ciuilibus de fuga debitore [t], aut ex pacto [u], manet ea realis ſeu perſonalis (ut loquũtur) uocationis, hoc eſt ducẽdi & areſtãdi uel pignorãdi perſonã ratio. in cęteris obſoleuit: nec niſi iudicis permiſſu iã fit citatio [x]: quare ad domũ etiã fieri (quod & olim ſanè uerbaliter [y]) poteſt: atq; ijs etiã denunciari, qui neceſſarijs diſtringuntur occupationibus [z]: ſic tñ, ut ex legis beneficio, nõ mox, ſed occupatione finita cõpareant [a]. Hi porrò, quos [b] ob reuerentiam [c] prætor non niſi impetrata à ſe uenia uocari edicto ſub pœna 50. aureorum [d] uetuit, non aliter rectè & impunè etiamnũ citari putãtur [e], niſi poteſtate eius rei à magiſtratu, qui uocare debeat, facta. Nã aliud eſt, pmiſſu iudicis citationem fieri, quod nũc eſt tralaticiũ [f]: aliud, uenia, per agẽtem impetrata, contra perſonam cui reuerentiam debeat:

4. De in ius uocando, & ſi quis uocauerit eum quem ex edicto non debuit.

5. Si quis in ius uocatus non ierit.

6. In ius uocati ut eant, aut ſatis uel cautum dent.

7. Ne quis eum qui in ius uocatus eſt, ui eximat.

a t.t.ĵ. ne quis eũ qui in ius uoca. l. plerique. 18. h. tit. Hor. Serm. lib. 1. ſat. 9.
b l. 2. 3. 4. h. t.
c l. 4. h. t. uid. gl. & Dd. l. ult. h. t.
d d. l. 2. 3. 4. cũ mul. ſeq. h. t.
e ſiue quis eũ uocauerit, quem ex edicto non debuit.
f tot. ti. ſi quis in ius uoca. non ier. cum t. t. ſequen.
g l. de die. 8. qui ſatiſd. cogan.
h l. 1. ſi quis in ius uoca. l. 2. qui ſatiſda. cogan.
i l. 1. l. 5. §. ult. ĵ. qui ſatiſd. cogan.
k l. 2. 3. 4. 5. 7. qui ſatiſd. cog.
l l. 1. t. t.
m l. 2. §. 2. ĵ. qui ſatiſd. cog.
n l. pen. h. t. uid. Bart. l. 4. maieſta. Iaſ. hic l. 3. §. quod prætor. nu. 12. & §. pœnales. nu. 102. 107. Inſtit. de actio.
o tot. tit. ĵ. ne quis eum.
p l. 5. §. 1. ĵ. qui ſatiſd. cog.
q §. ſi uerò. in Auth. ut null. iud. to. tit. de cuſt. reo. & C. de exhib. reis. gl. l. pleriq. 18. h. t.
r l. ſancimus. 15. uerb. requiſiti non citati. C. de iud. Cuiac. No. 53. parte 3.
s l. un. C. quan. lic. unic.
t l. ait. 10. §. ſi debitorem. 11. quæ in frau. cred.
u uid. Bar. & ibi Alex. l. alias. nu. 13. ff. ſol. matr. l. ob æs alienũ. C. de act. & l. fi. C. qui bo. ced. in l. 3. C. de pig.
x l. ul. cũ ibi not. à Bar. Bal. & Dd. C. de exhib. & tranſ. reis. c. quoniã. de prob. c. 1. ubi Panor. de iud.
y d. l. 4. §. prætor. ubi Dd. de dam. infec. l. ſatiſq. 19. in fi. de in ius uoc.
z Bar. nu. 2. 5. in d. l. 2. h. t.
a Bar. d. l. 2. nu. 5. et ibi Dd. & l. pleriq. h. t. per l. in tẽpus. de hær. inſt. uid. Coſtal. d. l. pleriq. 18. h. t.
b l. 4. h. t.
c l. generaliter. 13. h. t.
d l. pen. l. ul. h. t.
e uid. Iaſ. & Dd. in §. pœnales. Inſtit. de act. Socin. de citat. ar. 20. nu. 70. cum ſeq.
f d. c. quoniam. ubi Dd. de probat. d. l. ult. C. de exhiben. reis.

debeat: cum aliqua cauſæ præmonitione ac cognitione [a] (utrum ſcilicet famoſa, & utrũ ideo uel alijs ex cauſis contra reuerẽdam eiuſmodi perſonam admittẽda eius actio, an non ſit [b]) eam decerni: ut nihil hîc ſit neceſſe, ueteris edicti correctionem [c] induci, pręſertim cum illud naturalem, eoq; perpetuá habeat rationem, ex reuerentia [d], pietateq; naturali, quæ parentibus, & qui horum loco ſunt, debetur, ductam. minus tamen pœna huius edicti nunc ſanę frequentatur [e]: quòd odioſa ſit [f], ipſiusq; iudicis citantis pręceptum excuſationem, utplurimùm actori pariat [g]. Satisdationes 8 porrò iudicio ſiſti, non tãtùm illis etiamnum caſibus obtinẽt, quibus perſonæ, eorumq; bona, authoritate priuata donec caueant, pignorari poſſunt [h], ſed in alijs quoque iudicijs omnibus [i], etiam noxalibus 9: ne uidelicet abſq; his eludantur [k], & alterutro litigatorũ, inope præſertim, fruſtrante uel fugiente, ad nihilũ redeát & dilabantur [l]. Satiſdant datis fideiuſſoribus [m], uel pignoribus [n], uel etiam ex arbitrio iudicis, & iuſta cauſa, ut ſi pręſtò non ſit alia cautio [o]: aut etiam ſine alia cauſa uiri clariſſimi [p], illuſtres [q], magiſtratus [r], iureiurando [s] (exceptis de fuga ſuſpectis [t]) q res ſoli nullas in loco iudicij, uel admodum uicino [u] poſsident [x]: cauent nuda promiſsione, bonorum immobilium [y] aut redituum annuorum [z] poſſeſſores, hoc eſt, domini [a] ſaltem utiles [b]: cum pro prædibus eorum prædia, in quorum poſſeſsionem ex contumacia

8. Qui ſatiſdare cogantur, uel ſuę promiſſioni relinquantur.

9. Si ex noxali cauſa agatur, quẽadmodum caueatur.

a Soc. de citat. art. 20. nu. 78. & 82.
b l. non debet. 12. de dol. ma. l. 3. 4. 5. de obſeq. li. l. 1. §. hoc interdict. unde ui. l. qui cum. 14. de bon. libert. c. 1. ubi gloſ. uerb. accuſare. de conſ. rec. feud. c. 1. §. item ſi delat. quæ fuit pri. cauſ. beneſ. amit. d. l. aduerſus. C. de teſtib.
c l. præcipimus. C. de temp. appell.
d l. generaliter. 13. h. t. l. 1. 2. 3. 4. 5. de obſeq. à lib. uid. Spe. de actore. nu. 21. e ut ſæpe in curijs, ubi uerſatus ſum, uidi obſeruari. f uid. diſputationem ea de re Iaſo. d. §. pœnales. Inſt. de act. g l. furti. 6. §. 2. uerſ. qui iuſſu. de his qui not. infam. l. non uidentur. 127. §. qui iuſſus. de regu. iur.
h Alb. l. ſi fideiuſſor. §. fi. h. t. Salic. nu. 10. Cur. nu. 56. l. uni. C. de probib. ſeq. Bart. l. litib. nu. 8. C. de agric. & cenſ. lib. 11. Bouer. in ſing. ſequeſtratio. nu. 6. i uid. Bart. & Dd. l. 1. de cuſt. reor. Iaſ. l. ſciendum. 15. h. t. k l. 1. §. 1. de præt. ſtip. Bald. & Dd. in l. fin. C. de ord. cognit. l l. nam is. 6. de dol. mal. m l. 1. in fin. h. t. n gl. & Dd. d. l. 1. & l. prætoriæ. 7. de præto. ſtip. l. ſi mandato. 59. §. ult. mand. l. promiſſor. §. ult. de conſt. pecu. §. ſin autem. Inſt. de ſatiſd. gl. Bal. in l. ſi à creditore. C. de act. per l. 4. C. quæ res pig. bonus tex. l. litigatores. 11. §. 2. de recept. arb. gl. l. ſi debitori. de iud. o Dd. l. ult. h. t. l. 1. §. omnes. C. de adſcr. toll. No. 53. 112. p l. 12. C. de prox. ſac. ſcrin. lib. 12. q l. pen. ult. C. de dignit. r l. unica. uerb. iuratoriæ cautioni. C. ut mag. poſt depo. s l. ult. h. t. l. non cogendũ. 45. ꝟ. de procur. l. 4. C. de uſufr. §. 1. Inſt. de ſatiſd. t Bart. d. l. litib. nu. 8. C. de agric. & cenſ. Innoc. c. præterea. de excep. Bal. d. l. fi. de ord. cog. Alb. d. l. ſi fideiuſ. §. fi. h. t. Sal. Curt. d. l. un. C. de prob. ſeq. u uide Iaſ. l. 7. §. 1. nu. 8. de ſatiſd. x l. ſciendum. 15. qui ſatiſd. cogan. y d. l. ſciendum. z Mynſin. obſer. 69. cent. 3. a d. l. ſciendũ. fac. l. 2. de probat. ubi poſſeſsio pro proprietate accipitur. l. 3. & t. t. de bo. poſſ. b d. l. ſciendũ.

tumacia mitti poteſt [a], uadimonio quaſi teneantur, & idoneam ſecuritatem præſtēt. Ideo rectè ſcribitur, cautionem pro qualitate perſonarum exigendam [b]. Harum porrò ſatiſdationum effectus eſt, ut citra promiſsionē extraneus, per quem factū ſit, quo minus cautionibus iudicio ſiſtendi cauſa factis obtemperatum ſit 10, in quantum petitum eſt [c], teneatur: ex promiſsione uerò promiſſor, eiusq; fideiuſſores, uel ad certam pœnam, ſi ſatiſdationis cautione & ſtipulatione nominatim promiſſa expreſſaq; eſt [d], dummodo duplum in certis caſibus nō excedat [e], aut ſi expreſſa non eſt [f], ad id quod intereſt uadimonium non obitum eſſe [g], obligētur: niſi fortaſſe iuſta cauſſa impedimētumúe 11, quare id fieri condicto tempore non debuerit aut potuerit [h], ſaltem iureiurando [i] probetur [k]: ut ſi feriæ, tam ſolennes & ordinariæ, quàm extraordinariæ & repentinæ incurrant [l]: quæ licet dilationum temporibus non excipiantur [m], ſi tamen in terminum ferię incidant, iuſta fuerit hæc emanendi cauſa [n]. Itē ſi dilationes 12 ex aliqua æquitate [o], conceſſæ ſint: quæ pro uarietate rerum, alijs atque alijs temporibus, ſeu (ut nunc loquuntur) terminis, dari ſolent [p]. nec enim indultum à magiſtratu beneficium cuiquam debet eſſe captioſum [q]. Vel ſi neceſſaria impedimēta [r], quæ probari tamen debent [s], uocatis obiecta ſint: uel actio [t] à petitore [u], cum inſtrumētis [x] aut rationibus [y], quibus uſurus eſt [z], reo necdum ædita 13 ritè ſit: uel quia interea temporis [a] pactum 14, hoc eſt remiſsio litis gratuita [b], uel tranſactio 15, hoc eſt remiſsio litis non gratuita, neq; donationis cauſa, ſed aliquo inuicem accepto [c] facta, interceſsit [d].

10. De eo per quem factū erit.

11. Si quis cautionib. iudicio ſiſtendi cauſa factis non obtēperauerit.

12. De ferijs & dilationibus & diuerſis (ſcilicet earum dilationū) temporib.

13. De ædendo.

14. De pactis.

15. De trāſactionib.

a quibus ex cauſ. in poſſ. & de bon. auth. iud. l. hæres. 19. §. 1. 2. de iudic.
b l. ult. C. de petit. hæred.
c l. 3. §. fin. h. t.
d l. penul. l. ſi cum. 10. §. 1. ſi quis caut.
e l. uni. C. de ſen. quæ pro eo quod inter. Cuiac. hic qui addit, in caſibus incertis dari arbitrio prætoris. uid. Dd. poſt gloſ. uerb. quantit. vs. in l. ſtipulatio. 18. §. alteri. de uerb. oblig. l. ſi dictum. 56. de euic.
f l. penult. h. t. l. ult. de præto. ſtipul.
g l. qui autem. 12. §. 1. l. penult. l. ult. ſi quis iud. eaution.
h l. 2. cum ſeq. h. t.
i Mynſing. obſer. 92. cent. 3. obſer. 57. centur. 4.
k l. in exceptionib. 14. de probationibus.
l l. ſed etſi. 24. §. ſi feriæ. ex quib. cauſ. maio. l. 3. C. de dilat.
m d. l. 3.
n l. omnes. 7. C. de fer. l. 1. D. eod. uide Dd. l. ult. C. eod. & in l. ſed etſi. 26. §. ſi feriæ. 3. ex quib. cauſ. ma.
o Specul. de dilat. §. 1. num. 26.
p uide l. 1. & t. t. C. de dilation.
q l. Paulus. 8. ff. rem rat. hab.
r l. 1. 2. cum ſeq. h. t. l. 2. ſup. tit. 1.
s l. in exceptionibus. 14. de probation. Bald. l. 1. numer. 3. C. de dilat.
t l. 1. de æden.
u l. 1. C. eod.
x d. l. 1. uerſic. ædenda.
y l. 4. 6. 10. hoc tit.
z l. 1. in fin. hoc tit.
a l. 2. ſi quis eaution.
b l. 1. de tranſactionib. l. cum donationis. 34. C. eod. l. tale. 41. de pact.
c l. tranſactio. 38. C. de tranſact.
d d. l. 2. ſi quis cautio.

LIBER III.

CAeterùm quando obitur uadimonium, & reus ex promiſſo

miſſo eódicta ſo die [a] ſiſtit, iudicioq; offert, poſtulationes 1 — 1. De poſtulando.
utrinq; tam à reo quàm ab actore pro tribunali [b], hoc eſt in iure & ἐν βήματι fiunt, & uterq; litigatorum cùm petitionem & deſiderium iusq; ſuum allegat atq; munit [c], tum alterius, nempe aduerſarij, deſiderio [d] per ſe aut aduocatũ [e], tutorem, curatorem [f], procuratorem [g], defenſorem [h], contradicit: qua parte ferè prima de perſonis oritur quæſtio [i], an poſtulare poſsint nec ne, legitimamque habeant ſtandi in iudicio perſonam [k]. Ac edictum quidem tres eorum ordines facit, qui poſtulare prohibentur [l]. Id quod ſatis fuit indicare: cùm quibus non eſt interdicta, ijs poſtulandi poteſtas intelligatur eſſe facta [m]. In primo ordine quoſdam in totum prætor poſtulare in iure prohibet: ut propter ætatem minores annis 17. ob caſum ſurdos. Nam de muto [n], quem natura ad hoc ineptum reddit, dicere nihil attinet. In ſecunda claſſe quibuſdam pro ſe tantùm & alijs, ex neceſsitate duntaxat muneris, puta tutelæ curationisue [o] poſtulare permittit: aut propter ſexum, ut fœminis [p]: aut ob caſum, ut cæcis: aut ob notabilem turpitudinem, ut de calumnia damnatis, & his ſimilibus [q]. In tertio gradu nonnullis pro ſe & coniunctis tantummodo perſonis, etiam extra muneris neceſsitatem concedit: ut infamia 2 — 2. De his qui notantur infamia.
aliqua non notabili, neq; ſuperioribus edicti uerbis comprehenſa ex lege, S. C. decreto principis, edicto prætoris, ob factum turpe notatis [r]. Atque hæc quidem perpetua & uniuerſalis eſt prohibitio [s], uelut ius ipſum [t] unde deſcendit. Sunt porrò præterea qui lege, ſenatuſconſulto, edicto principis [u], præcepto ſententiaue iudicis [x], aut in perpetuum, aut ad tempus, aut certo loco [y], poſtulare uetantur: quorum alij omnino prohibentur, etiamſi aduerſarius patiatur: ut expreſsi aut edicto ob dignitatem magiſtratus [z], aut lege, ob publicam utilitatem [a]: qui poſtulantes non tantùm ex officio repelluntur, ſed & multantur [b]: alij fa-
uore

a *l.5. qui ſatiſd.cogan.*
b *l.4. §. boc autem.6.de dam.infec.*
c *l.1.§.remouet.5.uerſ. bis igitur. in uerb. permittit allegare.b.t.de poſtulan.*
d *l.1.b.t.*
e *l.1.§.3.l. Imperator.8. cum ll. ſeq.l. ult.b.t.tot. tit. C.de poſtu. et de aduocat.*
f *l.1.§.ult. cum ſeq.l.puto. 6.b.t.*
g *l.furti.6.§. 1. de bis qui notan. infa. t.t. de procur.*
h *d.l.furti.6. §.1.l.non ſolum.29.l. ſeruum.33. de procurat.*
i *l.ita.13.C.de procurat. Iaſ.in rub. C.qui admitti.num.1.*
k *t.t.C.qui legit.perſo.ſtan. bab.*
l *l.1.b.t.c.2. 3.cauſ.3.quæſt.4.*
m *l.mutus.43.de proc.fac.§.1.de bis qui ſunt ſui uel alie.iur.§.1.Inſt. de tut.l.1.2.ff.de bis qui ſunt ſui uel alie.l.1.de teſtib.*
n *l.mutus.43.uerſ. non quidem ad agendum. de procur.*
o *l.1.§.5.uerſ.ſed eſt æquiß.l. puto. 6. boc tit.*
p *l.alienam.18.C.de procur.l.6.de pop.actio.l.4.5.12.14.C.de bis qui accuſar.*
q *d.l.1.§.4.*
r *d.l.1.§.5.*
s *l.7.b.t.*
t *l.5.in fin.C.de bæret.l.leges.3.C.de legib.*
u *l.1.§.7.boc tit.*
x *l.6.8.9.10.boc tit.l.moris.9.de pœn.*
y *d.l.6.8.9.10. boc tit.d.l. moris.9.*
z *l.1.§.1.boc tit.*
a *l.militem.7.l.qui ſtipendia.9. C.de procurat.l.filiusfam.9.§. ueterani.eod.*
b *l.1.§.5 uerſ.qui aduerſus.de poſtul.*

uore & reſpectu aduerſæ duntaxat partis prohibiti [a], ita demum remouentur, ſi aduerſarius repudiet: nam eo non contradicente, recipiuntur [b]. His exceptis, quiſque poſtulare, agere, defendere in iudicio poteſt [c], tam ſuo nomine quàm alieno [d]: uel mandatu domini [e]: ut in cauſa priuata procuratores 3 utriuſque [f] partis, & defenſores maximè reorum [g]: in publica, Syndici cuiuſque municipij, collegij, & cuiuſcunque tandem uniuerſitatis 4: uel ſine mandato, ut negociorum geſtores 5: dum tamen ſatiſdatio de rato, quando de mandato non conſtat à parte agentis [h], à parte defendentis iudicatum ſolui [i], aliæque cautiones ſimiles præſtentur: & calumniæ cauſa 6, hoc eſt, ſine iuſta ratione, tantumque ad uexandum, deglubendumúe aduerſarium [k], nihil horum fieri, iureiurando utrinque caueatur [l]: quo nomine eſt & ex edicto cótra eiuſmodi calumniatores actio in quadruplum, eius pecuniæ, quam ad negocium malitioſè faciendum acceπiſſe dicentur [m].

3. De procuratoribus & defenſoribus.
4. Quod cuiuſque uniuerſitat. nomine uel cótra eá agatur.
5. De negocijs geſtis.
6. De calumniatoribus.

DIGESTORVM
LIB. IIII.

Eſt & cum qui poſtulare prohibiti ſunt, in integrum, contra cauſam prohibitionis reſtituuntur [a]: aut res etiam ipſa, de qua futurum iudicium eſt, uel beneficio reſtitutionis liti eximitur: uel ſi obſiſtat præſcriptio, per reſtitutionem in iudicium reducitur [b], uel certè à iuriſdictionis ſeueritate ad arbitrium boni uiri transfertur. Quare de his quoq; ante iudiciorũ ingreſsũ, quo tẽpore potiſsimũm diſceptari ſolent [c], eſt diſpiciendũ [d]. Reſtitutio eſt remediũ extraordinariũ [e], quo prætor deceptos aut læſos, in eá coditionem in qua ante deceptionẽ læſionẽ'ue erãt, ex iuſta cauſa [f] extra ordinẽ [g] reſtituit: ut ſi quis metu

1. De in integrum reſtitutionibus.

a l. quos prohibet. 7. hoc tit. c. exceptionem. de excep. ubi de excommunicato.
b l. ita. 13. C. de procurat. Felyn. d. c. exceptionẽ. Dd. in l. pen. C. de pact.
c d. l. mutus. 43. de procurat.
d Inſtit. de ijs per quos age.
e l. 1. de procur.
f §. 2. 3. Inſtit. de ſatiſd. l. uni. C. eo. & paſſim hoc tit.
g l. ſeruum. 33. §. pen. cum ſeq. l. ſed & hæ. 35. §. defendere. & paſſim hoc tit. l. ſi mater. 11. §. hoc iure. 5. de exceptio. rei iudica.
b l. 1. ubi Dd. C. de procurat. l. unic. C. de ſatiſd.
i l. 6. & t. t. iudica. ſol. l. qui proprio. 42. §. 2. de procurat. d. l. unic. ubi dixi.
k uide Inſtit. de ſatiſda. & quæ dixi ff. de procurat. ac d. l. unic.
l l. 1. 2. C. de iureiur. prop. calum.
m l. 1. penult. & paſſim hoc tit.
a l. 1. §. 8. ſuprà de poſtulando.
b l. 1. & t. t. infrà ex quibus cauſ. ma. l. in honorarijs. 34. de obligat. §. rurſus. Inſtit. de actio.
c §. 1. in Auth. ut diff. iud. c. ult. de tranſact.
d d. l. 1. §. 8. ſuprà de poſtulan.
e de reſtit. minorum tex. in l. in cauſæ. 17. de minor. de reſtit. maiorum, gl. Bar. & Dd. l. 4. hoc tit. l. ſi quis ſtipulatus. de uerb. oblig. Iaſ. poſt Ang. §. rurſus. num. 81. Inſtit. de actionib.
f l. 3. 4. cum ſimil. hoc tit. l. 1. in fin. ex quib. cauſ. ma.
g l. quod ſi. 24. §. ult. l. in cauſa. 16. in princ. de minor.

metu 2, qui in cóſtantem uirũ [a] aut mulierem [b] cadat, puta mortis, uerberum [c], compulſus quid geſsit. Minor metus in muliere ſufficit [d], etiam reuerentialis [e] ac pręſumptus [f]: quem in uiro nó æquè ſuffecturum arbitror [g]. Iuſtam autem hanc eſſe reſtitutionis cauſam, par eſt: quia metu geſtum, eſſe ratum non debet [h]. Item ſi quis fraudulenta cuiuſquam machinatione [i] inductus ſit 3, quem nec prodeſſe doloſo [k], nec obeſſe decepto [l], alteriúe q̃ ipſi authori [m], cõuenit: aut circũuentus errore uel leuitate [n] minoris ætatis 4, cui opitulandũ ſit: uel facto, puta minutione capitis aduerſarij damnũ fecerit 5: cõtra regulá, qua factũ alterius alteri nó obeſſe [o], neq; alij per alium iniquam cònditionem afferri oportere [p] cautum eſt. Item ſi per neceſſariam abſentiam [q], aut quia poteſtas agendi [r] nó fuit 6, uel ob alienationem rei litigioſæ [s], ab aduerſario iudicij futuri (nam præſens, à lite nimirũ conteſtata [t], alienationem reſpuit [u]) mutádi cauſa factá 7, aut alia excuſabili, ueniamq; & auxiliũ cómerente [x] occaſione ius imminutũ uel impeditũ hactenus ſit. Exceptio etiam recepti arbitrij 8 & compromiſſi, uel ex conuentionibus ſponte [y], uel ex lege, ſtatuto [z], præcepto iudicis [a], reſcripto principis [b], ob iuſtam ſcilicet armorum [c], aut publicæ utilitatis cauſam [d] coactè facti [e] (quo ex compromiſſo recepto, non minus arbiter & litigatores, quàm alij qui fide quid ſua recipiunt, ut nautæ, caupones, ſtabularij 9, obligantur) rem controuerſam à ſubſellijs

a l. 5. 6. hoc tit.
b c. cum locũ. ubi glo. de ſponſa.
c l. 7. 8. penult. & paßim hoc tit.
d d. c. cum locũ. ubi gloſ. uerb. metus. Iaſ. l. interpoſit. 15. nu. 4. C. de trãſact. Dec. l. in omnibus. 39. nu. 3. de reg. iur. Rom. ſing. 229. Boer. deciſio. 100. numer. 2.
e gloſ. uerb. metu. l. 1. §. quæ onerãdæ. quar. rer. act.

2. Quod metus cauſa geſtum erit.
3. De dolo malo.
4. De minorib. 25. annis.
5. De capite minutis.
6. Ex quibus cauſ. maiores 25. annis in integrum reſtituantur.
7. De alienatione iudicij mutandi cauſa facta.
8. De receptis qui arbitrium receperũt, ut ſententiã dicant.
9. Nautæ, caupones. ſtabularij, ut recepta reſtituant.

f *Tiraq. de leg. connubial. in princip. num. 25. & in fin. uerb. contracter. num. 33. ubi dicit, præſumi talem metum in coniugata, faciente actum ſibi detrimentoſum, ad uiri commodum.* g *l. 7. 8. 9. hoc tit.* h *l. ſi mulier. 21. hoc tit.* i *l. ult. C. de litigioſ.*
k *l. ne ex dolo. 12. hoc tit. l. 2. de eo per quem fac. l. 4. §. Labeo. 13. de dol. excep.* l *d. §. Labeo. l. ſi procurator. 11. §. 1. de dol. ex. l. 2. ad Velleia. cum ſimil.* m *l. ſi procurator. 11. & paßim de dol. excep.* n *l. 1. 7. 44. t. t. de minorib.* o *tot. tit. C. res int. alios act. 15.* p *l. non debet. 74. de regul. iur.* q *l. 1. 2. cum ſeq. hoc tit. §. rurſus. Inſtit. de actionib.* r *l. 1. 21. 22. 23. cum ſeq. h. t.* s *uide Cuiac. obſer. lib. 9. cap. 3.* t *l. 2. C. de litigioſ.* u *uid. C. de litigioſ. & in Auth. eod.* x *l. 1. in fin. ex quibus cauſ. maior.* y *l. 3. §. 1.* z *l. 4. ubi Bart. de tutor. & cura. dat. Iaſ. l. ſi cauſ. num. 3. 5. de tranſac. uid. Blanc. tract. 2. de compromiß.* a *gloſſ. Bar. & Dd. l. furti. §. qui iuſſu. de his qui notan. infam. Bald. & alij, l. ex ſtipulatione. C. de ſenten.* b *uide Caſtr. l. quidam exiſtimauerant num. 23. Iaſ. num. 4. ſi cert. pet.* c *Iaſ. & Bart. præalleg. loc. per l. æquiß. de uſufr.* d *Iaſ. ibid. Cagnol. l. id quod noſtrum. nu. 16. 19. de reg. iur. Iaſ. & Dd. l. conuentionum. 5. de pact. Dec. Felyn. & Dd. c. quæ Eccleſiarum. de conſtitut.*
e *uide Felyn. poſt Panor. num. 5. in rub. de treug. & pace. c. cum inter R. ubi Panor. numer. 7. de elect.*

ſubſellijs iudicũ publicis [a], ad arbitros domũ & intra priuatos parietes [b] reuocat, litisq́; impedit ingreſſum [c].

a l.5.6.C.de ſent.l.pen. de iuſt. & iur.
b l.quid tamẽ. 21.§.9. de arb.
c l.4.in fin.l. penul. C.de arb.c.2.ubi Dd.ex̃.eo. Anch. Ioan. Andr. Philip. Franc. fall.43.in c. 1.de lit.cont. Blanc.trac. de compromiſſ. quæſt. 4.uerb. arbitrij. num. 17.ex Socin. cap.1.de lit. conteſtata. quæſt.7.except.8.Alex. ad Bar.l.uir bonus.iudica.ſol.

DIGESTORVM SEV PANDECTARVM PARS II.

DE IVDICIIS LIB. V.

1. De iudicijs, & ubi quiſq; agere uel conueniri debeat.

HIS ergo modis iudicium 1 ſi declinari nequit, omnino ſubeundum eſt. Nam in inuitos redditur [a], eo ſcilicet loco [b], ubi quiſque agere uel cõueniri debet: hoc eſt, in foro rei competente, quod actor ſequi cogitur [c] iudicium, ſicut iudex & iudicare: à fine ſuo, nempe iure dicando [d] (quod à Græco δικάζω eſt [e]) dictum apparet. In eo enim & per illud de re litigioſa, ius litigãtibus dicatur: ut eſt apud Varronem, ſeu (ut hodie loquimur uulgò) dicitur. Sed quia omnia iudicia aut diſtrahendarum controuerſiarum, aut puniendorum maleficiorum cauſa reperta ſunt [f]: idcirco ab hoc fine & ſubiecto inciuilia & criminalia, aut ex his mixta, ut ſunt fiſcalia & extraordinaria, tribuuntur [g]: de quibus ordine eſt pertractandum. Ciuilia reſpectu materiæ & finis, aut realia, aut perſonalia [h], aut ex his permixta [i] ſunt. In rem actiones aut uniuerſales, aut ſingulares [k]. Vniuerſales, quibus rerum uniuerſitas uendicatur [l]: cuiuſmodi eſt hæreditas [m], quæ in centumuirali iudicio, cui præſidet prætor [n], petitur [o]: tam ex cauſa inofficioſi teſtamẽti 2, quàm alia teſtati uel inteſtati [p]. Querela inofficioſi non eſt ut putatur imploratio [q] officij iudicis, præparatoria ad petitionem [r]: ſed petitio per ſe hæreditatis [s], ac uendicatio:

2. De inofficioſo teſtamento.

f

a l.inter.83.§.1.de uerb. obligat.l.2. ſi quis in ius uoca.l.5.de iudic. b l.ult.de iuriſdic.d.l.2. c l.2.C.de iuriſd.l.ult.C.ubi in rem act.tot.tit.ex̃.de for.compet. d c.forus.de uerb.ſignificat. e Varro lib.4. de ling.Lat. f Cicero pro Cecinna. g l.1.§.2.de calumniat. h §.1.Inſtit.de actio. i §.quædam.Inſtit.de actionib. k l.1.de rei uendic.l.1.de pet.hæred.gl.& Dd.in rub. ff.& C.de inoff.teſtam.& pet.hær. l gl.mag.l.1.uerb.proinde.de æden.c.2.de lib.obl.1.Spec.de act.§.ſequitur.num.43.& de iudic.§.uniuerſalia. m §.ult.Inſtit.per quas perſo.l.1.de rei uendic.l.2.de hær.uend.l.item.18.cum ll.ſeq.de petit.hæred. n Cuiac. lib.10.obſer.cap.20. o l.Titia.13.l.qui repudiantis.17.h.t.de inoff.teſta.l.ult.C.de petit.hær. p l.3.C.de pet.hær.l.3.ff.eo. q Bart.l.poſthumus.6.§.1.nu.3.h.t.Azo rub. C.eo.nu.24. r Bart.& Dd.l.nam poſtea.9.§.ſi minor.3.de iureiur.& l.poſthumus.6. ubi gl.h.t.Viglius Inſt.eod.Dd.C.eod.in rub. s l.Pap.8.§.quoniam.8.l.mater.19.l. qui de.20.cum ll.ſeq.h.t.l.ſi quis.34.C.eod.l.3.C.de petit.hær.l.penul.§.1.de contra tab.

dicatio [a]:multum ſeiuncta ab alia hæreditatis petitione 3, quæ ex cauſa qualibet, teſtamentaria uel inteſtata [b], petit aut integrá hæreditaté,aut eius parté 4,debitá uel iure ciuili [c],quæ propriè eſt hæreditas [d],uel iure honorario:qualis eſt poſſeſſoria & fideicõmiſſaria ſucceſsio: quarũ altera ſub bonorũ poſſeſsione fructũ & utile dominiũ hæreditatis [e],altera fideicõmiſſariam hæreditaté [f], cõtinet:illa poſſeſſoria 5,hæc fideicõmiſſaria 6 hæreditatis petitione uindicatur.Sunt qui putẽt [g],inter has petitiones & querelam inofficioſi hoc intereſſe: quòd hæc detur cõtra titulo poſſidenté [h],ut hæredẽ ſcriptũ [i], fideicõmiſſarium [k] poſſeſſoré [l]:petitiones illæ nõ ité.Ego uerò crediderim,has quoq; in eoſdem dari, cũ pro hærede aut poſſeſſore poſsideãt [m]: neutrũ uerò genus cõpetere in eũ,qui nõ titulo hæreditario,ex quo petit actor,poſsideat, ſed externo [n]. Cæterùm diſtát aliter multis modis.Hæ ex leg.XII.& iure ciuili cõmuni [o],illa nõ item [p]:ſed ab extraordinario inducta magiſtratu,dictatore nimirũ Glicia [q],cõtra ius legis XII. ciuile [r],quod teſtaméta uult eſſe rata [s].Illæ bonæ fidei [t],& perpetuæ [u],& in hæredẽ tráſeuntes [x], ſaltẽ ab adita hæreditate [y]: hæc quia reſcindens teſtamentũ [z],ſtricti iuris [a],quinquennalis [b] tantùm,nõ tráſiens ad hæredẽ extraneũ [c], niſi pręparata [d],& deniq; ſubſidiaria [e],quod noſtri nõ rectè ſic accipiũt,quaſi querelæ nõ ſit locus ubi aliud remediũ pręſtò eſt,puta ſi teſtamentũ nullũ ſit:ut hodie propter exhęredationẽ iniuſtã [f]. Fateor quidẽ nõ dari,quoties ſalua hęreditatis cauſa,& quádiu ex teſtamento cũ hærede ſcripto ſuccedi poteſt [g]. Cæterùm qui illic ſuccubuit,cur nõ æquè hac agere poſsit,atq; uictus iudicio falſi teſtamẽti [h],uel imperfecti [i]? Et hæc ac ſimilia remedia [k],ut poſſeſsionis bonorum

3. De petitione hęreditatis.

4. Si pars hæreditatis petatur.

5. De poſſeſſoria hæreditatis petitione.

6. De fideicommiſſaria hęreditatis petitione.

a d.l.qui repudiantis.17.l.ſi maritus.22.h.t.l.3.C.de petit.hæred.

b l.1.2.3. de petit.hær.

c l.lege.130.l.uerbis.120. de uerb.ſig. l.1.2.3.h.t.

d d.l.lege.§.2. Inſtit.de bonor.poß.

e l.3.de bonor.poſſeſſ.

f Inſtit. de fid. hær.& paſſim ad S.C. Trebel.

g uide Gouea. lib.1.lect. cap.5.

h l.1.C.eo.l.Pap.8.§.ſi filius.12.de inoff.teſta.

i l.1.3.13.21.C. de inoffic.

k l.1.C.eod.

l l.filium. de bono.poß.cont.tabul. m l.regulariter.9.cum ll.ſeq.de petit. hæred. n l.hæreditatis.7.C.de pet t.hæred.l.4.C.in quib.cauſ.ceſſat long.temp.præſcrip. o l.1.2.3. de petit.hær.d.l.uerbis.l.lege.de uerb.ſignif. p l.non putauit.8. de bono. poß. cont. tab. q l.4.ff.eod. Cuiac. lib.2.obſ.cap.21. r d.l.non putauit. s l.uerbis.de uerb.ſig.l.6.ff.eod. t l.ult.in fin. C.de petit.hæred. u l.4.C.in quib.cauſ.ceß. long.temp.præſcrip.l.hæreditas.7.C.de pet.hær. x l.unic.C.de his qui ante apert.tabul. y l.quoniam.7.l.eum.19.C.de iur.delib.l.ult.C.de hæred.inſtit. z l.qui repud.17.l.Titia.13.de inoffic.l.cum deb.13.C.eod. a arg.l.ſi pars.10.eo.de inoff. b l.ſcimus.36.§.ult.C.de inoff. c d.l.ſcimus.§.ſi quis.34.C.eod. d l.5.C.eo.l.6.cum ſeq.ff.eod. e l.ult.C.de lib.præter.§.tam autem.Inſtit.de inoffic. f Nouel.115. g ut in l.3.C.de inoff.l.ſi pon.us.23.ff.eo.l.ult.C.de lib.præter. h l.cum.14.C.de inoff. l.contra.16.C.eod.tit. k l.Papin.8.§.ſi quis.12.ff.eod.tit.

norum[a], cõcurrere cùm querela, ſic ut actoris ſit electio[b] (nec enim contraria remedia ſimul proponere poteſt[c]) multis comprobari poteſt[d]: ut etiamſi hodie laxior ſit dicendi nullum teſtamentum facultas[e]: non tamen inde ſequatur, querelæ locum non eſſe[f]. Hanc tamẽ quarta quoquo titulo relicta[g] excludit, quoniam tunc inofficioſum teſtamentũ non eſt: non tamen ſimiliter quæſtionem nullitatis ſemouet, niſi titulo inſtitutionis liberis ac parentibus relinquatur[h].

LIBER VI.

Singulares[a] in rem ſeu ſpeciales[b] actiones ſunt, quibus res ſingulæ, tam corporales quàm incorporales uindicantur: id eſt, agentis eſſe aſſeruntur[c], eoq́; reſtitui petuntur[d]. Corporeas rei, hoc eſt, proprietatis uen-

1. De rei uendicatione.

dicatione 1 directa & ciuili, proprietarij ſeu rerum domini[e] petunt: publiciana 2 autem in rem actione prætoria &

2. De publiciana in rem actione.

fictitia, quaſi domini[f]: nimirum qui cum titulo & bona fide uſucapientes pro domino poſſederunt, & tamen ante uſucapionem completam, poſſeſsionem, quæ modò reſtitui petitur, amiſerunt[g]. Nam bona fides poſsidenti tantum præſtare ſolet, quantum ueritas[h]: hoc eſt, pro uero dominio habetur[i]. Et amiſſam proinde poſſeſsionem, ab eo qui non pari[k] iure uel meliore[l] poſsidet, meritò repetere poteſt. Vtili uerò 3 actione reali[m], & quidem ciuili[n],

3. Si ager uectigalis uel emphiteuticarius petatur.

utiles rerum domini: ut emphiteuticarij[o], qui in perpetuum[p] (unde & perpetuarij nominantur[q]) uel ad tempus[r], plerunq; decennio amplius[s], aliqua utilis dominij lege[t] conductam rem habent alienam.

a l.in arenam. 12.C.eo.l.1. ſi à paren. man.l. pater.14. de inoff.
b d.l.Papinia. §.ſi quis.12.
c l.1.C.de furt.
d d.§. ſi quis. d.l. contra. cũ alijs modò allegat.
e §.eſt et aliud. Nouel. 115. Auth.ex cauſa.C.de lib. præter.
f l.contra.16. C.de inoff.
g l.Pap.8.§. 6.cum ſeq.l. omnimodo. 30. & paſſim. C.eo. Nou.18.§.1. de trien.
h Nouel.115.§. 1.2. Inſt. de exhib.lib.l. filio. de iniuſt.teſt.

a l.1.hoc tit. b l.in ſpeciali.73.hoc tit. c l.8.l.non ideo.66.de rei uend. l.quintus.26.§.3.de aur.& arg.lega. d l.Iulianus.17.l.præterea.20.l.62. hoc tit.Bald. l.9.C.de pig.act. e l.in rem.23.hoc tit. f §.ſed iſtæ.Inſtit.de actio.l.1.& 2. hoc tit. g §.ſi quis à non domino. Inſtit.de rer.diuiſ.l.bona.110.de uerb.ſignif. h l.bona.136. de reg.iur. i d.l.bona.136.l.ſi fur.32.ubi Cuiac.de uſuc.l.2.4.C.de probat. k l.ſiue. 9.§.2. hoc tit. l l.penult.l.ult.hoc tit. m l.1. in fin. hoc tit. & tit. de loc. pub. fruen. n l.1.in fi.ubi Bar. Sal. & Dd. C. de iur. emph. Bar. l.uni. de condic. ex leg. Spec. de emph.num.68.& 153.Imol.in c.potuit.num.22. de loca. o l.1.ubi Dd. C. de iur.emph. p l.1.hoc tit. q l.1.C.de loca.l.2. C.de off.com.rer.priua. r l.ult. hoc tit. s gl.l.fin.hoc tit.per l.1.§. quod autem.de ſuperficieb. Dd. Cle.1. de reb. Eccl. non alienan.& l.codicilli.§. inſtitutio. de lega. 2.c.1.§. donare.qual. olim feud. po.aliena. Iaſ.l.2. C.de iur.emph.Ferra.in fin.lib. ad ritè præſtationem.uerb. Inueſtiuit. t Nouell.7.& 120.

LIBER VII.

Res incorporeæ quæ uendicantur, ſunt ſeruitutes: non hominis (ſerui enim, ut res corporeæ, uendicatione petuntur [a]) ſed fundi [b]. Eæ aut perſonarum ſunt, quia ex fundo perſonæ præſtantur: aut rerum [c]: quæ ſcilicet à re immobili rei itidem ſoli, hoc eſt, à prædio prædijs debentur, unde & prædiales dictæ [d]. Perſonalis eſt uſusfructus 1, hoc eſt, ius utendi fruendi rebus alienis, ſalua earum ſubſtantia [e]: quod ius cum ſuo incremento 2, poſt ceſſum eius diem 3, & poſtquam ſemel conſtitutum eſt (ut enim conſtituatur perſonali actione cuiuſq; obligationis, unde debetur, exigēdum eſt [f]) aut petitur actione in rem [g] confeſſoria: qua is qui agit, confitetur & intendit ſuum uſumfructum eſſe [h], idque declarari, & aduerſarium condemnari, ut ſe deinceps patiatur utifrui, præſtita in id cautione, poſtulat [i]: aut quod extinctum ſit 4, morte eius cui debetur [k] (nam perſonale eſt [l]) uel rei con ſumptione [m], (niſi ex S.C. earum rerum uſusfructus legatus ſit [n], quæ uſu conſumuntur 5) uel alio modo [o]: aut non debitum, aut conſumptum, ad eum qui uſurpet, pertinere negatur, actione quæ ab hoc ipſo nomen habet negatoria 6. Qua quidē illud efficitur, ut ex natura rei (nam qui negat alteri ſeruitutem deberi, re ipſa aſſerit prædij ſui libertatem, eamque declarari, & aduerſario uſu ſeruitutis interdici poſtulat [p]) actoris partes obtineat, hîc, ſeu (ut loquitur Imperator) illo caſu [q], qui poſsidet: quod genus agendi in controuerſijs rerum corporalium proditum non eſt [r]. Huic autem ſeruituti conſimilia ſunt [s] (nam eodem penè [t] modo conſtituuntur, exiguntur, & ut perſonales ſeruitutes finiuntur [u]) operarum hominis ſerui legata 7, fructui & uſui commoditate paria [x]: item uſus 8, qui aliquanto minor eſt uſufructu [y], & uelut illius pars altera, ut nomen arguit: quòd neceſsitati tantùm ſeruiat, non ut hîc etiam utilitati [z]. Denique habitatio in re alie-

1. De uſufructu.
2. De uſufructu accreſcendo.
3. Quando dies uſusfructus legati cedat.
4. Quib. modis uſusfructus uel uſus amittatur.
5. De uſufructu earum rerū, quæ uſu cōſumuntur.
6. Si uſusfructus petatur, uel ad alium pertinere negetur.
7. De operis ſeruorum.
8. De uſu & habitatione.

a l.1. de rei uend.
b l.pater.6.de ſer. lega.l. annua.26.§. Atteius. de ann. lega. uid. Inſtit. de uſufr.
c l.1.de ſeruit.
d §.2.Inſtit.de ſeruit.ruſtic. præd.l.3.de ſeruit.
e l.1.h.t.
f l.3.cum ibi not.h.t. dixi Inſt.de uſufruct.
g §.2.Inſtit.de actio.
h l.2.l.9.h.t.l. 2.ſi ſer. uēd. uid.Theophil.Iaſ.& Dd.§.æquè. 2.Inſtit. de actio.
i l.5.h.t.l.un. ubi Bart. C. uti poſſid.l. 7.10.12.ſi ſer.uend.
k l.3.§.fin. & paſſim hoc tit.§.finitur. Inſt.de uſufr.
l l.1.j.de ſer.
m l.ſi cui.53.de uſufr.l.5.§.2.h.t.
n nam tantùm ad legata hoc S.C. pertinuit, non ad conſtitutionem inter uiuos: ut dixi Inſt.§.2.de uſufr.
o l.1.& t.t.quib.mod uſusfr.§.3.cum ſeq. Inſt.de uſufruct.
p l.5.l.1.l.12.j.ſi ſeruit.uend. Bal.l.quemadmodum.29.§.1. ad l. Aquil. Theoph.& Dd.d.§.æquè.
q d.§.æquè. uerſic.ſanè illo caſu, nempe negatoriæ, de qua dixerat Inſt.de act. ubi ſic lege.
r d.§.æquè.Inſtit.de actionib.ubi dixi.
s l.4.5.de oper.ſeruor.
t l.2.hoc tit.ubi aliqua differentia oſtenditur: ideo addidi, penè.
u l.4.5.& t.h.t.
x l.4.5.h.t.
y l.1.h.t.§.1.Inſtit.eod.ubi dixi.
z l.1,12.14.& paſſim h.t.§.1.Inſtit.eo.

re aliena[a], etiam feudali[b]: quæ ab uſu ædium utilitate non differt[c], ſed aliquo ſubtilioris differentiæ iure[d]: quia in facto conſiſtit[e], eoq; locari poteſt[f], nec capitis diminutione, neque non utendo, ut uſus, ſed tantùm morte habitantis extinguitur[g]. Cæterùm eiuſmodi ſeruitutes cum ſint ius, ut diximus, re utendi aliena, ſalua[h] eius ſubſtantia non perpetuò, ſed ad uitam tantùm utentis: ne inutiles ſint proprietates, ſemper abſcedente uſufructu[i]: his de cauſis rectè edicto prætorio eſt inductum, ut qui has præſtari, permittiq; (nam patientia hîc loco traditionis[k] eſt) ſibi petit, datis fideiuſſoribus ſatiſdet, aut ſi quádo reperiri nequeunt[l], ſaltem iuramento[m] caueat 9, ſe & boni uiri arbitratu uſurum, & finita ſeruitute rem quæ extabit, (nam extincta perit ſuo domino, hoc eſt, proprietario[n]) reſtituturum eſſe[o].

9. Vſufructuar. quéadmod. caueat.

LIBER VIII.

1. De ſeruitutibus.
2. De ſeruitib. urb. præd.
3. De ſeruitib. ruſt. præd.
4. Communia prædiorũ tam urbanorũ quàm ruſticorum.
5. Si ſeruitus uendicetur, uel ad aliũ pertinere negetur.
6. Quemadmodum ſeruitutes amittũtur.

SEruitutes 1 porrò reales ſeu prædiales, quibus prędia prædijs ſubijciuntur & ſeruiunt, (unde & nomen eſſe diximus[a]) ſunt ius agendi habendi'ue aliquid in prædio alieno, ad ſui prædij utilitatem: quod iure communi agere habere non licet[b]. Eæ aut urbanorum[c] habentur prædiorum 2, quæ habitationis cauſa tam in oppidis quàm ruri conſtruuntur[d]: aut ruſticorum 3, quæ colligendorum fructuum gratia, nedum in uillis, ſed & in ciuitatibus comparantur[e]: quibus cùm alia ſunt iura communia 4, tum inprimis quòd perpetuam cum prędijs habeant cauſam[f], quòd utræq; inſtar perſonalium ſeruitutum, legitimis in rem actionibus[g]: hoc eſt, tam confeſſoria 5 uendicantur debitæ, nimirum ſemel conſtitutæ & acquiſitæ[h]: quàm cum non debentur, aut non utendo[i] ruſticæ, urbanæ uerò præſcripta libertate[k], alio'ue quouis modo amiſſæ ſunt 6, ad alium negatoria pertinere negantur[l].

a §. ſed ſi cui. Inſt. eod. l. cũ antiquit. 13. C. de uſufruct. b in uſib. feud. lib. 2. ti. 105. Cuiac. in §. itē & illud. circa fin. lib. 1. titul. 1. qui feud. da. poſ. c l. ſi habitatio. 10. h. t. d dixi ad rub. & §. 2. Inſtit. eod. & l. ſi habitatio. 10. h. tit. e l. penult. de cap. diminu. f d. l. cum antiquitas. 13. C. de uſufr. g d. l. ſi habitatio. 10. h. t. d. tit. 105. lib. 2. feudo. h d. l. 1. de uſufruct. Inſtit. eod. in prin. i §. 2. Inſtit. de uſufruc. k l. 3. de uſufruct. l. 2. de action. empt. l Authen. generaliter. ubi Dd. de ſacroſan. Eccleſ. m l. 4. C. de uſufr. ubi Caſt. Auth. cui relictum. ubi Bald. & Iaſ. C. de indic. uid. Angel. hîc. n l. pignus. C. de pignor. act. l. 1. in prin. h. t. o Paul. lib. 3. tit. 6. & lib. 1. tit. 11. l. ſi cuius. 13. de uſufr.

a Inſt. de ſeruit. ad rub. & 5. lib. prox. b uide quæ dixi ff. ad hunc tit. alias definitiones uide apud Cuiac. hîc. c l. 1. h. t. Inſt. eo. in princip. d l. 1. com. prædio. l. urbana. 198. de uerbor. ſignif. Columell. lib. 1. cap. 1. e d. l. urbana. f uide Cuiac. ob. lib. 11. cap. 3. g l. ſciendum. 19. de oper. no. nunciat. h uide quæ dixi de uſufructu. i l. penult. C. de ſeruit. k Cuiac. l. 4. §. ult. de uſucap. & obſ. lib. 1. cap. 28. l uide de his in §. æquè. Inſtitut. de action.

LIBER IX.

PRoxima,& planè conſimilia actionibus realibus, iudicia ſunt illa,quę nec ex mero cõtractu, neq; ex delicto, ut actiões perſonales: ſed ex facto aliquo aut reſpectu rei, uel ſoli domino, uel cõtra ſolum dominũ poſſeſſorem'ue rei,ad exhibẽdum [a], reſtituẽdum'ue [b], exemplo realium [c] dantur: ut de damno ſine iniuria (nam hęc ad criminalia refertur [d]) dato [e] actio noxalis ex leg. XII. ſi quadrupes, (qua uoce & bipes animal ſententia legis amplectitur [f]) pauperiem 1, hoc eſt, dãnum [g] ſine culpa, quæ in animantes rationis expertes nõ cadit [h], feciſſe dicatur, de damno iniuria, hoc eſt, culpa hominis dato [i], actio olim legis XII. [k] hodie legis Aquiliæ 2, quę anterioribus derogauit [l]. quam actionem quia ex lege eſt, etiam ciuilem [m] & perpetuam [n] eſſe, reſpectu agentis, utpote rei hactenus perſecutoriam, cõſentaneum eſt, quamuis perſonalis ſit, nec in hæredem tranſeat, quippe pœnalis, quo ad eum ſcilicet qui conuenitur [o]. Itaq; licet de iniuria etiá reali, tãtùm intra annum ſiue prætoria ſiue ciuili actione queri poſsit [p]: tamen damnum iniuria, puta uulnerãdo, datum, perpetuò repoſcere licet [q] ex lege Aquilia: qua cauetur: Qui ſeruũ ſeruá'ue alienum alienam'ue, quadrupedem uel pecudem iniuria, hoc eſt, nullo iure [r] occiderit: quanti id in eo quo interfectum eſt anno (quo ſpacio æſtimatio, non perſecutio concluditur) plurimi retrò fuit, tantum æs dare dño damnas eſto [s]. Aduerſus inficiantem in duplum actio eſto [t]. Cæterarum rerum, prę ter hominẽ & pecudem occiſos, ſi quis alteri damnum faxit, quid'ue uſſerit, fregerit, ruperit iniuria: quãti ea res fuerit in diebus triginta proximis (ex quo liquet, quod dixi, hac tẽporis notatione nõ perſecutionẽ, ſed ęſtimationem definiri: alioqui hæc actio 30. tantũmodo eſſet dierum) tãtum æs domino dare damnas eſto [u]. Et hæc quidem de communi legis Aquilię actione. Eſt & alia ſpecialis [x], hoc eſt ſingularis, quia prætoria & popularis [y], & in damni duplum etiam abſq; inficiatione actio [z], ad ſimilitu-

1. Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.

2. Ad legem Aquiliam.

a l.3 §.ſi quis. l.de eo.§.ſæpius. ad exhiben.
b t.t. ad l. Aquil. cũ ſim.
c l.qui reſtituere. 68. de rei uend.§.1. Inſt.de act.
d l.1.& t.t.de iniur.
e l.1.h.t.
f l.pen.h.t.
g l.1.3.h.t.
h l.3.§.1.de minor.
i l.4.5. ad l. Aquil.
k l.1.l.4.h.t.
l l.1.h.t. l.ult. de conſtitut. princip.
m l.ſi hæres. 70.§.1. ad Treb. l.quæcunq;.56.de obl.l.1.h.t.
n l.5.§.hæc autem.5.de his qui deiec. l.ultim. naut. caup.ſtab.
o l.inde.23.§.actionem.6.h.t.§.his autem.Inſt.eo.uid.d.l.ſi uerò.5.§.hæc autem.de his qui deiecerunt.
p l.5.C.de iniur.ubi Azo,nu.17.gl.in §.ſed & lex.Inſt.eo.quãquam ibi cõtrà Fab.Baro.Martin. Sali.d.l.5. Boſſ.de iniur.nu.23.Cepoll.conſ.70.nu.22.Schurff.cõſ.10.cent.1.Hennin.conſ.1.de iniur.nu.12.uid.Chilia.c.59.
q Iaſ.l.1.nu.16.de pac.Henn.cõſ.1.de iniur.nu.22.Mynſin.obſ.10.cẽt.4.ubi probat,eũ qui remittit iniuriã,non ideo amittere dãnum.
r l.4.5.h.t.
s l.2.h.t.l.cõtra.4.C.eo.
t d.l.cõtra.§.ſtudiũ.No.18.de triẽte & ſemiſſe.
u l.ſi ſeruus.27.§.4.h.t.
x l.5.§.cũ aũt.4.h.t.
y d.l.ſi uerò.5.§.hæc aũt.5.h.t.
z l.1.de his q deie.

militudinem Aquilianæ edicto prodita: in patremfa. quidem, cuius ex domo deiectum effuſumque eſt 3, quod damnũ dedit, ad pœnam uerò ſolidorum decem[a] (nec enim damnum infectum æſtimari poteſt) in eum qui in ędibus poſitum quid ſuſpenſumq; ita habet, ut damnum dare poſſit. Cui generi admodum ſunt affines, quæ noxales appellantur actiones: hoc eſt, quæcũq; generatim actio, noxę 4 nomine in dominum ex l. XII. propoſita noxaliter: nempe non purè, ſed cum alternatiua petitione: ut aut reſarciat damnum à noxa ſeruo ſuo datum, aut noxæ, hoc eſt, pœnæ[b] caput noxium dedat.

3. De ijs qui deiecerunt uel effuderunt.

4. De noxalibus actionibus.

LIBER X.

MIxtam etiam cum realibus cauſam habent[a], uel potius natura ſua reales ſunt[b], actiões diuiſoriæ, finium regundorum 1, hoc eſt, determinandorum: familiæ uidelicet hæreditatis, uel rerum potius hęreditariarum[c] (nam hæreditas ipſo iure ex l. XII. diuiſa eſt[d]) erciſcundæ 2, id eſt diuidendæ[e]: & de communi quacunq; ex cauſa, tam uoluntaria quàm neceſſaria[f], diuidundo 3. Item quæ uendicationibus uiam munit[g], earumq; exemplo[h] in rem acturo[i] contra eiuſdem poſſeſſorem datur[k], eoq; in rem ſcripta[l], ad exhibendum actio 4.

1. Finium regundor.

2. Familiæ erciſcũdæ.

3. Communi diuidundo.

4. Ad exhibẽdum.

LIBER XI.

ET interrogationes iudiciorum horum, præcipuè noxalium[a], & petitionum hęreditariarum[b] pręparatorię[c]: unde fundatæ cõfeſsionibus[d], & quaſi ex cõtractu firmatæ[e], actiones eiuſmodi uocabãtur olim uel confeſſorię[f], ſi quando ex facta ab aduerſario confeſsione urgebantur[g]: uel interrogatoriæ[h], cum non extante rei confeſſione, ex inficiatione ſcilicet[i], aut reſponſione[k] nulla[l], falſa[m], perplexa[n], ęderentur[o]. Itaque non erant hæ propriæ quædam actiones, ſed ab hac cauſa efficiente cæteræ omnes, ut uendicationes, noxales, perſonales, &c. ſic nominabantur: quòd uel ex confeſsione, uel ſi quando ea ad in-

1. De interrogatorijs actionibus.

a *l.5.§.ait prætor.6.h.tit.* b *Inſt. eo. ubi dixi.*

a *§. quædam. Inſt. de act.* b *l.3.C.fin.regun.l.1.4.§.5.fin.reg.l. item. 22. §. pen.fa.erciſ.* c *Cuiac. hic ex l. Põponius. 8. de rei uen.* d *l. ea quæ. 6. C. fa. erciſc. l.2. C. de hæred. act. l. pacto. 26. C. de pact.* e *l.2. h.tit. de quo nomine uide hic eundem Cuiac.* f *l.2.h.tit.* g *l.1.ad exhi.* h *§.1. Inſtit. de act. l.un. C. de alien. iud. mut. cau.* i *l.1.3. §.3. cũ ſeq. h.tit.* k *d.l.2. §.fin. l.4. l.5. cum ſeq. h.t.* l *gl. uer. perſonalis. l.3. §.eſt autem.3.h.tit.*

a *l. ſi quis. 7. l. confeßionib. 12. 13. 16. 17. 20. cum ſequen. h. tit. l. proinde. 25. ad l. Aquil.* b *l.1.2.2.5.8.9.11.12.15.18.19.ult.h.t.* c *l.1.§.1.h.t.* d *l. confeßionib.13.h.t.* e *l. de ætate.11.§.ſi interrogatus.8.h.t.* f *l. proinde.25. ad l. Aquil. uide Duar. diſp. lib.1.cap.24.* g *d.l. confeßionib.13. d.l. de ætate.§.1.h.tit.* h *l.1.§.1. & paßim h.t.* i *l.ult. de rei uendi l.9.§.9.* k *l.4.8.9.§. qui interrogatus. 8.l.12.§.1.* l *l. de ætate. §. qui tacuit 3. cum ſequen.* m *l.4.7.§.3.l.9.§.1.* n *d.l.9.§.4.5.6.h.t.* o *l. ſi is.14. uerb. per interrogationem aut reſponſionem.*

ad interrogationem facta non eſſet, ſaltem ex interrogatione ortum principatumq; ſui ducerét: uelut ſimili ratione tralatitium eſt appellare arbitrarias [a], reſciſſorias [b], reſtitutorias [c], reuocatorias [d], exercitorias [e], inſtitorias [f], de peculio [g], & ſimiles [h]. Etenim cogebatur ex edicto [i] interrogatus poſſeſſor ſeu reus in iure, hoc eſt, apud magiſtratus pop. Rom. uel alios iudices, ubicunq; iuris dicendi uel iudicandi cauſa conſiſterent, etiamſi (quod quidem ad hoc argumentum attinet) domi uel in itinere hoc de plano ageretur [k]: non quidem de iure ad ſe pertinente, unde nihil adiumenti agentis intentioni accederet [l]: ſed de eo quod ad actoris petitionem, quæ inde fundaretur, ſpectaret [m], reſpondere: aut non idoneè reſpondens in pœnam contumaciæ in ſolidum conueniebatur [n]: ut qui uel pro confitente uel pro negante haberetur, prout alterutrum ei poterat obeſſe [o]. Ac erat quidem olim eiuſmodi interrogationibus opus, cum in perſonam erat actio, & certum, puta ex mutuo aut aliquo debito, certa, eoq; ſtricta formula petebatur: ne dũ ignoraret actor, qua ex parte aduerſarius defuncto debitori hæres extitiſſet, interdũ plus petendo aliquid damni ſentiret [p], & cauſa caderet [q]: quod periculum euitabat interrogatione facta, & ex rei reſponſione, interrogatoria actione propoſita [r]. In bonæ porrò fidei iudicijs & arbitrarijs, cuiuſmodi pleræq; habebantur uindicationes [s], non erant æquè neceſſariæ: quòd nihil certi hîc peteretur, & proinde à pluris petitione nullum periculum eſſet [t]. In uindicationibus alia etiam ratione: quòd in his actor petens ſe dominum [u], uel quaſi [x], declarari, non ex eo quod aduerſarius poſsideat, ſed quod ipſe habere ſe intendit, ius ſuũ metiatur [y]: ſed hoc ſine hodie interrogationibus non utimur, eoq; nec interrogatorijs actionibus: nec cogitur quiſquam iſto reſpectu ante iudicium de ſuo iure reſpondere [z]: quia poſteriorib. temporibus pœna illa pluris petitionis obſoleuit [a]: & antea

a §. præterea. 27. Inſtit. de action.
b l. in bonorarijs. 34. de obligat. & action.
c l. quamuis. 8. §. ſi conuenerit. 5. uerſ. Marcell. ad ſenatuſconſ. Velleian.
d t. t. ſi quid in frau. pat. & quæ in frau. cred.
e de exer. act.
f de inſt. act.
g de pecul.
h Inſtit. quod cum eo qui in al. pot.
i l. 2. 4. h. t.
k l. 4. h. t.
l l. in ſpeciali. 73. de rei uẽ. l. cogi. 11. C. de petit. hæred. l. ult. C. de rei uend.
m Bald. d. l. in ſpeciali.
n l. de ætate. 6. §. qui tacuit. 3. h. t.

o Specul. de poſit. dixi ff. h. t. p l. 1. h. t. q §. ſi quis intentione. Inſtit. de actionib. r l. 4. 9. 11. cum ſimil. hoc tit. s l. qui reſtituere. 68. l. quæ de tota. 74. de rei uend. l. 5. de in lit. iuran. §. præterea. 27. Inſtit. de action. t Cic. pro Qu. Roſc. l. ſi rem. 9. §. ult. de pignor. act. §. ſi quis. 28. Inſtit. de act. u ut in uendicatione. l. 6. l. in rem. 23. de rei uend. uid. Ferra. in for. ac. real. x ut in publiciana, item petitione hæreditatis. l. 1. ſi pars hæred. l. licet. 10. cum ſeq. ubi Bart. de petit. hær. & in l. 1. C. quor. bonor. y l. 1. ſi pars hæred. petat. z l. 1. h. t. uerſ. ult. quem à Triboniano ſubiectum eſſe non temerè putat Hotom. in orat. pro Cæcinna. a §. ſi quis. 28. cum mul. ſeq. Inſtit. de action.

tea etiam prætor iuſto errori ſubinde ſuccurrebat [a]: quem ſanè ſi quicquam aliud, iuſtum facit ignorátia iuris factiq; alieni [b]: dum neſcitur, quo iure, quantumq; aduerſarius poſsideat [c]. Manſit alio fine interrogationum utilitas (licet actiões inde interrogatorias nominari & uſurpari deſitum ſit [d]) in petitorijs maximè iudicijs & uendicationibus, deniq; ubicunq; æquitas iudicem mouerit [e], & quandocunq;, etiam ante iudicium [f], hoc eſt, ante litem conteſtatam [g]: nec enim reſpectu litigatoris (etſi ſecus quo ad iuriſdictionem iudicis [h]) prius acceptum uideri iudicium poteſt, cum eouſq; mutari ſemper poſsit [i]. Sic ut res exemplis fiat dilucidior, qui petitorio iudicio utitur, ne fruſtra experiatur, requirere poteſt, an is cum quo litigaturus eſt, poſſeſſor ſit, uel dolo poſsidere [k] deſierit: nec modò an fundum qui petitur poſsideat, ſed quota ex parte poſsideat [l]. Qui petit hęreditatem [m], interrogare, an ille qui cum agit, poſsideat [n], & quota ex parte, & utrum pro hærede [o], an pro poſſeſſore [p] poſsideat: utrum ex teſtamento, an ab inteſtato, & an ſuo nomine [q] (nec enim pro alio, aut de alieno iure quiſquam reſpondere cogitur [r]) & quo iure, ciuili an prętorio, ſucceſſor & hæres ſit [s]. Qui noxali uel Aquilia agit, an quadrupes quę pauperiem fecit [t], uel ſeruus qui damnum dedit [u], eius ſit à quo noxam poſtulat. Sed & eum à quo damni infecti ſtipulari uolumus, interrogari non eſt alienũ, an ædes eius uel locus ſit, ex quo damnum timetur, & pro qua parte ſit [x]: atq; ita in alijs multis eiuſdem notæ articulis, ut ſecũdum interrogata, & ad hæc reſponſa mutari informariq; actio, priuſquam lis conteſtetur, poſsit. Fieri interrogationes ante litis conteſtationẽ, ad fundãdam ſcilicet intẽtionem, ſeu uiã actioni muniendam, etiam nunc uſitatũ eſt [y]: cæterùm quæ probationis leuandæ gratia ut poſitiones [z], uel examinãdæ ut interrogatoria teſtium [a] quæ uocant, proponũtur [b], hæc exẽplo probationum [c] poſt litem demum conteſtatã [d] fiunt: quæ

g quantum

a d.§.ſi quis.
b l.1.2.cum ſequen.de iur. & fact. ignoran.
c l.1.§.1.quor. legato. ubi Bart.
d l.1.in fi.h.t.
e l.pen.h.tit.
f l. qui ſeruũ. 20.§.1.h.tit. gl.Bart.Caſtal. in l.qui petitorio.36. de rei uend.
g l.amplius.15. rem rat. habe. l. ædiles. 25. §. itẽ. 4. de ædil.edic. l. ubi. 30. l. non poteſt. 23.de iudic.
h c.gratũ.20. de of. et pot. iud.del.Clẽ. 2.ut lit. pen. Dd.l.4.5. de iuriſd.
i l.3. ubi Dd. C.de æden.
k d.l.qui petitorio. 36. de rei uend.
l l. qui ſeruũ. 20.§.1.h.t.
m l.1.in fin.uer.in hæreditatibus.
n l.2.3.l.ſi ſine.9.l.de ætate.11.§.1.§.5.l.qui ex parte.18.
o l.1.l.4.5.6.9.l.ſi filius.12.l.ult.
p l.& hærede.11.cum l ſeq.de pet.hæred.d.l.cogi.11.C.eod.
q l.ſi ſine.9.§.illud.5.
r l.ſi ſine.9.§.2.3.
s l.ſi ſine.9.§.5.6.h.tit.
t l.ſi quis.7.h.t.
u l.ſi quis.8.l.ſi is.14.l.ſi ante.15.l.ſi ſeruus.16.cum l.ſequen.l.qui ſeruum.20.h.tit.
x l.non alien.num.10.h.tit.
y Specul. de interrog. quæ fiunt ante litem conteſtatam.
z cap.1.2.de confeſſ.in 6.
a de his uide Specul. & alios prac.de teſtib.
b l.1.in fin. h.tit. quam de hoc genere intelligas.
c t.t.ex. ut lit.non conteſt.
d Specul.de poſit.§.4.num.2.3.

ATQVE ita quidem iure ciuili ex ultimis uoluntatibus ſucceſsiones debentur & petuntur. Cæterùm iure prætorio petitis & datis bonorum poſſeſsionibus 1, hoc eſt, facultate perſequendi tuendiq; patrimonij [a], quod cuiuſque cum moritur fuit: quam uice hæreditatis ijs prætor decernit, qui iure ciuili hæredes non ſunt, nec ideo à prætore qui hæredes nunquam facit [b], ut nec dominos [c], hæredes fiunt: ex naturali tamen æquitate ſuccedere debent: & ea re ad utile uelut dominium, iusq; hæreditariũ, data ex edicto bonorum poſſeſsione, admittuntur [d]: unde non minus quàm ex aditione hæreditatis [e], uelut ex quaſi contractu, obligationes & iudicia exiſtunt [f]. ut tamen hæreditas iure ciuili non aditur, niſi teſtamento publicato [g], aut explorato nullum teſtamentum ſupereſſe [h]: ſic hæc prętoria bonorum poſſeſsio non antè decernitur, quàm conſtiterit, utrum tabulæ teſtamenti extent, an non 2: & num ex cauſa teſtati, an uerò ab inteſtato decerni poſſeſsio debeat. Extãtibus porrò tabulis, etiamſi non proferantur [i], dat prætor & decernit bonorum poſſeſsionem: liberis quidem intra annum utilem [k] (quo prætoria ferè quæ à iure ciuili deflectunt, terminantur [l]) reliquis uerò proximis intra centum dies utiles [m], petentibus [n]: quippe iudex non impertit officium ſuum, niſi ſit expetitum [o]. exceptis ſanè furioſis, infantibus, ſurdis, mutis, quibus hæc petitionum tempora non cedunt 3. Nam etiam ruſticitas, ignorãtia facti, & alia deniq; quæuis idonea excuſationis cauſa, pręſcriptionem hãc tẽporis excludit [p]. Eſt aũt eiuſmodi poſſeſsio duplex, ſicut & dupliciter datur, aut cõtra tabulas, aut ſecũdũ tabulas. Ea quę eſt cõtra lignũ [q], hoc eſt, tabulas 4 teſtamẽtarias [r], qa aduerſatur iuri communi, qđ rata & ſancta eſſe teſtamẽta regulariter iubet

1. De bonorum poſſeſsionib.

2. Si tabulæ teſtamẽti extabũt.

3. De bonorũ poſſeſsione furioſo, infanti, muto, ſurdo, cæco competente.

4. De bonorum poſſeſsiõe contra tabulas.

a l.3.§.2.h.tit. *b* §.2. Inſt. de bon.poſſ. *c* l.3.ſi uſufru. pet. §.2. Inſtit.de bono. poſ.ubi dixi. *d* in princ.& tot.tit. Inſt. de bonorum poſſeſ. *e* §.hæres. Inſtit. de ob.ex quaſi contr. l.4.5.de obl. *f* l.penult. de ſeparat. *g* l.1.& tot.ti. quemad. teſtam.aper.l. de his. 6.de tranſact. *h* §.cum autẽ. 8.Inſt.de hæred. quæ ab inteſta. *i* l.1.§.ſufficit. de bon.poſſ. ſecun.tab.l. 1.& t.h.t. *k* l. 4. C.qui admit.gloſſ. l.2.eo.ti. per l.penul. quis ordo in bon.poſſ.l.1.§.largius. *l* l in bonorarijs.34.de obligat.in princip.Inſtit.de perp.& temp.act. *m* l.ult.uerb.dies utiles.Inſtit.de bonor.poſſeſſ.l.2. C.qui admit. l.ſi plures.9.cum ſequen.ſuprà de bonor.poſſeſſ. *n* l.6.l.penul.C.qui admit. *o* l.4. §.hoc autem.6.ubi Bart.& Dd.de dam.infec. *p* l.penult.C.qui admit. *q* l.quod uulgo.h.tit. *r* Cuiac.obſer.lib.11.cap.14.

iubet [a]:ideo nõ paſsim indulgetur,ſed tantùm liberis prę-teritis, tam ſuis quàm emancipatis [b] (non etiam exhæredatis [c], quibus ad querelam inofficioſi ciuilem recurrendum eſt) ita tamen ut legata tabulis relicta 5 nihilominus præſtent [d],& bona ſua 6 doteſq́; 7 (quæ proprium fœminarum ſunt patrimonium [e]) in communem hæreditatem conferant: atq; ita omnium conditio exæquetur [f] liberorum: quo nomine nedum filios ſuos & emancipatos, ſed etiam nepotes 8 reliquoſq́; deſcendentes [g], & in his uentrem 9, ſaltem ut mitti in poſſeſsionem poſsit: ac impuberes, non admiſſa ex Carboniano edicto 10 ſtatus eorum quæſtione, prætor complectitur. Altera uerò bonorũ poſſeſsio, quæ eſt ſecundum tabulas 11, nedum liberis ut ſuperior, ſed omnibus omnino ſcriptis hæredibus datur [h]: non enim contra, ſed ſecundum ius eſt: confirmandi iuris ciuilis teſtamentarij gratia [i], quo plures eſſent uiæ conſeruandarum hæreditatum quæ teſtamentis relinquuntur, inducta. Cæterùm quia correlatiuorum ſimilis eſt cauſa [k], nec minus ex pietate affectioneq́; naturali, turbato mortalitatis ordine, parentibus quàm liberis ſucceſsio debetur [l]: idcirco utranq; hanc poſſeſsionem etiam aſcendentibus prætor pollicetur 12: contra tabulas quidem pagani, qui ſicut liberos [m], ita parentes piè, citraq́; notam inofficioſi, præterire non poteſt [n]: ſecundum uerò tabulas militis 13: quas contra nec exhæredatis neq; præteritis ſuccurritur [o], quia pro exhæredatis habentur: niſi teſtatoris ignorantia factum id appareat [p]. Milites enim teſtantur quomodo uolunt, quomodo poſſunt [q], ſic ut eorum tabulæ pręteritionis aut exhæredationis ex cauſa nequeát impugnari [r]. quod tamẽ nouiſsimo iure putatur correctum [s]. Decernitur etiam bonorum poſſeſsio contra uel ſecundũ tabulas liberti, ex patronatus iure 14 patronis, qui parentum uice ſunt [t], ob gratitudinem, reuerentiam, & obſequia 15, quæ illis, uelut utriuſq; ſexus parentibus [u], (quan-

l 3 quam

5. De legatis præſtandis, contra tabulas bonorũ poſſeſsione petita.
6. De collatione bonorum.
7. De collatione dotis.
8. De coniungendis cum emancipato liberis.
9. De uentre in poſſeſsionem mittendo, & curatore eius.
10. De Carboniano edicto.
11. De bonorũ poſſeſsione ſecundum tabulas.
12. Si quis à parente manumiſſus fuerit.
13. De bonorũ poſſeſsione ex teſtamento militis.
14. De iure patronatus.
15. De obſequijs à liberis & libertis parentibus & patronis prẽſtãdis.

a *§.1. in Autb. de bæredib. & fal.l.1.C. de ſacroſ. Eccl.*
b *l.1.b.t.l.1.2. C.eod.*
c *l.1.b.t.*
d *uide bic diſtinctionem Cuiacij.*
e *d.l.3.§.ſed utrum. de minorib.*
f *l.illud.20.l. ut liberis.17. C.de collat.*
g *l. liberorum.220. de uerb. ſignif.*
h *l.1.ſi tabul. teſtam.ex tab..*
i *in princip. Inſt.de bonor.poſſeſ.*
k *l.ult.C. de indic.uiduit. toll.*
l *l.nam etſi. 15.de inoff. teſta.*
m *tot. tit. de lib. et poſtb. et de exbær. lib. inſtit.*

n *d.l.nam etſi.Nouel.118.* o *l.ult. C.de inoff.* p *l.ſicut.9.cum l.ſeq. C.de teſta. milit.§.ſed ſi.8.Inſt.de exb.lib.* q *l.1.de teſta.mil.* r *d.l.ult.C.de inoffic.teſta.* s *No. 115.ita Iaſ.l.ult.num.6.gl.& Dd.ubi Iaſ.num.19. in Autb.ex cauſa. C.de lib.præter. Salic. l.ſi cum.10.C.de teſtam.mil.& in d.l.ult. C.de inoff.teſt.uide l.cum lege.38. cum Autb.ſeq. C.de Epiſ.& cler.* t *optimus tex. Nouel. 78.ut liberti decæterò, &c. cap. illud. 2. in uerb.qui æqualis patri circa libertum factus eſt.Inſtit.de legit.par.tutel.l.4.de in ius uocan. l.1.2.3.4.de obſeq.à lib. & liber.* u *d.l.1.2.3.4.b.t. & de ijs qui parentum loco babentur,plura Cuiac.obſer.lib.9.cap.19.*

quam enim inæqualis eſt poteſtas, pietas tamen æqualis utriſq; debita eſt [a]) quibus libertas tanquam altera uita [b] acceptum ferenda ſit, omni iure debetur [c].

a *l.4.de curat. fur.* *b* *l.ſeruitutem.209.l.liberta.s.106.de reg.iur.* *c* *de hoc patronatus iure plura Cuiac.lib. obſer.10. cap.33.*

LIBER XXXVIII.

Est autem in electione patroni, uel ſtipulari tempore manumiſsionis operas 1, quas libertus in authoramētum accepti ſummi huius beneficij deinceps ſibi præſtet: uel omiſſa ſtipulatione ex lege accipere (nam alterutro contentus eſſe debet [a], cum bona fides non patiatur [b], duplex authoramētum pro una manumiſsione exigi, & prouiſio hominis faciat ceſſare prouiſionem legis [c]) de hæreditate liberti demortui portionem bonorum debitam 2: quo iure ut reliquo priuatorum [d] etiam uniuerſitates 3, liberi item patronorum, quibus ſcilicet aſsignati 4 liberti ſunt, non cæteri, quandiu aſsignatio durat [e], utuntur. Erat autem hæc debita pars [f] olim ſemiſsis [g] bonorum liberti, hodie eſt tertia [h]: quæ etiam contra tabulas, nedum ex teſtamento, uel ab inteſtato, ex edicto unde legitimi debetur: adeò ut etiamſi inter uiuos in 5 fraudem patroni, quominus hanc debitam portionem conſequeretur, alienationes factæ ſint, detur ei nihilominus Fabiana, libertis teſtato decedentibus, Caluiſiana uerò ab inteſtato [i] actio (nec enim Paulianam habet, cum uerè non ſit creditor [k]:) qua alienata cum fructibus [l], etiam à bonæ fidei poſſeſſore [m] perpetuò [n] reuocantur. Subinde autem & illud admonendi ſumus, ut ex cauſa teſtati, ſi tabulæ teſtamenti extent, ſic & ab inteſtato, ſi tabulæ teſtamenti nullæ proferantur 6, ſecundum aut contra quas deferatur ſucceſsio, polliceri prætorem nihilominus bonorum poſſeſsionem, iuxta naturalem legitimæ ſucceſsionis ordinē, proximis ſucceſſoribus [o], hoc eſt, primò liberis, aut ſi nulli ſuperſint, legitimis: puta fratribus [p]: deinceps agnatis 7, qui per mares [q]: tertiò cognatis 8, qui per fœminas iuncti ſunt:

1. De operis libertorum.
2. De bonis libertorum.
3. De libertis uniuerſitatū.
4. De aſsignandis libertis.
5. Si quid in fraudē patroni factum ſit.
6. Si tabulæ teſtamēti nullæ extabūt unde liberi.
7. Vnde legitimi & agnati.
8. Vnde cognati.

a *l.adigere.6. l.ſicut.20.de iur.patro.l. nec patronis.7.l.ſi quando.4. C.de oper. lib.* *b* *l.bona fides. 58.de reg. iuris.* *c* *l.ult.C.de pac.conuent.* *d* *l.cum.16.de uerb.ſig.l. nihil.15.ad S.C.Mac.l. ob pecuniā. 81.de furt.* *e* *l.3.§.ſi capitis.de bon. liber.* *f* *l.ſi patronus.20.de donatio.l.Papinianus.8.§.ſi quis.de inoff.teſtam.* *g* *l.3.de bon.liber.§.2. Inſt.de ſucceſ.liber.* *h* *§.4.cum ſeq. Inſt.eo.tit.gl.l.1.uerb.legitimæ.C.ſi in fraud. patro.* *i* *l.3.§.ſi inteſtatus.ſi quid in frau.pat.l.3.C.eod.* *k* *l.6.in fin.ad l.Cor. de falſ.* *l* *l.1.§.ult.l.2.hoc tit.l.uideamus.38.de uſur.* *m* *d.l.2.hoc tit.d.l.uideamus.ubi Dd. & infrà quæ in frau.credit.* *n* *l.3.§.1.hoc tit.* *o* *uid.l.2.l.ult.C. unde legit.* *p* *§.1.Inſtit.de leg.ag.ſucceſ.l.5.unde legit.l.ult.§.1.de gradib.l.2.de ſuis & legit.Paul.lib.4.tit.8.* *q* *§.1.Inſt.de leg.agna.ſucceſ.l.2.§.agnati.de ſuis & legit.Vlp.tit.11.25.26.*

ſunt [a]: prout quiſque gradu propinquior, aut ordine ſuc-
9. De ſucceſſorio edicto.
ceſſorio 9 in proximioris (ut ſunt diſtincti agnationis & cognationis ordines: primus deſcendentium, cuius cauſa quoq; in ſuccedendo prior: alter aſcendentium, qui ſecundo loco admittitur: tertius collateraliũ: niſi quòd primus in hoc cõſanguinitatis, nempe fratrum, gradus, cum ſecundo ordine, uidelicet parentum, in ſuccedendo concurrat [b]: & in quõq; horum ordinum propinquitatis gradu alij propiores ſunt, potioresq; in cauſa ſucceſsionis, a-
10. De gradib. & affinib. & nominib. eorum.
lij remotiores 10) repudiantis, uel intra utiles dies [c] bonorum poſſeſsionem petere negligentis [d], locum ſuccedit: deinceps uiro & uxori 11, quæ in manum non conuenir, neq; ſua hæres eſt, ut ex l. XII. ſolenni conuentus ritu fie-
11. Vnde uir & uxor.
bat: & in ueteranorum militumq; ſucceſsionibus 12: in
12. De ueteranorum & militum ſucceſsiõe.
quibus nonnulla ſunt ſingularia [e]: ut quòd damnati bona, fiſco excluſo, ad propinquos pertinent [f]: quòd fiſcum quintus duntaxat cognationis gradus excludat [g], &c. Et denique (niſi cui ex aliqua indignitatis uel alia cauſa bonorum poſſeſsio non 13 competat) omnibus quibus ex
13. Quib. non cõpetit bonorũ poſſeſsio.
lege aliqua uel S. C. bonorum poſſeſsio debetur 14: eaq; re à prætore tanquam legis executore [h] atque adminiſtro decernitur: ſeruato tamen etiam hîc non modò agnatio-
14. Vt ex legibus uel S.C. poſſeſſio detur.
nis, de qua ſuprà [i], ſed etiam omnium eorum qui per certos gradus ab inteſtato ſuccedunt, ordine 15: quem nimirum in legitimis quoq; hæreditatibus eiuſmodi eſſe con-
15. Quis ordo in bonorum poſſeſsiõe ſeruetur.
ſtat, ut primũ ſui, deinceps legitimi 16, & in his ex S.C. Ter-
16. De ſuis & legitimis hæredibus.
tylliano ac Orfitiano 17, utriuſq; ſexus parentes uelut agnati (etiamſi cognati ſint) ac cum his iure nouo ex latere fratres utrinq; coniuncti, eorumq; filij [k], duntaxat iure repræſentationis, fratres uerò uterini uel conſanguinei tãtummodo cum parentibus ſui ſanguinis & lateris, non alijs [l], poſtremò reliqui cognati, pro cuiuſq; gradus proximitate, citra ius ullum repræſentationis, & diſcrimen
17. Ad S.C. Tertyllianum & Orfitianum.
ſexus [m] ſint admittendi [n].

LIBER XXXIX.

Atque hactenus quidem tam de uindicationibus & ſimilibus actionibus, quæ domino uel in dominum dantur, q̃ de perſonalibus, quas creditor aduerſus

a l.4. unde cognа. §.3. Inſti. de ſucceſ. cogna.
b uid. C. de legit. hæred. et Nou. 118. de hære. ab inteſtato.
c l. 2. l. 4. C. qui admitti.
d l. 1. §. ſed uidendum. l. 2. h. tit. l. 2. C. eod. l. 1. §. penult. de iur. et fact. ign.
e l. 1. l. 2. hoc titulo.
f l. 1. h. tit.
g l. 2. h. tit.
h l. nam & ipſum. 8. de iuſt. & iur. l. 2. de origin. iur. l. à diuo. 15. de re iudic. Inſtit. de bonorum poſſeſsione.
i tit. de ſucceſ. edic.
k Authentic. poſt fratres. Auth. ceſſante. C. de leg. Nouel. 119.
l Baldus, & Dd. in Authentic. defuncto. C. ad ſenatuſconſ. Tertyll. Schurff. conſil. 5. per tot. cent. 2.
m d. Authent. poſt fratres.
n §. 4. c. Nouel. 119.

uerſus debitorem ex contractu uel quaſi exercet, eſt perpurgatum: ſequuntur nunc uelut mixta iudicia (quæ ſimplicibus ſubijci tralatitium eſt [a]) cùm in perſonam directa, tum in rem ſcripta: neq; ex iure proprietatis, ut uendicationes, nec ex cōtractu uel quaſi, ut perſonales: ſed ex aliquo commiſſo, facto, & præcipuè poſſeſsionis cauſa, in abſtracto conſiderata: quæ cum proprietate nihil habet commune [b] (poſſeſsio enim non hîc dominium uel quaſi, ut in prætoria ſucceſsione [c], ſed uſum rei ſignificat:) ut ſunt interdicta [d] de operis noui, hoc eſt, iniuria [e] cōtra priſtinam [f] & receptam aut iuſtam ædificiorum formam [g], facti nunciatione 1: id eſt, per ſolennem ex edicto denunciationem prohibitione [h]: ut quod contra hanc, atque ita contra edictum ædificatur, antequam renunciatio ſit remiſſa, aut in ea cauſa ſit ut remitti debeat, uice nimirum miſſæ nunciationis, ſatiſdatione de opere reſtituẽdo, hoc eſt, demoliendo, ſi probetur iniuria factum, interpoſita, id in priſtinam formam reſtituatur [i]: niſi nunciator de ſuo ſtatim iure docere ſit paratus: quo caſu citra ſatiſdationẽ cauſa intra tres menſes cognoſcenda eſt [k]. eaq; nunciatio non tantùm ex re priuata poteſt interponi [l], ſed etiam de re publica [m], atq; adeò ſacra & religioſa [n], dummodo necdum opus factum ſit. Nam hoc remedium aduerſus futura opera inductum, non aduerſus pręterita: hoc eſt, aduerſus ea quæ nondum facta ſunt, ne fiant. Nam ſi quid operis factum fuerit, quod fieri nō debuit, ceſſat hoc edictum, & erit tranſeundum ad interdictum quod ui aut clàm, ut reſtituatur [o]. Eandẽ ad claſſem redigitur actio de damno infecto 2, hoc eſt, nondum facto [p], ſed quod à ruina malè ſartarum tectarum ædium, earundemq; proiectis & ſuggrundis, partibus utiq; tecti eminentibus [q], in publico [r] priuatoúe [s] loco fieri timetur: ut præſtito iureiurando, nō calumniæ cauſa id peti [t], de damno futuro reſarciendo ſatiſdetur [u], aut pręſtetur, quanti intereſt cautum ita fuiſſe [x]. Et ex l. XII. ad damnum etiam futurum reſarciendum, de opere

1. De operis noui nunciatione.

2. De damno infecto & protectionib. & ſuggrundis.

a §. quædam. Inſtit. de actionib. & ff. C. fin. regund.
b l. naturaliter. 12. §. 1. de acq. poſſ. ubi Iaſ. Soc. & Dd.
c l. 3. ſ. de bono. poſſ.
d l. prætor. 20. hoc tit.
e l. 1. & t. t. quod quiſq; iur.
f l. 1. §. 5. l. 21. §. 3. h. t.
g l. 1. C. de ſeruit. l. 1. 3. cum ſeq. C. de ædif. priua.
h gl. l. ſi procurator. 10. h. t. Duar. lib. 1. diſput. cap. 16. uide l. unic. C. eo. c. 1. 2. extra. eo.
i l. prætor. 20. hoc tit.
k l. uni. C. eod. c. pen. & ult. extrà. eod. Plot. l. ſi quando. §. 3. num. 5. C. unde ui. l. prætor. 20. ubi Bart. & Dd. h. t. Cepol. de ſerui. urb. cap. 28. Franc. Mar. quæſt. 500.
l l. iuriſgentium. 7. §. ſi paciſcar. 6. de pac. l. 3. §. nunciatio. 10. l. 5. §. & uelle. 9. h. t.
m d. §. ſi paciſcar. d. l. 1. §. 10. 11. l. 3. §. ult. cum l. ſeq. hoc tit.
n l. 1. §. 1. h. t.
o d. l. 1. §. 1. h. t.
p l. 2. h. t.
q l. malum. 242. de uerb. ſignif. l. ſi uerò. ubi Budæ. de his qui deiecer.
r l. fluminum. 24. cum ſimil. hoc tit.
s l. 1. l. qui ui. 15. 31. ubi gl. l. ſi finita. & paſſim hoc tit.
t l. 7. hoc tit.
u l. 5. 7. l. damni. 18. hoc tit.
x l. prætor. 7. hoc tit.

opere manufacto, ex quo aqua pluuia nocitura ſit, ſeu de aqua pluuia arcenda 3: quum nouo quis opere effecit, ut aliter aqua fluat, quàm antea fluere ſolebat [a]: ut aut opus in priſtinam formá reſtituat [b], aut de damno futuro, quod hinc quoq; uiciniæ timetur, caueat [c]. De publicanis 4 qui publica uectigalia redempta habent [d], ſi quid ab his eorumúe familia [e], uel ſuprà quàm conſtitutum ſit [f], exigatur, uel damnum iniuria detur, in duplum puniendis [g]: uel ſi ut commiſſum ob non ſolutum uectigal merces ab his retineantur [h]: uel uiæ publicæ, quarum nomine illud penditur [i], non reficiantur [k]. Item ex donatione 5, uel purè, uel in diẽ, uel ſub conditione facta [l]: quæ olim non contractus, ſed acquiſitio ciuilis erat [m]: maximè ea [n], quæ fieri cauſa mortis 6 ſolet, & legatis comparatur [o]: eorumque exemplo [p] dominium quoddam ciuile abſque traditione transfert, & uindicationem quandá ciuilem ſuppeditat [q].

3. De aqua, & aquæ. pluuiæ arcendæ.
4. De publicanis & uectigalibus & cõmiſsis.
5. De donationibus.
6. De mortis cauſa donationibus.

LIBER XL.

DEniq; de poſſeſsione & iure ſtatus, qui propriè in bonis non eſt [a], ut nec libertas [b], liberumúe corpus [c], ſed cuius tamen in poſſeſsione ſumus [d]: qua de iudicia liberalia multifariam exiſtunt: ut de manumiſſionibus 1, quæ libertatem ſeruis conferunt [e]: aut uindicta 2 prætoris [f], quo nomine magiſtratum, qui pro tribunali ius dicit, complectimur [g]: aut ab uniuerſitate 3, aut per legatum teſtamento 4, aut per fideicommiſſum 5 codicillo, datis uel ademptis 6. Vindicta datur ceſsicia, iuſta tamen libertas, quam cedit dominus, uindicat ſeruus, prætor addicit. unde Scipioni prætoris, quem liberandis ſeruis gerit, uindictæ à uindicijs fortè nomen [h]. Teſtamento quoq; manumiſsi iuſtam iure Quiritum libertatem (ut olim qui iuſſu dominorum inter ciues Rom. cenſum profeſsi eſſent [i], qui ritus cum cenſu deſijt) aſſequuntur: relictam tam purè, quàm in diem, uel ſub conditione: unde

m ſtatu

1. De manumiſsionibus.
2. De manumiſsis uindicta.
3. De manumiſsionibus, quæ ſeruis ad uniuerſitatem pertinentibus imponuntur.
4. De manumiſsis teſtamẽto.
5. De fideicommiſſarijs libertatibus.
6. De adẽptione libertatis.

a l.1.h.t.
b l.4. §. ult. hoc tit.
c l. Atteius. 14. §. 2. hoc tit.
d l.1. l. quantæ. 12. h. t. l. eum. 16. de uerb. ſignif.
e l.1.h.t.
f l. ex præſtatione. C. de uectigal.
g l.1. cum ſeq. hoc tit.
h l.1. l. commiſſa. 14. l. fin. hoc tit.
i l. ſi quis. 21. de donatio. inter uir.
k Cepoll. de ſeruit. cap. de aquæduc. num. 91.
l l.1. h. t.
m l. 3. de oblig. iunc. l.1. cum ſeq. de precario.
n de quo §. aliæ. Inſt. de donat. l. ſi quis. 35. §. ult. C. de donat.
o l. ult. C. de donat. cauſ. mor.
p l. 1. 2. C. com. de lega. ubi Dd. & §. 1. Inſt. de lega.
q §. aliæ. Inſt. de donat. ubi dixi.

a l. nec ſi. 6. l. principaliter. & paßim C. de lib. cauſ.
b l. liberos. 10. C. eod. tit.
c l. liber. 13. ad l. Aquil.
d l. 5. l. eam. 21. C. de lib. cauſ. l. ſi de poſſeßione. 20. l. uis eius. 15. C. de probat. l. 1. 3. 4. ubi cauſ. ſtat.
e l. 4. de iuſtic. & iur.
f de hac uid. Boet. in Top. Liuium. l. 2. l. pen. §. 2. de caſtr. pecul. l. 2. C. ſi aduerſ. lib. l. 10. C. qui teſtam. fac. l. 33. de dol. & t. t. C. de uindic. & hoc tit. paßim.
g Vlpia. tit. 1. in princ.
h Cuiac. ad Vlpia. tit. 19.
i Vlpia. tit. 19.

ſtatu liberi 7 dicti, quòd ſtatutam ad tempus uel conditionem habeant libertatem [a]: qui etiam citra manumiſsionem, exeunte nimirum die, uel conditione per hæredem non impleta, ad libertaté perueniunt 8: ſi tamen hæc abſq; creditorum 9 fraude data ſit, nec in l. Aeliam Sentiam incurrat: quæ libertatem impedit, tam datam ab eo qui ſoluendo non ſit, uel datis libertatibus deſiturus ſit eſſe ſoluendo [b]: quàm à domino uiginti annis minore, non dicta probataq; apud conſilium magiſtratus cauſa [c]. Item de iure aureorum annulorum 10, quibus ut bulla aurea, ingenui tantùm, præcipuè equites, utebantur: hoc eſt, de priuilegijs ingenuitatis uoluntate patroni, (cuius ius patronatus nihilominus hîc ut olim [d], ita núc quoq; durare quidam putant [e]) manumiſſo indulgendis: quod olim priuilegij loco dabatur, ut abſq; uitio & pœna, ingenuorum dignitates, libertus adipiſci poſſet [f]. Hodie ex conſtitutione Iuſtiniani, qui omnes libertinos ciues fecit [g], ipſo iure manumiſsioni ineſt [h]: quanquam ius imaginũ potius quàm ſtatum ingenuorum adijciat [i], eoq; tantùm proſit, ut ſine periculo honores ingenuorũ geri poſsint [k]. Locupletior natalium reſtitutio 11, qua primis ingenuitatis natalibus beneficio principis [l] liberti uelut renati, & (ut loquitur Nouella) per regenerationem [m] reſtituuntur, clariſsimaq; uelut ab ipſo ortu & incunabulis ingenuitas, quam natales ſignificant [n], & ius Quiritum, ſublato patronatus, ut putatur, iure acquiritur [o]: quod ipſum quoq; Iuſtinianus tralaticium fecit [p], ut ingenuis potius quàm libertinis [q], Romana ciuitas, cui tunc ob continua bella ingenuis qui militare decenter poſſent [r], maximè erat opus, commodùm repleretur. Cæterùm expendenti nouam eam Iuſtiniani conſtitutionem accuratius uideri poterit, diſcrimen aureorum annulorum & reſtitutionis natalium ea ſublatum eſſe: ſic ut utroq; modo plenam ingenuitatem dari [s], & nihilominus patroni ius manere ſaluum [t] uoluerit Iuſtinianus. Diuerſum fortè pòſt canones induxerunt in eo, qui ſacris inauguratur miniſterijs. Nam ex hac cauſa dominus in ſerui manumiſsi & ordinati capite ius omne patronatus amittit [u]: cuius idcirco conſenſus requiritur,

7. De ſtatu liberis.
8. Qui ſine manumiſsione ad libertatem perueniunt.
9. Qui à quibus manumiſsi liberi non fiant, & ad legem Aeliam Sentiam.
10. De iure aureorum annulorum.
11. De natalibus reſtituendis.

a l. 1. hoc tit.
b §. 1. 2. Inſtit. qui & ex quib. cauſ. l. 10. & paſſim h. t.
c §. 3. Inſtit. eod. tit.
d l. ſi is qui. 42. de adulter.
e Cuiac. hîc.
f l. unica. C. ad l. Viſcell.
g l. unic. C. de Latin. liber.
h Nouell. 88. 18. Cuiac. obſ. lib. 4. cap. 5. lib. 7. cap. 4.
i l. 2. C. de iur. aur. an.
k l. unic. C. ad l. Viſcell. l. 1. 2. C. ſi ſeruus aut liber. lib. 10.
l l. 1. 2. hoc tit. l. 2. C. eod.
m Nouell. 78. ut liberti de cæterò.
n l. 1. infrà ſi ingen. manu.
o Cuia. lib. 4. cap. 5. bonus tex. in l. ult. C. de bon. lib.
p d. Nouel. 78. Cuiac. lib. obſ. 4. cap. 5.
q l. 3. C. de bon. liber.
r C. qui milit. poſſ. lib. 12.
s cap. 1. propterea. Nouell. 78.
t cap. illud. 2. cap. ult. eod. tit. & ita interpretatur Irner. Auth. ſed hodie. C. de iur. aureor. annul.
u c. quę ex famulis. 5. cum c. ſeq. 54. diſt.

tur[a], quo ius patronatus remitti poteſt[b]. Ex his autem omnibus exiſtunt liberales de ſtatu & libertate cauſæ 12 & liberalia (à libertate, tanquã ſubiecto & fine, factis nominibus) iudicia, præiudiciaque[c]: ut de ijs quibus ad libertatem proclamare 13 non licet, ut qui precij participandi cauſa uenũdari ſe paſsi ſunt[d]. Item ſi libertus ſeu manumiſſus intra quinquennium quàm manumiſſus ſit[e] (nec enim pòſt, niſi repertis ingenuitatis ſuæ recèns inſtrumẽtis[f] hoc iure, quanquam fortè nouo[g], auditur) ingenuus eſſe dicatur 14: ſi præſcriptio[h] agenti in ſtatum alterius obijciatur 15, quæ obſtat mouenti ſtatum defuncti poſt quinquennium à morte computandum: aut ſi per hanc quæſtionem præiudiciũ futurum eſt ante quinquennium mortuo[i]. Viuentium uerò libertatem poſt uigeſimum[k] quietæ bonæq; fidei poſſeſsionis[l] annũ tuetur. Deniq; ſi litigatorum inuicem colludentium ut altera pars alterius fraude uincat, colluſio detegatur 16: qua intra quinquenniũ detecta ſeruus uel libertus eius qui detexit ille fit, qui per colluſionem domini patroni'ue ingenuus pronunciatus eſt[m].

12. De liberali cauſa.
13 Quib. ad libertatem proclamare non licet.
14. Si libertus ingenuus eſſe dicatur.
15. Ne de ſtatu defunctorũ poſt quinquennium quæratur.
16. De colluſione detegenda.

a c. ſi quis. 3. eod.
b l. penul. l. ul. C. de bon. liber. Cuiac. obſ. libr. 8. cap. 32.
c §. præiudiciales. Inſtit. de actionib.
d l. 1. 3. & paſſim h. t.
e l. 2. §. 1. h. t.
f d. l. 2. §. 2.
g l. ultim. C. de long. temp. præſcript. quæ pro liber.
h uide C. de præſcript. quæ pro libert. & ne de ſtatu defun. Tiraq. de nobilitat. cap. 14.
i l. 1. ne de ſta. defuncto. tit. Cod. ne de ſtat. defun. poſt quinq. quæra.
k l. 2. C. de lon. temp. præſcript. quæ pro lib.
l l. 1. C. eod. tit.

LIBER XLI.

IN his poſſeſsionum quæſtionib. etiam de cauſis earũ iure quæritur: ſcire enim rem, eſt per cauſas noſſe. Cauſas poſſeſsionum appellamus contractus, ac titulos, quibus dominia[a] rerum & poſſeſsiones acquiruntur, & iure transferuntur[b]. De his cauſis rectè quæritur, utrum iuſtæ nec'ne ſint, utrum ad dominium 1, uel iuſtam poſſeſsionem 2 acquirendum habiles, an contrà: utrum naturales, ut occupatio, inuentio, ſpecificatio, alluuio, traditio[c], &c. an ciuiles, ut uſucapio 3: quæ per poſſeſsionem iuſti tituli, bona fide & tempore legitimo continuatã[d], dominium ex uarijs cauſis[e] ad transferendam proprietatem idoneis, iure ciuili adijcit[f]: puta cum pro emptore 4, hoc eſt, quaſi ab emptore, ex cauſa emptionis[g], uel negocio quod ſpeciẽ emptionis habeat[h], poſsidetur: aut pro hærede 5, bonorum'ue poſſeſſore prætorio[i] ex cauſa

1. De acquirendo rerum dominio.
2. De acquirenda uel amittenda poſſeſsione.
3. De uſucapionib.
4. Pro emptore.
5. Pro hærede uel pro poſſeſſore.

m l. 1. 2. cum ſequen. h. t. a l. ſcientis. 6. C. de ingen. manumiſ. b l. 3. §. ul. de acq. poſ. c l. 7. & ũ ſeq. de acq. dom. de traditionis definitione uide Cuiac. obſer. lib. 11. cap. 19. d de his uide quæ ad Inſtit. & Pandec. h. t. de uſucapionibus diximus. e l. penul. ubi gl. verb. titulus. C. de poſ. l. 3. §. ultim. de acq. poſſ. l. 3. § pen. & §. fina. de acq. poſ. f l. 3. de uſucap. g l. 1. 2. hoc tit. h l. quod uulgo. 11. l. 2. §. ſi à pupillo. 10. cum ſeq. hoc tit. i de quo titul. de bonor. poſſeſſ.

hæreditatis & bonorum poſſeſsionis prætoriæ res tenentur. Nam bonorum poſſeſſor alius, qui nullam poſſeſsionis ſuæ cauſam poſsit dicere, niſi quia poſsidet [a], huc non eſt aggregandus, cùm titulo prorſus careat: ſine quo non inducitur uſucapio, ſicut nec effectus ſine cauſa [b]. Sed & pro donato 6 ex cauſa donationis [c] uel quaſi [d], rectè uſucapitur res aliena, quam accipiens donantis eſſe putauit. Eademque ratione pro derelicto 7: quoniam res pro derelicto habita donari uidetur [e], ſtatimq; fit occupantis [f]: quando eius fuit qui dereliquit. Quòd ſi non fuerit, præſtatur poſsidenti uſucapiendi conditio: quoniam ex cauſa quæ dominium, ut diximus, transferre poteſt, iure poſſidet: ſiue ſciat à quo res derelicta, & animo amittendi dominij abiecta ſit [g], ſiue ignoret [h]. Eodem modo ſi teſtator res alienas, quod poteſt [i], legârit, cum & hæc quædam ſit donationis ſpecies [k]; qui ex ea cauſa accipit atque poſsidet, rectè pro legato 8 uſucapit: dummodo uerè legatum ſit, uel iuſtiſsimo errore legatum credatur [l]. Cauſa quoq; dotis quia dominium adijcit [m], idcirco qui rem doti ſibi datam, quæ dantis non fuerit, poſsidet, pro dote 9 ex titulo dotali quaſi rem dotalem uſucapit [n]: quemadmodum generatim pro ſuo 10, qui rem ut ſuam, ex certo uel incerto titulo, ad translationem tamen dominij idoneo, poſsidet [o].

6. Pro donato.
7. Pro derelicto.
8. Pro legato.
9. Pro dote.
10. Pro ſuo.

a l.pro hærede.11.cum ll. ſeq.h.t.
b l.Celſus.27. de uſucap.l. 7.9. C. de acq.poſſ.l. 3.4.5.8.C. de præſcrip. long.temp.
c l.1.hoc tit.
d l.ult.h.tit.l. 1.C.eod.tit.
e l. quod ſeruus.36. de ſtipul.ſeruo.
f l.5.hoc tit.§. penul.Inſtit. de rer.diuiſ.
g d.§.penult.
h l.4.hoc tit.
i §.non ſolùm. Inſtit.de legat.l. cum aliena. C. eod.
k §.1. Inſtit.de lega.
l l.1.2.3.4. hoc tit.
m l.doce. C. de rei uend. l.in reb. C. de iur.dot.
n l.1.& tot. hoc tit.
o l.2. 4. hoc tit.

LIBBR XLII.

EST etiam titulus ad uſucapionem idoneus, cum ex re iudicata 1 quæ totam rem abſolutione condemnatione'ue definit [a], eiuſdemque effectu, hoc eſt, executione [b], uel interlocutione [c] aliqua, decreto'ue iudicis [d] poſsidetur [e]: uel (quod perinde eſt [f]) ex debitoris confeſsione 2: confeſſus enim ſaltem in ciuilibus pro iudicato eſt [g]. Aut ex bonorum ceſsione 3, quam confeſſus iudicatus'ue æris alieni debitor facit [h]: conteſtatione [i] poſt agnitum debitum [k], aut in iure ad tribunal [l], aut extra ius [m], apud magiſtratum tamen [n], ut in reliquis uoluntariæ iuriſdictionis actibus [o], facta: qua ius debitoris in creditorem transfertur [p]. Item immiſsione: per quam

1. De re iudicata, & effectu ſententiarum & interlocutionibus.
2. De confeſsis.
3. De ceſſione bonorum.

a l.1.h.tit.
b l.à diuo.15.h.t. c l.quod iuſſit.14.h.t. d l.iuſtè.11.de acq.poſſ. e l.3.§.ult. de acq.poſſ. f l.poſt rem.de re iudic.l.1.4.6.de confeſſ.l.uni. C.eod. g l.1.ubi dixi, hoc tit. h l.penul.h.tit. i l.6.C.eod. k l.penul.h.t. l l.ult.h.t. m d.l. ult. n Nouell.134.135.l.ult. C.eod. o l.7.8.23. de manumiſ.uindic. p l.4. C. eod.l.17.de arbitris.

4. Ex quibus cauſis in poſſeſſionem eatur.
5. De bonis authoritate iudicis poſsidẽdis uel uenundãdis.
6. De bonorum ſeparationibus.
7. De curatore bonis dãdo.
8. Quę in fraudẽ creditorũ facta ſunt, ut in integrũ reſtitua.

quam ob debitoris fruſtrationẽ, authoritate iudicis, hoc eſt, prætoris, in bonorum poſſeſsionem itur 4: ut uel uſucapiantur [a], uel etiam uenundentur 5 à creditoribus, quo his ſecundum cuiuſq; priuilegia [b] & iura ſeparata 6, curatore ad id dato 7, inde ſatisfiat: quibus etiã creditoribus, ſi quid hîc in fraudem eorum alienatum ſit, datur intra annum utilem [c] ex die poſſeſsionis ac uenditionis bonorum [d], Pauliana actio [e] ad dominium: & interdictum fraudatorium [f] ad poſſeſsionem reuocandum eorum, quæ in fraudem ſuam probantur eſſe alienata 8: quo tamen alienationis nomine intelligimus dominij translationem & abdicationem [g], non ſi repudietur quod debitor quærere potuit [h]: etiamſi in fiſco aliter ſeruetur: ut ſcilicet in fraudem eius fieri uideatur id quod non quæritur [i], cum acquiri poſſet. Quanquam ne huius quidem reſpectu reus capitis prçſumitur in fraudem facere, ſi filium emancipet, ut hæreditatem ſibi potius quàm patri adeat [k]: poterat enim filius etiam in poteſtate retentus, non adire, quamuis iuſſus [l], & fiſco nolle quærere: ut hîc per emancipationem fraus non quærendi nulla commiſſa uideri debeat: præſertim cũ alioqui in dubio cõtra fiſcum ſit pronunciãdum [m].

LIBER XLIII.

1. De interdictis, ſeu extraordinarijs actionib. quæ pro eis cõpetunt.
2. Quorum bonorum.
3. Quod legatorũ.

DE poſſeſsionibus etiam alię actiones ex interdictis, quæ actionis nomine continentur [a], ac iudicia poſſeſſoria 1, perſonalia [b] quidem, ſed in rem, hoc eſt, poſſeſsionem concepta [c], ſunt prodita: nimirum aut adipiſcendæ, aut retinendæ, aut recuperandæ poſſeſsionis gratia [d], tam uniuerſalia quàm particularia. Vniuerſalia, uerbi cauſa, quæ hæredi, alij'ue ſucceſſori, contra occupatorem rei hæreditariæ, qui pro hærede uel poſſeſſore poſſidet [e], dantur: ut Quorum bonorum 2 (nomine à primis huius interdicti uerbis ducto [f]) ad poſſeſsionem totius hæreditatis: Quod [g] legatorum 3, ad poſſeſsionem rerum legatarum, uel etiam ex conſtitutionibus [h] fideicom-

a *Vlp. tit. 1. §. 1. l. ſi finita. 15. §. Iulianus. 6. uer. non prius incipere per lõgum tempus capere. l. 4. §. 2. & l. 5. et paßim de dam. infect.* b *uide l. cũ bona. 16. cum n. ſeq. h. t.* c *l. ait prætor. 10. h. t.* d *l. qui autem. 6. § ult. l. ait prætor. 10. h. tit.* e *l. 1. hoc tit.* f *d. l. ait prætor. 10. de quo Cuia. li. obſ. 5. c. 17.* g *l. 1. C. de fun. dota.* h *l. qui autem. 6. §. 1. h. tit. l. 3. C. eo. l. nõ fraudantur. 176. ubi Cagno. de reg. iur. uide Socin. conſ. 77. nu. 5. lib. 4. Dec. conſil. 260. nu. 1. 2. Cor. conſ. 32. nu. 13. uol. 1.* i *l. in fraud. 45 in princ. de iur. fiſci.* k *l. cum quidam. 26. de iur. fiſci.* l *l. 6. §. ult. de acq. hæred. l. nec emere. 16. C. de iur. delib.* m *l. non puto. de iur. fiſci. Alciat. trac. præſump. reg. 3. præſumpt. 41.*

a *l. actionis. 37. de obligat. & act.* b *l. 1. §. fin. de interd. Bal. l. ult. C. de edic. diui Adria. toll.* c *d. l. 1. §. fin. h. tit. de quibus in rem ſcriptis uid. Iaſo. §. omnium. nu. 6. 7. & in §. quædam. nu. 19. Inſtit. de actionibus.* d *§. ſequens. Inſtit. de interd. l. 2. §. fin. eo.* e *l. 1. hoc tit.* f *l. 1. hoc tit.* g *à primis interdicti uerbis. l. 1. h. t.* h *l. unic. C. eo. tit.*

cundum qualitatem perſonæ, ſicut interdicto expreſſum eſt[a]. Et hactenus de interdictis, quæ publici iuris poſſeſſionem tuentur. De priuatarum porrò rerum poſſeſsione, uel recuperanda, agitur ex interdicto: Vnde ui 16 eum deieciſti, eò reſtituas. Quod interdictum duplex eſt: alterum de ui quotidiana, cum exceptione uitioſæ poſſeſſionis: alterum de ui hominibus coactis armatisq́; facta, ſine ulla exceptione: ut ſpoliatus ànte omnia reſtituatur. Vtrūq; reſtitutoriū, non eo ſenſu quo ſuprà, ut opus quod factum eſt, in priſtinum ſtatum reſtituatur (nec enim ea de hîc quæritur:) uerùm ut poſſeſsio ablata reſtituatur. Reſtitutoria enim duplicia ſunt, alia quæ poſſeſsionem[b], alia quæ opus, aliud'ue factum in integrum ueterēq; ſtatum reſtituūt[c]: ſed citra exceptionē, iure recētiore. Spoliatus priuata authoritate ob ſolā ſpoliationē, probatam tamē[d], abſq; alia cauſæ cognitione[e], etiāſi prædo ſit[f], non admiſſa etiam notorij iuris exceptione[g]: ſpoliatus autem à iudice non ob ſpoliationē ſolam[h], ſed propter iniuſtam ſpoliationis cauſam ſimiliter probatā[i] reſtituitur[k] hodie: non tā ex his interdictis, quàm locupletioribus iuris Canonici remedijs[l]: quorū locupletiſsimum, eoq; uſitatiſsimū eſt Canon redintegrādæ[m]: uel quęſtio eſt de retinēda poſſeſsione, nēpe quoties lis oritur ex interdicto prohibitorio: Vti alter ab altero nec ui nec clàm nec precariò poſſidetis 17, quo minus ita poſsideatis, uim fieri ueto. Sed id tantūmodo obtinet in rebus ſoli[n] corporalibus, earumq́; ſuperficiebus 18, ſeu ſuperficijs[o]. De rerū porrò incorporaliū ſeu ſeruitutū poſſeſsione tuēda (nam ſi non uerè, tñ quaſi poſsidentur[p]) uaria prodita ſunt interdicta: ut duo prohibitoria: alterū, ne uis fiat, quo minus poſſeſſor ſeruitute utatur[q]: alterū, ne uis fiat, quo minus uiā actū reficere poſsit[r]: de itinere, actuq; priuato 19. Item prohibitoriū, de aqua (priuata[s] ſcilicet, quo de genere hîc agi diximus) quotidiana & æſtiua 20 ducenda. Et de riuis 21, fonte 22, cloacis 23 alicuius priuatis, ſine cuiuſquam impedimento & turbatione, uſurpandis, reficiendis, purgandis, & generatim, ut ſi quid ui aut clam 24 eo, cuius controuerſia probabiliter timeri debebat[t], ad alienæ poſſeſsionis uſurpationem

a l. unic. §. 1. h. titul.
b ut h. t. et ſeq. quor. bono. quor. legat.
c ſ. tit. 4. 6. 8. 12. 13. & ʃ. t. 20. 23. 24.
d c. 1. de reſt. ſpol. in 6.
e cap. 1. 2. 5. de reſtit. ſpol. l. ſi quis ad ſe. C. unde ui.
f c. in literis. 5. de reſtit. ſpoliat.
g c. item cum quis. 6. de reſtit. ſpol.
h cap. conquerēte. de reſt. ſpoliat.
i d. cap.
k ibid. in uer. reſtituas.
l cap. ſæpe. de reſtit. ſpol. cū ſ. allega. eod. tit.
m cap. redintegranda. 3. q. 1. de quo latè Menoch. in remed. recuperand. remed. pen.
n l. 1. h. tit.
o Cuiac. hîc per l. 1. l. ſi area. de leg. 2. l. ſi ex lapidicinis. de iur. dot.
p l. 4. §. ſi uiam. 16. de uſucap.
q l. 1. h. t.
r l. 3. h. t.
s de hac, gl. l. nemo. uer. flumina. Bal. l. itē. nu. 2. de rer. diuiſ. Iaſ. l. quominus. nu. 37. de flū. Cæpol. de flum. ripa. in prin. Corn. cōſ. 99. nu. 8. uol. 2. Iacob. de feu. uer. flumin. nu. 2. & 8.
t l. 3. §. ult. h. t. Iaſ. l. clàm poßidere. nu. 6. & 7. de acq. poſ.

16. De ui & ui armata.
17. Vti poſſidetis.
18. De ſuperficieb. ut Cuia. de ſuperficijs.
19. De itinere actuq; priuato.
20. De aqua quotidiana & æſtiua.
21. De riuis.
22. De fonte.
23. De cloacis.
24. Quod ui aut clā.

pationem factum ſit, id ut in integrum reſtituatur: nouo præſertim opere nunciato: niſi remiſsio 25 nunciationis eius fiat, præſtita de demoliendo opere ſatiſdatione, ſi quando planum ſubinde factum fuerit, iniuria ædificatum eſſe[a]. Item de precario; cuius poſſeſsio ſeu uſus, non tamen certus[b] (qui in commodatum incidit[c]) alicui conceſſus eſt, reſtituendo 26. De arboribus, quæ in ædes uel fundum uicinum propendent, recidendis 27. De glande caduca legenda 28, hoc eſt, fructibus[d] qui in uicini fundum ex noſtra arbore ceciderunt, abſq; impedimẽto eiuſdem colligendis. Sed & officij, non rei priuatæ cauſa poſſeſſorium iudicium intenditur, de libero homine (neque enim hic in re priuata & patrimonio eſt[e]) qui iniuria & inuitus detinetur[f] exhibendo 29. De liberis parenti, de coniuge marito exhibendis 30: utq; ducere ſuo arbitratu poſsint[g]. Et ad tuendam reliquarum rerum mouẽtium[h] & mobilium[i] poſſeſsionem, ex interdicto Vtrubi 31, quod interdicto Vti poſsidetis, ad res ſoli pertinente, in retinendis mobilium rerum poſſeſsionibus par eſt[k]. Item de migrando 32, ut inquilino migrare, & res ſuas è domo conducta finito locationis tempore aſportare liceat: ſi uel de penſione ſatisfactum ſit: uel res inuectæ pro mercede conductionis, nec expreſsè neq; tacitè[l] pignori teneantur. Nam quæ ſic obligatæ nexæq; ſunt, eas non modò dominus retinere, donec ſibi ſatisfiat, uerumetiam aſportatas uel alienatas perſequi, ex Saluiano interdicto 33, pignoris ſui obtinendi cauſa, poteſt.

25. De remiſsionib.
26. De precario.
27. De arboribus cędendis.
28. De glãde legẽda.
29. De libero homine exhibendo.
30. De liberis exhibendis, itẽ ducendis.
31. Vtrubi.
32. De migrando.
33. De Saluiano interdicto.

LIBER XLIIII.

DEfenduntur etiam poſſeſsiones, præſertim longę[a], exceptionibus 1, quæ actiones excludũt[b], & actionum loco interdum ſunt[c], ſic ut adiri iudex poſsit, quo declaret exceptionem competere[d]: uel dilatorijs[e], ut præiudicijs[f], quibus petitur ea rè præſens iudicium differri, ne alij maiori cõtra uſitatum iuris ordinem[g] præiudicium fiat[h]: uel peremptorijs[i], ut rei iudicatæ exce-

1. De exceptionibus, pręſcriptionibus, & præiudicijs.

a uid. l. prætor. 20. de ope. no. nuncia. quò hoc interdictũ pertinet.
b l. & habet. 15. §. hoſpites. h. t.
c l. in commodato. 18. §. ſicut. cõmo.
d l. unic. h. t. l. qui uenenũ. 236. §. glandis. de uerb. ſignif.
e l. liber homo. ad legẽ Aquil.
f l. 1. l. 3. h. tit.
g l. 1. l. 2. h. tit.
h l. mouentiũ. 93. de uerb. ſignificat.
i l. mouentiũ. 93. de uerb. ſignific.
k l. 1. §. 1. h. tit. § quorũ. Inſti. de inter.
l l. 4. l. in prædijs. ff. in quibus cauſ. pigno. tac. contrah. l. certi. C. de locat.

n ptione

a l. 1. & t. t. ĩ. de diuerſ. & temp. præſcript. b l. 2. de excep. c l. 1. h. tit. l. actionis. 37. de oblig. l. in exceptionib. 14. de probat. l. 1. §. 3. ff. de dol. mal. d l. ſi contendatur. ubi Dd. de fideiuſſ. Fely. c. ea quæ. de re iud. gloſ. & Dd. l. unic. in fin. C. ut nemo inuit. Bar. l. ſi quis. num. 8. de pet. hær. Alex. conſ. 103. in prin. uol. 5. e d. l. 2. § ult. l. 3. hoc tit. f l. ſi poſt litem. 13. l. fundum. 16. cum ll. ſeq. l. rei. 21. h. tit. § præiudiciales. Inſtitut. de action. g l. per minorem. 54. de iudic. h l. 1. famil. erciſc. l. 13. 16. 18. 21. h. t. i d. l. 2. § ult. l. 3. h. t. § appellamus. Inſtitut. eod.

ptione 2, quæ litis eſt finitæ [a], & præſcriptione temporali 3: quæ uel actionem qua petitur, uel rem quæ petitur, eiuſdemq́ꝫ poſſeſsionem præſcriptam intendit [b]: quam & ipſam litis eſſe finitę, hoc eſt, impedire litis ingreſſum, dũmodo incontinenti probari poſsit [c], communius receptum eſt. Item exceptione generali doli mali 4, & ſpeciali metus. Alterutro enim probato, ſubueniri contra actionem æquum eſt, ne quis ex dolo uel ui, delicto'ue ſuo lucretur, cum alterius iniuria [d]. Excludit etiam actionem exceptio intentionis [e], Tibi non competit actio 5: quæ etiam putatur litis eſſe finitæ [f], deniqꝫ rei litigioſæ 6: quæ exceptio petenti poſſeſsionem rei, quam ſciens eſſe litigioſam, hoc eſt, de qua iudicialiter litigaretur [g], contra leges [h] emerit, uel pignori acceperit, rectè obijcitur. Quanquam enim ipſo iure, præſertim ueteri, ualet eius alienatio [i], eoq́ꝫ tenet eàm petentis actio: tamen hac exceptione excluditur: cum non rem cõſequi, ſed pœnam dupli [k] luere tam alienãtem [l], quàm ſcienter accipientem [m] res litis pendentis [n], lex uelit: atque alię id genus exceptiones innumeræ, quas impetrato iudicio, formulis actionum, quæ aliàs purè ex obligationibus 7 dabantur, adijcere prætor uelut per conditionem ſolebat [o]: hoc fermè modo: Niſi paret dolo malo, &c. Extra quam ſi pactum, tráſactum, iudicatum ſit [p], &c.

a ꝙ.1.de lit.cõteſt.in 6.
b de hac m.c.1.uerb.finita.de lit.conteſtat.lib.6. Soc.ca.1.de lit. conteſt. Blanc.trac. de cõprom. parte 4. de excep.impedientibus litis ingreſſũ.
c Bart. l.ult. pro ſuo.Dd. d.c.1.de lit. conteſ.in 6. Blanc.præall.loc.
d l.4.11. & paßim hoc tit. & ꝫ.de dol.ma. & quod metus cauſ. §.1.2. Inſti. de except.
e uide Soc. in l.1.& rubr. hoc tit.
f Phil. Fran. d.c.1.de lit. conteſt.in 6. & Blanc. præal.loc.
g Auth.litigioſa.l.2.C. de litigioſ.

2. De exceptiõe rei iudicatæ.
3. De diuerſis & tẽporalibus præſcript. & acceſs. hoc eſt, cõiunctionibus poſſeſſionum: ut Cuia. legit in prin. tracta. de diuerſ.temp. præſcr.
4. De doli mali & metus exceptione.
5. Quarũ rerũ actio nõ datur.
6. De litigioſis.
7. De obligationib. & action.

DIGESTORVM
PARS SEPTIMA.
LIBER XLV.

ET HACTENVS quidem de ciuilibus iudicijs, hoc eſt, actionibus & exceptionibus omnium conuentionum & rerum ciuilium: quæ iam rectè ſtipulationum nexu, quaſi faſciculo quodã 1 cõcluduntur. Hæ enim cęterarum firmãdarum obligationum [a] cauſa inuẽtę ſunt, & nouiſsima negociorũ parte ſubijci ſolẽt [b], nõ ſolũ à ſtipulãtib. 2 reis, tam

1. De uerborũ obligationib.
2. De duobus reis ſtipulandi.

h uide Cod. & in Authent. de litigioſ. & de aliena.iud.mutan.cauſ.fact.ff. C.eꝫ.ubi Panor. i l.Iulianus.17.in fi.cum l.ſeq.de rei uendicat.uide Panor.c.unic.de aliena.iud.mut.cauſ. k l.ult.h.t. l d.l.ult.h.t. m l.ult.C.eo.tit. n l.2.C.eo. o l.exceptio.22.ꝫ.de excep.ubi dixi. p l.7.de cond.inſtit.l.ex cõtractu.44.de re iudic. l.inter quos.29.§.penul.de dam.infec.l.2.§.1.l.4.§.item.8. §.Labeo.14. de dol.except.

a l.5.h.t.l.4.de uſur.Inſt.de uer.obl.in prin. b l.iuriſgentium.7.§.quod ferè.5.de pac.

3. De ſtipulatione ſeruorũ.

tam liberis quàm 3 ſeruis (nam & his ut reliqui cõtractus communes ſunt [a]) ſed etiam ab eorùm fideiuſſoribus, qui alienam obligationem fide ſua eſſe iubent [b], & mandatoribus, quorum mandato & ea re periculo creditur [c].

LIBER XLVI.

INterponuntur autem in contractibus ſtipulationes, uel firmandæ, uel nouandæ, uel delegandæ, uel ſoluendæ etiam, acceptumq́; ferẽdæ obligationis cauſa: quo fine ſtipulationes inductæ ſunt [a] conuentionales [b].

1. De fideiuſſorib. & mandatoribus.

Firmatur obligatio per ſtipulationem [c] fideiuſſoriam 1. nec enim niſi ſtipulatione contrahitur fideiuſsio [d]: & munit ea obligationem: cum hac alter alterius contractum periculo fideq́; ſua eſſe iubeat [e]: ſic ut non tantùm principalem debitorem ex principali, ſed etiã fideiuſſores ex hac acceſſoria conuentione creditor appellare poſsit [f].

2. De nouat. & delegat.

Nouatur porrò obligatio 2, hoc eſt, in nouam transfunditur [g], per ſubſequentem quidem ſtipulationem eadem de re factam [h], ſi hoc actum ſit [i]: per delegationem uerò (quæ & ipſa fit ſtipulatione interpoſita [k], aliũq́; ſupponit reum [l]) indiſtinctè [m].

3. De ſolutionibus.
4. De acceptilationibus.

Soluitur 3 autem uel naturaliter per numerationem [n], uel ciuiliter per acceptilationem 4 ſeu Aquilianam ſtipulationem [o]. Cæterùm quod magis ad hunc actionum tractatum pertinet, interponitur nonnũquam ſtipulatio confirmandi nedum contractus, ſed etiam iudicij gratia [p]:

5. De prætorijs ſtipulationibus.
6. Rẽ pupilli ſaluã fore.
7. Iudicatum ſolui.
8. Rẽ ratam haberi, & de ratihabitione.

cuiuſmodi ſunt ſtipulationes prætoriæ 5, rem pupilli quæ agitur ſaluam fore 6, ſicut ex tutela eſſe oportet [q]: quam præſtant tutores & curatores legitimi, uel ſine inquiſitione dati, teſtamentarij non æquè [r]. Item iudicatum [s] à reo ſolui 7: cuius tres ſunt clauſulæ [t]: una de re arbitrio boni uiri defendenda [u]: altera de re iudicata ſoluenda [x]: tertia de dolo malo, ſeu dolum malum abfuturum eſſe [y]. qua abſq; cautione nemo alienæ rei defenſor idoneus eſſe intelligitur [z]. Item rem quæ agatur ab actoris domino, ratam haberi, ſeu de ratihabitione 8: quomodo agẽtis procurator cauet, ſi quãdo non ſatis de mãdato conſtat:

a l. an inutilis. 3. §. ult. de acceptil. b l. quamuis. 8. ad Velle. uide Inſt. de fideiuſſ. c l. ſi uerò. 12. mand. in Authent. de fideiuſſor. in princ.

a l. 1. de præt. ſtip. in prin. Inſt. de uerbor. oblig. b l. 5. ff. eo. tit. §. 1. Inſtit. de diuiſ. ſtip. c l. blanditus. 12. C. de fideiuſſ. d d. l. blanditus. 12. C. eo. e l. 1. §. ſed aut. de oblig. f uide paßim C. eod. præſertim in Authent. præſente. g l. 1. de noua. h l. 1. C. eod. i l. ult. C. de noua. ubi omnino uide Salic. k l. 1. C. de nouat. & delegat. l l. delegare. 11. de nouat m l. 2. C. de nouat. Bart. num. 19. Iaſ. num. 38. l. ſingularia. ſi cert. peta. Dec. conſ. 421. numer. 16. Alexan. conſil. 173. num. 2. uolum. 2. n §. 1. Inſt. quibus mod. toll. oblig. o §. 2. Inſtit. eod. ubi dixi. p d. l. 5. l. 1. 2. de prætor. ſtip. & Inſtit. eo. q l. 9. 10. 11. hoc tit. r l. 7. hoc tit. s Cuiac. obſ. lib. 10. c. 29. t l. 6. hoc tit. u l. 9. hoc tit. x l. 9. hoc tit. y d. l. 6. z l. unic. C. de ſatiſd. §. 2. Inſt. eo. l. qui proprio. 46. §. 2. l. non uidetur. 53. de procur.

DIGESTORVM
PARS SEXTA.
LIBER XXXVII.

ATQVE ita quidem iure ciuili ex ultimis uoluntatibus ſucceſsiones debentur & petuntur. Cæterùm iure prætorio petitis & datis bonorum poſſeſsionibus 1, hoc eſt, facultate perſequendi tuendiq; patrimonij [a], quod cuiuſque cum moritur fuit: quam uice hæreditatis ijs prætor decernit, qui iure ciuili hæredes non ſunt, nec ideo à prætore qui hæredes nunquam facit [b], ut nec dominos [c], hæredes fiunt: ex naturali tamen æquitate ſuccedere debent: & ea re ad utile uelut dominium, iuſq; hæreditariũ, data ex edicto bonorum poſſeſsione, admittuntur [d]: unde non minus quàm ex aditione hæreditatis [e], uelut ex quaſi contractu, obligationes & iudicia exiſtunt [f]. ut tamen hæreditas iure ciuili non aditur, niſi teſtamento publicato [g], aut explorato nullum teſtamentum ſupereſſe [h]: ſic hæc prętoria bonorum poſſeſsio non antè decernitur, quàm conſtiterit, utrum tabulæ teſtamenti extent, an non 2: & num ex cauſa teſtati, an uerò ab inteſtato decerni poſſeſsio debeat. Extâtibus porrò tabulis, etiamſi non proferantur [i], dat prætor & decernit bonorum poſſeſsionem: liberis quidem intra annum utilem [k] (quo prætoria ferè quæ à iure ciuili deflectunt, terminantur [l]) reliquis uerò proximis intra centum dies utiles [m], petentibus [n]: quippe iudex non impertit officium ſuum, niſi ſit expetitum [o]. exceptis ſanè furioſis, infantibus, ſurdis, mutis, quibus hæc petitionum tempora non cedunt 3. Nam etiam ruſticitas, ignorâtia facti, & alia deniq; quæuis idonea excuſationis cauſa, pręſcriptionem hãc tẽporis excludit [p]. Eſt aũt eiuſmodi poſſeſsio duplex, ſicut & dupliciter datur, aut cõtra tabulas, aut ſecũdũ tabulas. Ea quę eſt cõtra lignũ [q], hoc eſt, tabulas 4 teſtamẽtarias [r], qa aduerſatur iuri communi, qđ rata & ſancta eſſe teſtaméta regulariter iubet

1. De bonorum poſſeſsionib.

2. Si tabulæ teſtamẽti extabũt.

3. De bonorũ poſſeſsione furioſo, infanti, muto, ſurdo, cæco competente.

4. De bonorum poſſeſsiõe contra tabulas.

a l.3.§.1.h.tit.
b §.2. Inſt. de bon.poſſ.
c l.3.ſi uſufru. pet. §.2. Inſtit.de bono. poſ.ubi dixi.
d in princ.& tot.tit. Inſt. de bonorum poſſeſ.
e §.hæres. Inſtit.de ob.ex quaſi contr. l.4.5.de obl.
f l.penult. de ſeparat.
g l.1.& tot.ti. quemad. teſtam.aper.l. de his. 6.de tranſact.
h §.cum autẽ. 8.Inſt.de hæred. quæ ab inteſta.
i l.1.§.ſufficit. de bon.poſſ. ſecun.tab. l. 1.& t.h.t.
k l. 4. C.qui admit.gloſſ. l.2.eo.ti. per l.penul. quis ordo in bon.poſſ.l.1.§.largius.
l l in honorarijs.34.de obligat.in princip.Inſtit.de perp.& temp.act.
m l.ult.uerb.dies utiles.Inſtit.de bonor.poſſeſſ.l.2. C.qui admit. l.ſi plures.9.cum ſequen.ſuprà de bonor.poſſeſſ.
n l.6.l.penul.C.qui admit.
o l.4. §.hoc autem.6.ubi Bart.& Dd.de dam.infec.
p l.penult.C.qui admit.
q l.quod uulgo.h.tit.
r Cuiac.obſer.lib.11.cap.14.

iubet [a]:ideo nõ paſsim indulgetur,ſed tantùm liberis prę-teritis, tam ſuis quàm emancipatis [b] (non etiam exhære-datis [c], quibus ad querelam inofficioſi ciuilem recurren-dum eſt) ita tamen ut legata tabulis relicta 5 nihilominus præſtent [d],& bona ſua 6 doteſq; 7 (quæ proprium fœmi-narum ſunt patrimonium [e]) in communem hæreditatem conferant: atq; ita omnium conditio exæquetur [f] libero-rum: quo nomine nedum filios ſuos & emancipatos, ſed etiam nepotes 8 reliquoſq; deſcendentes [g], & in his uen-trem 9, ſaltem ut mitti in poſſeſsionem poſsit:ac impube-res, non admiſſa ex Carboniano edicto 10 ſtatus eorum quæſtione, prætor complectitur. Altera uerò bonorũ poſ-ſeſsio, quæ eſt ſecundum tabulas 11, nedum liberis ut ſu-perior, ſed omnibus omnino ſcriptis hæredibus datur [h]: non enim contra, ſed ſecundum ius eſt: confirmandi iuris ciuilis teſtamentarij gratia [i], quo plures eſſent uiæ conſer-uandarum hæreditatum quæ teſtamentis relinquuntur, inducta. Cæterùm quia correlatiuorum ſimilis eſt cauſa [k], nec minus ex pietate affectioneq; naturali, turbato mor-talitatis ordine, parentibus quàm liberis ſucceſsio debe-tur [l]: idcirco utranq; hanc poſſeſsionem etiam aſcenden-tibus prætor pollicetur 12: contra tabulas quidem pagani, qui ſicut liberos [m], ita parentes piè, citraq; notam inoffi-cioſi, præterire non poteſt [n]: ſecundum uerò tabulas mi-litis 13: quas contra nec exhæredatis neq; præteritis ſuc-curritur [o], quia pro exhæredatis habentur: niſi teſtatoris ignorantia factum id appareat [p]. Milites enim teſtantur quomodo uolunt, quomodo poſſunt [q], ſic ut eorum tabu-læ prę̨teritionis aut exhæredationis ex cauſa nequeát im-pugnari [r]. quod tamẽ nouiſsimo iure putatur correctum [s]. Decernitur etiam bonorum poſſeſsio contra uel ſecundũ tabulas liberti, ex patronatus iure 14 patronis, qui paren-tum uice ſunt [t], ob gratitudinem, reuerentiam, & obſe-quia 15, quæ illis, uelut utriuſq; ſexus parentibus [u], (quan-

5. De legatis præſtandis, contra tabulas bonorũ poſſeſsione petita.
6. De collatione bonorum.
7. De collatione dotis.
8. De coniungendis cum emancipato liberis.
9. De uentre in poſſeſsionem mittendo, & curatore eius.
10. De Carboniano edicto.
11. De bonorũ poſſeſsione ſecundum tabulas.
12. Si quis à parente manumiſſus fuerit.
13. De bonorũ poſſeſsione ex teſtamento militis.
14. De iure patronatus.
15. De obſequijs à liberis & libertis parentibus & patronis prę̨ſtãdis.

a §.1. in Auth. de hæredib. & fal. l.1. C. de ſacroſ. Eccl.
b l.1. h.t. l.1. 2. C. eod.
c l.1. h.t.
d uide hic diſtinctionem Cuiacij.
e d.l.3. §. ſed utrum. de minorib.
f l. illud. 20. l. ut liberis. 17. C. de collat.
g l. liberorum. 220. de uerb. ſignif.
h l.1. ſi tabul. teſtam. ex-tab.
i in princip. Inſt. de bonor. poſſeß.
k l. ult. C. de indic. uiduit. toll.
l l. nam etſi. 15. de inoff. teſta.
m tot. tit. de lib. et poſth. et de exhær. lib. inſtit.

n d.l. nam etſi. Nouel. 118. o l. ult. C. de inoff. p l. ſicut. 9. cum l. ſeq. C. de teſta. milit. §. ſed ſi. 8. Inſt. de exh. lib. q l.1. de teſta. mil. r d.l. ult. C. de inoffic. teſta. s No. 115. ita Iaſ. l. ult. num. 6. gl. & Dd. ubi Iaſ. num. 19. in Auth. ex cauſa. C. de lib. præter. Salic. l. ſi cum. 10. C. de teſtam. mil. & in d.l. ult. C. de inoff. teſt. uide l. cum lege. 38. cum Auth. ſeq. C. de Epiſ. & cler. t optimus tex. Nouel. 78. ut liberti decæterò, &c. cap. illud. 2. in uerb. qui æqualis patri circa libertum factus eſt. Inſtit. de legit. par. tutel. l. 4. de in ius uocan. l.1. 2. 3. 4. de obſeq. à lib. & liber. u d.l. 1. 2. 3. 4. h.t. & de ijs qui parentum loco habentur, plura Cuiac. obſer. lib. 9. cap. 19.

quam enim inæqualis eſt poteſtas, pietas tamen æqualis utriſq; debita eſt [a]) quibus libertas tanquam altera uita [b] acceptum ferenda ſit, omni iure debetur [c].

LIBER XXXVIII.

EST autem in electione patroni, uel ſtipulari tempore manumiſsionis operas 1, quas libertus in authoramẽtum accepti ſummi huius beneficij deinceps ſibi præſtet: uel omiſſa ſtipulatione ex lege accipere (nam alterutro contentus eſſe debet [a], cum bona fides non patiatur [b], duplex authoramẽtum pro una manumiſsione exigi, & prouiſio hominis faciat ceſſare prouiſionem legis [c]) de hæreditate liberti demortui portionem bonorum debitam 2: quo iure ut reliquo priuatorum [d] etiam uniuerſitates 3, liberi item patronorum, quibus ſcilicet aſsignati 4 liberti ſunt, non cæteri, quandiu aſsignatio durat [e], utuntur. Erat autem hæc debita pars [f] olim ſemiſsis [g] bonorum liberti, hodie eſt tertia [h]: quæ etiam contra tabulas, nedum ex teſtamento, uel ab inteſtato, ex edicto unde legitimi debetur: adeò ut etiamſi inter uiuos in 5 fraudem patroni, quominus hanc debitam portionem conſequeretur, alienationes factæ ſint, detur ei nihilominus Fabiana, libertis teſtato decedentibus, Caluiſiana uerò ab inteſtato [i] actio (nec enim Paulianam habet, cum uerè non ſit creditor [k]:) qua alienata cum fructibus [l], etiam à bonæ fidei poſſeſſore [m] perpetuò [n] reuocantur. Subinde autem & illud admonendi ſumus, ut ex cauſa teſtati, ſi tabulæ teſtamenti extent, ſic & ab inteſtato, ſi tabulæ teſtamenti nullæ proferantur 6, ſecundum aut contra quas deferatur ſucceſsio, polliceri prætorem nihilominus bonorum poſſeſsionem, iuxta naturalem legitimæ ſucceſsionis ordinẽ, proximis ſucceſſoribus [o], hoc eſt, primò liberis, aut ſi nulli ſuperſint, legitimis: puta fratribus [p]: deinceps agnatis 7, qui per mares [q]: tertiò cognatis 8, qui per fœminas iuncti ſunt:

1. De operis libertorum.
2. De bonis libertorum.
3. De libertis uniuerſitatũ.
4. De aſsignandis libertis.
5. Si quid in fraudẽ patroni factum ſit.
6. Si tabulæ teſtamẽti nullæ extabũt unde liberi.
7. Vnde legitimi & agnati.
8. Vnde cognati.

a l.4.de curat. fur. *b* l.ſeruitutem. 209.l.libertus.106.de reg.iur. *c* de hoc patronatus iure plura Cuiac. lib. obſer. 10. cap.33.

a l.adigere.6. l.ſicut.20.de iur. patro. l. nec patronis. 7. l.ſi quando. 4. C.de oper. lib. *b* l.bona fides. 58. de reg. iuris. *c* l.ult. C. de pac. conuent. *d* l.eum.16.de uerb.ſig.l. nihil.15.ad S. C. Mac.l. ob pecuniã. 81.de furt. *e* l.3.§.ſi capitis.de bon. liber. *f* l.ſi patronus.20.de donatio.l. Papinianus.8.§.ſi quis.de inoff.teſtam. *g* l.3.de bon.liber.§.2. Inſt.de ſucceſ.liber. *h* §.4.cum ſeq. Inſt.eo.tit.gl.l.1. uerb. legitimæ. C. ſi in fraud. patro. *i* l.3.§.ſi inteſtatus.ſi quid in frau.pat.l.3. C. eod. *k* l.6.in fin. ad l. Cor. de falſ. *l* l.1.§.ult.l.2.hoc tit.l. uideamus.38. de uſur. *m* d.l. 2. hoc tit. d.l. uideamus.ubi Dd. & infrà quæ in frau. credit. *n* l.3. §.1. hoc tit. *o* uid.l.2.l.ult. C. unde legit. *p* §.1. Inſtit.de leg.ag. ſucceſ.l.5. unde legit.l. ult.§. 1, de gradib.l. 2. de ſuis & legit.Paul.lib.4.tit.8. *q* §.1.Inſt.de leg.agna.ſucceſ.l.2.§.agnati.de ſuis & legit.Vlp.tit.11.25.26.

ſunt [a]: prout quiſque gradu propinquior, aut ordine ſucceſſorio 9 in proximioris (ut ſunt diſtincti agnationis & cognationis ordines: primus deſcendentium, cuius cauſa quoq; in ſuccedendo prior: alter aſcendentium, qui ſecundo loco admittitur: tertius collateraliũ: niſi quòd primus in hoc cõſanguinitatis, nempe fratrum, gradus, cum ſecundo ordine, uidelicet parentum, in ſuccedendo concurrat [b]: & in quôq; horum ordinum propinquitatis gradu alij propiores ſunt, potioresq; in cauſa ſucceſsionis, alij remotiores 10) repudiantis, uel intra utiles dies [c] bonorum poſſeſsionem petere negligentis [d], locum ſuccedit: deinceps uiro & uxori 11, quæ in manum non conuenit, neq; ſua hæres eſt, ut ex l. XII. ſolenni conuentus ritu fiebat: & in ueteranorum militumque ſucceſsionibus 12: in quibus nonnulla ſunt ſingularia [e]: ut quòd damnati bona, fiſco excluſo, ad propinquos pertinent [f]: quòd fiſcum quintus duntaxat cognationis gradus excludat [g], &c. Et denique (niſi cui ex aliqua indignitatis uel alia cauſa bonorum poſſeſsio non 13 competat) omnibus quibus ex lege aliqua uel S. C. bonorum poſſeſsio debetur 14: eaq; re à prætore tanquam legis executore [h] atque adminiſtro decernitur: ſeruato tamen etiam hîc non modò agnationis, de qua ſuprà [i], ſed etiam omnium eorum qui per certos gradus ab inteſtato ſuccedunt, ordine 15: quem nimirum in legitimis quoq; hæreditatibus eiuſmodi eſſe conſtat, ut primũ ſui, deinceps legitimi 16, & in his ex S.C. Tertylliano ac Orſitiano 17, utriuſq; ſexus parentes uelut agnati (etiamſi cognati ſint) ac cum his iure nouo ex latere fratres utrinq; coniuncti, eorumq; filij [k], duntaxat iure repræſentationis, fratres uerò uterini uel conſanguinei tãtummodo cum parentibus ſui ſanguinis & lateris, non alijs [l], poſtremò reliqui cognati, pro cuiuſq; gradus proximitate, citra ius ullum repræſentationis, & diſcrimen ſexus [m] ſint admittendi [n].

9. De ſucceſſorio edicto.
10. De gradib. & affinib. & nominib. eorum.
11. Vnde uir & uxor.
12. De ueteranorum & militum ſucceſsiõe.
13. Quib. non cõpetit bonorũ poſſeſsio.
14. Vt ex legibus uel S.C. poſſeſſio detur.
15. Quis ordo in bonorum poſſeſsiõe ſeruetur.
16. De ſuis & legitimis hæredibus.
17. Ad S.C. Tertyllianum & Orfitianum.

LIBER XXXIX.

Atque hactenus quidem tam de uindicationibus & ſimilibus actionibus, quæ domino uel in dominum dantur, q̃ de perſonalibus, quas creditor aduerſus

a l.4. unde cogna. §.3. Inſti. de ſucceſ. cogna.
b ibid. C. de legit. hæred. et Nou. 118. de hære. ab inteſtato.
c l. 2. l. 4. C. qui admitti.
d l.1. §. ſed uidendum. l. 2. h. tit. l. 2. C. eod. l. 1. §. penult. de iur. et fact. ign.
e l. 1. l. 2. hoc titulo.
f l. 1. h. tit.
g l. 2. h. tit.
h l. nam & ipſum. 8. de iuſt. & iur. l. 2. de origin. iur. l. à diuo. 15. de re iudic. Inſtit. de bonorum poſſeſſione.
i tit. de ſucceſ. edic.
k Authentic. poſt fratres. Auth. ceſſante. C. de leg. Nouel. 119.
l Baldus, & Dd. in Authentic. defuncto. C. ad ſenatuſconſ. Tertyll. Scburff. conſil. 5. per tot. cent. 1.
m d. Authent. poſt fratres.
n §. 4. c. Nouel. 19.

uerſus debitorem ex contractu uel quaſi exercet, eſt perpurgatum: ſequuntur nunc uelut mixta iudicia (quæ ſimplicibus ſubijci tralatitium eſt [a]) cùm in perſonam directa, tum in rem ſcripta: neq; ex iure proprietatis, ut uendicationes, nec ex cótractu uel quaſi, ut perſonales: ſed ex aliquo commiſſo, facto, & præcipuè poſſeſsionis cauſa, in abſtracto conſiderata: quæ cum proprietate nihil habet commune [b] (poſſeſsio enim non hîc dominium uel quaſi, ut in prætoria ſucceſsione [c], ſed uſum rei ſignificat:) ut ſunt interdicta [d] de operis noui, hoc eſt, iniuria [e] cótra priſtinam [f] & receptam aut iuſtam ædificiorum formam [g], facti nunciatione [1]: id eſt, per ſolennem ex edicto denunciationem prohibitione [h]: ut quod contra hanc, atque ita contra edictum ædificatur, antequam renunciatio ſit remiſſa, aut in ea cauſa ſit ut remitti debeat, uice nimirum miſſæ nunciationis, ſatiſdatione de opere reſtituēdo, hoc eſt, demoliendo, ſi probetur iniuria factum, interpoſita, id in priſtinam formam reſtituatur [i]: niſi nunciator de ſuo ſtatim iure docere ſit paratus: qùo caſu citra ſatiſdationē cauſa intra tres menſes cognoſcenda eſt [k]. eaq; nunciatio non tantùm ex re priuata poteſt interponi [l], ſed etiam de re publica [m], atq; adeò ſacra & religioſa [n], dummodo necdum opus factum ſit. Nam hoc remedium aduerſus futura opera inductum, non aduerſus pręterita: hoc eſt, aduerſus ea quæ nondum facta ſunt, ne fiant. Nam ſi quid operis factum fuerit, quod fieri nó debuit, ceſſat hoc edictum, & erit tranſeundum ad interdictum quod ui aut clàm, ut reſtituatur [o]. Eandē ad claſſem redigitur actio de damno infecto [2], hoc eſt, nondum facto [p], ſed quod à ruina malè ſartarum tectarum ædium, earundemq; proiectis & ſuggrundis, partibus utiq; tecti eminentibus [q], in publico [r] priuatoúe [s] loco fieri timetur: ut præſtito iureiurando, nó calumniæ cauſa id peti [t], de damno futuro reſarciendo ſatiſdetur [u], aut pręſtetur, quanti intereſt cautum ita fuiſſe [x]. Et ex l. XII. ad damnum etiam futurum reſarciendum, de

1. De operis noui nunciatione.

2. De damno infecto & protectionib. & ſuggrundis.

a §. quædam. Inſtit. de actionib. & ff. C. fin. regund.
b l. naturaliter. 11. §. 1. de acq. poß. ubi Iaſ. Soc. & Dd.
c l. 3. ſ. de bono. poß.
d l. prætor. 20. hoc tit.
e l. 1. & t. t. quod quiſq; iur.
f l. 1. §. 5. l. 21. §. 3. h. t.
g l. 1. C. de ſeruit. l. 1. 3. cum ſeq. C. de ædif. priua.
h gl. l. ſi procurator. 10. h. t. Duar. lib. 1. diſput. cap. 16. uide l. unic. C. eo. c. 1. 2. extra. eo.
i l. prætor. 20. hoc tit.
k l. uni. C. eod. c. pen. & ult. extrà. eod. Plot. l. ſi quando. §. 3. num. 5. C. unde ui. l. prætor. 20. ubi Bart. & Dd. h. t. Cepol. de ſerui. urb. cap. 28. Franc. Mar. quæſt. 500.
l l. iuriſgentium. 7. §. ſi paciſcar. 6. de pac. l. 3. §. nunciatio. 10. l. 5. §. & uelle. 9. h. t.
m d. §. ſi paciſcar. d. l. 1. §. 10. 11. l. 3. §. ult. cum l. ſeq. hoc tit.
n l. 1. §. 1. h. t.
o d. l. 1. §. 1. h. t.
p l. 2. h. t.
q l. malum. 242. de uerb. ſignif. l. ſi uerò. ubi Budæ. de his qui deiecer.
r l. fluminum. 24. cum ſimil. hoc tit.
s l. 1. l. qui ui. 15. 31. ubi gl. l. ſi finita. & paßim hoc tit.
t l. 7. hoc tit.
u l. 5. 7. l. damni. 18. hoc tit.
x l. prætor. 7. hoc tit.

opere manufacto, ex quo aqua pluuia nocitura ſit, ſeu de aqua pluuia arcenda 3: quum nouo quis opere effecit, ut aliter aqua fluat, quàm antea fluere ſolebat [a]: ut aut opus in priſtinam formã reſtituat [b], aut de damno futuro, quod hinc quoq; uiciniæ timetur, caueat [c]. De publicanis 4 qui publica uectigalia redempta habent [d], ſi quid ab his eorumúe familia [e], uel ſuprà quàm conſtitutum ſit [f], exigatur, uel damnum iniuria detur, in duplum puniendis [g]: uel ſi ut commiſſum ob non ſolutum uectigal merces ab his retineantur [h]: uel uiæ publicæ, quarum nomine illud penditur [i], non reficiantur [k]. Item ex donatione 5, uel purè, uel in diẽ, uel ſub conditione facta [l]: quæ olim non contractus, ſed acquiſitio ciuilis erat [m]: maximè ea [n], quæ fieri cauſa mortis 6 ſolet, & legatis comparatur [o]: eorumque exemplo [p] dominium quoddam ciuile abſque traditione transfert, & uindicationem quandã ciuilem ſuppeditat [q].

3. De aqua, & aquæ. pluuiæ arcendæ.
4. De publicanis & uectigalibus & cõmiſsis.
5. De donationibus.
6. De mortis cauſa donationibus.

LIBER XL.

DEniq; de poſſeſsione & iure ſtatus, qui propriè in bonis non eſt [a], ut nec libertas [b], liberumúe corpus [c], ſed cuius tamen in poſſeſsione ſumus [d]: qua de iudicia liberalia multifariam exiſtunt: ut de manumiſſionibus 1, quæ libertatem ſeruis conferunt [e]: aut uindicta 2 prætoris [f], quo nomine magiſtratum, qui pro tribunali ius dicit, complectimur [g]: aut ab uniuerſitate 3, aut per legatum teſtamento 4, aut per fideicommiſſum 5 codicillo, datis uel ademptis 6. Vindicta datur ceſsicia, iuſta tamen libertas, quam cedit dominus, uindicat ſeruus, prætor addicit. unde Scipioni prætoris, quem liberandis ſeruis gerit, uindictæ à uindicijs fortè nomen [h]. Teſtamento quoq; manumiſsi iuſtam iure Quiritum libertatem (ut olim qui iuſſu dominorum inter ciues Rom. cenſum profeſsi eſſent [i], qui ritus cum cenſu deſijt) aſſequuntur: relictam tam purè, quàm in diem, uel ſub conditione: unde

m ſtatu

1. De manumiſsionibus.
2. De manumiſsis uindicta.
3. De manumiſsionibus, quæ ſeruis ad uniuerſitatem pertinentibus imponuntur.
4. De manumiſsis teſtamẽto.
5. De fideicommiſſarijs libertatibus.
6. De adẽptione libertatis.

a l.1.h.t.
b l.4.§.ult. hoc tit.
c l. Atteius. 14.§.2. hoc tit.
d l.1.l.quantæ. 12.h.t.l.eum. 16.de uerb. ſignif.
e l.1.h.t.
f l.ex præſtatione. C.de uectigal.
g l.1.cum ſeq. hoc tit.
h l.1.l.commiſſa.14. l.fin. hoc tit.
i l.ſi quis.21. de donatio. inter uir.
k Cepoll.de ſeruit.cap. de aquæduc. num.91.
l l.1.h.t.
m l.3.de obligat. iunc.l.1. cum ſeq. de precario.
n de quo §. aliæ.Inſt.de donat. l. ſi quis.15.§.ult.C.de donat.
o l.ult.C.de donat.cauſ.mor.
p l.1.2.C.com.de lega. ubi Dd.& §.1.Inſt.de lega.
q §.aliæ.Inſt.de donat.ubi dixi.

a l.nec ſi.6.l.principaliter.& paßim C. de lib.cauſ.
b l.liberos.10.C.eod.tit.
c l.liber.13.ad l.Aquil.
d l.5.l.eam.21.C.de lib.cauſ.l.ſi de poſſeßione.20.l.uis eius.15.C.de probat.l.1.3.4.ubi cauſ.ſtat.
e l.4.de iuſtic.& iur.
f de hac uid. Boet. in Top. Liuium. l.2.l.pen.§.2.de caſtr.pecul.l.2.C.ſi aduerſ.lib.l.10.C.qui teſtam.fac.l.33.de dol.& t.t.C.de uindic.& hoc tit.paßim.
g Vlpia.tit.1.in princ.
h Cuiac.ad Vlpia.tit.19.
i Vlpia.tit.19.

ſtatu liberi 7 dicti, quòd ſtatutam ad tempus uel conditionem habeant libertatem [a]: qui etiam citra manumiſsionem, exeunte nimirum die, uel conditione per hæredem non impleta, ad libertatẽ perueniunt 8: ſi tamen hæc abſq; creditorum 9 fraude data ſit, nec in l. Aeliam Sentiam incurrat: quæ libertatem impedit, tam datam ab eo qui ſoluendo non ſit, uel datis libertatibus deſiturus ſit eſſe ſoluendo [b]: quàm à domino uiginti annis minore, non dicta probataq; apud conſilium magiſtratus cauſa [c]. Item de iure aureorum annulorum 10, quibus ut bulla aurea, ingenui tantùm, præcipuè equites, utebantur: hoc eſt, de priuilegijs ingenuitatis uoluntate patroni, (cuius ius patronatus nihilominus hîc ut olim [d], ita nũc quoq; durare quidam putant [e]) manumiſſo indulgendis: quod olim priuilegij loco dabatur, ut abſq; uitio & pœna, ingenuorum dignitates, libertus adipiſci poſſet [f]. Hodie ex conſtitutione Iuſtiniani, qui omnes libertinos ciues fecit [g], ipſo iure manumiſsioni ineſt [h]: quanquam ius imaginũ potius quàm ſtatum ingenuorum adijciat [i], eoq; tantùm proſit, ut ſine periculo honores ingenuorũ geri poſsint [k]. Locupletior natalium reſtitutio 11, qua primis ingenuitatis natalibus beneficio principis [l] liberti uelut renati, & (ut loquitur Nouella) per regenerationem [m] reſtituuntur, clariſsimaq; uelut ab ipſo ortu & incunabulis ingenuitas, quam natales ſignificant [n], & ius Quiritum, ſublato patronatus, ut putatur, iure acquiritur [o]: quod ipſum quoq; Iuſtinianus tralaticium fecit [p], ut ingenuis potius quàm libertinis [q], Romana ciuitas, cui tunc ob continua bella ingenuis qui militare decenter poſſent [r], maximè erat opus, commodùm repleretur. Cæterùm expendenti nouam eam Iuſtiniani conſtitutionem accuratius uideri poterit, diſcrimen aureorum annulorum & reſtitutionis natalium ea ſublatum eſſe: ſic ut utroq; modo plenam ingenuitatem dari [s], & nihilominus patroni ius manere ſaluum [t] uoluerit Iuſtinianus. Diuerſum fortè pòſt canones induxerunt in eo, qui ſacris inauguratur miniſterijs. Nam ex hac cauſa dominus in ſerui manumiſsi & ordinati capite ius omne patronatus amittit [u]: cuius idcirco conſenſus requiritur.

7. De ſtatu liberis.
8. Qui ſine manumiſsione ad libertatem perueniunt.
9. Qui à quibus manumiſsi liberi non fiant, & ad legem Aeliam Sentiam.
10. De iure aureorum annulorum.
11. De natalibus reſtituendis.

a l. 1. hoc tit.
b §. 1. 2. Inſtit. qui & ex quib. cauſ. l. 10. & paſſim h. t.
c §. 3. Inſtit. eod. tit.
d l. ſi is qui. 42. de adulter.
e Cuiac. hîc.
f l. unica. C. ad l. Viſcell.
g l. unic. C. de Latin. liber.
h Nouell. 88. 18. Cuiac. obſ. lib. 4. cap. 5. lib. 7. cap. 4.
i l. 2. C. de iur. aur. an.
k l. unic. C. ad l. Viſcell. l. 1. 2. C. ſi ſeruus aut liber. lib. 10.
l l. 1. 2. hoc tit. l. 2. C. eod.
m Nouell. 78. ut liberti de cætero.
n l. 2. infrà ſi inge. manu.
o Cuia. lib. 4. cap. 5. bonus tex. in l. ult. C. de bon. lib.
p d. Nouel. 78. Cuiac. lib. obſ. 4. cap. 5.
q l. 3. C. de bon. liber.
r C. qui milit. poſſ. lib. 12.
s cap. 1. propterea. Nouell. 78.
t cap. illud. 2. cap. ult. eod. tit. & ita interpretatur Irner. Auth. ſed hodie. C. de iur. aureor. annul.
u c. quæ ex famulis. 5. cum c. ſeq. 54. diſt.

tur[a], quo ius patronatus remitti poteſt[b]. Ex his autem omnibus exiſtunt liberales de ſtatu & libertate cauſæ 12 & liberalia (à libertate, tanquã ſubiecto & fine, factis nominibus) iudicia, præiudiciaque[c]: ut de ijs quibus ad libertatem proclamare 13 non licet, ut qui precij participandi cauſa uenũdari ſe paſsi ſunt[d]. Item ſi libertus ſeu manumiſſus intra quinquennium quàm manumiſſus ſit[e] (nec enim poſt, niſi repertis ingenuitatis ſuæ recèns inſtrumẽtis[f] hoc iure, quanquam fortè nouo[g], auditur) ingenuus eſſe dicatur 14: ſi præſcriptio[h] agenti in ſtatum alterius obijciatur 15, quæ obſtat mouenti ſtatum defuncti poſt quinquennium à morte computandum: aut ſi per hanc quæſtionem præiudiciũ futurum eſt ante quinquennium mortuo[i]. Viuentium uerò libertatem poſt uigeſimum[k] quietæ bonæq; fidei poſſeſsionis[l] annũ tuetur. Deniq; ſi litigatorum inuicem colludentium ut altera pars alterius fraude uincat, colluſio detegatur 16: qua intra quinquenniũ detecta ſeruus uel libertus eius qui detexit ille fit, qui per colluſionem domini patroni'ue ingenuus pronunciatus eſt[m].

12. De liberali cauſa.
13 Quib. ad libertatem proclamare non licet.
14. Si libertus ingenuus eſſe dicatur.
15. Ne de ſtatu defunctorũ poſt quinquennium quæratur.
16. De colluſione detegenda.

a c.ſi quis.8. eod.
b l penul. l.ul. C.de bon.liber. Cuiac. obſ.libr. 8. cap.32.
c §. præiudiciales.Inſtit. de actionib.
d l.1.3. & paſſim h.t.
e l.2.§.1.h.t.
f d.l.2.§.2.
g l.ultim.C.de long. temp. præſcript. quæ pro liber.
h uide C. de præſcript. quæ pro libert. & ne de ſtatu defun. Tiraq. de nobilitat. cap.14.
i l.1.ne de ſta. defuncto. t. t. Cod.ne de ſtat. defun. poſt quinq. quære.
k l.2.C.de lon. temp. præſcript. quæ pro lib.
l l.1.C.eod.tit.

LIBER XLI.

IN his poſſeſsionum quæſtionib. etiam de cauſis earũ iure quęritur: ſcire enim rem, eſt per cauſas noſſe. Cauſas poſſeſsionum appellamus contractus, ac titulos, quibus dominia[a] rerum & poſſeſsiones acquiruntur, & iure transferuntur[b]. De his cauſis rectè quæritur, utrum iuſtæ nec'ne ſint, utrum ad dominium 1, uel iuſtam poſſeſsionem 2 acquirendum habiles, an contrà: utrum naturales, ut occupatio, inuentio, ſpecificatio, alluuio, traditio[c], &c. an ciuiles, ut uſucapio 3: quæ per poſſeſsionem iuſti tituli, bona fide & tempore legitimo continuatã[d], dominium ex uarijs cauſis[e] ad transferendam proprietatem idoneis, iure ciuili adijcit[f]: puta cum pro emptore 4, hoc eſt, quaſi ab emptore, ex cauſa emptionis[g], uel negocio quod ſpeciẽ emptionis habeat[h], poſsidetur: aut pro hærede 5, bonorum'ue poſſeſſore prætorio[i] ex cauſa

1. De acquirendo rerum dominio.
2. De acquirenda uel amittenda poſſeſsione.
3. De uſucapionib.
4. Pro emptore.
5. Pro hærede uel pro poſſeſſore.

m 2 hære-

m l.1.2.cum ſequen.h.t. a l.ſcientis.6.C.de ingen.manumiſ. b l.3.§.ul.de acq.poſ. c l.7.cũ ſeq.de acq.dom.de traditionis definitione uide Cuiac.obſer.lib.11.cap.19. d de his uide quæ ad Inſtit.& Pandec.h.t.de uſucapionibus diximus. e l.penul.ubi gl.uerb. titulus.C.de poſ.l.3.§.ultim.de acq.poſſ.l.3.§ pen.& §.fina.de acq. poſ. f l.3.de uſucap. g l.1.2.hoc tit. h l.quod uulgo.11.l.2.§.ſi à pupillo.10.cum ſeq.hoc tit. i de quo titul.de bonor.poſſeſſ.

hæreditatis & bonorum poſſeſsionis prætoriæ res tenentur. Nam bonorum poſſeſſor alius, qui nullam poſſeſsionis ſuæ cauſam poſsit dicere, niſi quia poſsidet [a], huc non eſt aggregandus, cùm titulo prorſus careat: ſine quo non inducitur uſucapio, ſicut nec effectus ſine cauſa [b]. Sed & pro donato 6 ex cauſa donationis [c] uel quaſi [d], rectè uſucapitur res aliena, quam accipiens donantis eſſe putauit. Eademque ratione pro derelicto 7: quoniam res pro derelicto habita donari uidetur [e], ſtatimq; fit occupantis [f]: quando eius fuit qui dereliquit. Quòd ſi non fuerit, præſtatur poſsidenti uſucapiendi conditio: quoniam ex cauſa quæ dominium, ut diximus, transferre poteſt, iure poſſidet: ſiue ſciat à quo res derelicta, & animo amittendi dominij abiecta ſit [g], ſiue ignoret [h]. Eodem modo ſi teſtator res alienas, quod poteſt [i], legârit, cum & hæc quædam ſit donationis ſpecies [k]: qui ex ea cauſa accipit atque poſsidet, rectè pro legato 8 uſucapit: dummodo uerè legatum ſit, uel iuſtiſsimo errore legatum credatur [l]. Cauſa quoq; dotis quia dominium adijcit [m], idcirco qui rem doti ſibi datam, quæ dantis non fuerit, poſsidet, pro dote 9 ex titulo dotali quaſi rem dotalem uſucapit [n]: quemadmodum generatim pro ſuo 10, qui rem ut ſuam, ex certo uel incerto titulo, ad translationem tamen dominij idoneo, poſsidet [o].

6. Pro donato.

7. Pro derelicto.

8. Pro legato.

9. Pro dote.

10. Pro ſuo.

LIBER XLII.

Eſt etiam titulus ad uſucapionem idoneus, cum ex re iudicata 1 quæ totam rem abſolutione condemnatione'ue definit [a], eiuſdemque effectu, hoc eſt, executione [b], uel interlocutione [c] aliqua, decreto'ue iudicis [d] poſsidetur [e]: uel (quod perinde eſt [f]) ex debitoris confeſsione 2. confeſſus enim ſaltem in ciuilibus pro iudicato eſt [g]. Aut ex bonorum ceſsione 3, quam confeſſus iudicatus'ue æris alieni debitor facit [h]: conteſtatione [i] poſt agnitum debitum [k], aut in iure ad tribunal [l], aut extra ius [m], apud magiſtratum tamen [n], ut in reliquis uoluntariæ iuriſdictionis actibus [o], facta: qua ius debitoris in creditorem transfertur [p]. Item immiſsione: per quam

1. De re iudicata, & effectu ſententiarum & interlocutionibus.

2. De confeſsis.

3. De ceſſione bonorum.

a l. pro hærede. 11. cum ll. ſeq. h. t.
b l. Celſus. 27. de uſucap. l. 7. 9. C. de acq. poſſ. l. 3. 4. 5. 8. C. de præſcrip. long. temp.
c l. 1. hoc tit.
d l. ult. h. tit. l. 1. C. eod. tit.
e l. quod ſeruus. 36. de ſtipul. ſeruo.
f l. 5. hoc tit. §. penul. Inſtit. de rer. diuiſ.
g d. §. penult.
h l. 4. hoc tit.
i §. non ſolùm. Inſtit. de legat. l. cum aliena. C. eod.
k §. 1. Inſtit. de lega.
l l. 1. 2. 3. 4. hoc tit.
m l. doce. C. de rei uend. l. in reb. C. de iur. dot.
n l. 1. & tot. hoc tit.
o l. 2. 4. hoc tit.

a l. 1. h. tit.
b l. à diuo. 15. h. t. c l. quod iuſſit. 14. h. t. d l. iuſtè. 11. de acq. poſſ. e l. 3. §. ult. de acq. poſſ. f l. poſt rem. de re iudic. l. 1. 4. 6. de confeſſ. l. uni. C. eod. g l. 1. ubi dixi, hoc tit. h l. penul. h. tit. i l. 6. C. eod. k l. penul. h. t. l l. ult. h. t. m d. l. ult. n Nouell. 134. 135. l. ult. C. eod. o l. 7. 8. 23. de manumiſ. uindic. p l. 4. C. eod. l. 17. de arbitris.

quam ob debitoris fruſtrationē, authoritate iudicis, hoc eſt, prætoris, in bonorum poſſeſsionem itur 4: ut uel uſucapiantur[a], uel etiam uenundentur 5 à creditoribus, quo his ſecundum cuiuſq; priuilegia[b] & iura ſeparata 6, curatore ad id dato 7, inde ſatisfiat: quibus etiā creditoribus, ſi quid hîc in fraudem eorum alienatum ſit, datur intra annum utilem[c] ex die poſſeſsionis ac uenditionis bonorum[d], Pauliana actio[e] ad dominium: & interdictum fraudatorium[f] ad poſſeſsionem reuocandum eorum, quæ in fraudem ſuam probantur eſſe alienata 8: quo tamen alienationis nomine intelligimus dominij translationem & abdicationem 8, non ſi repudietur quod debitor quærere potuit[h]: etiamſi in fiſco aliter ſeruetur: ut ſcilicet in fraudem eius fieri uideatur id quod non quæritur[i], cum acquiri poſſet. Quanquam ne huius quidem reſpectu reus capitis pręſumitur in fraudem facere, ſi filium emancipet, ut hæreditatem ſibi potius quàm patri adeat[k]: poterat enim filius etiam in poteſtate retentus, non adire, quamuis iuſſus[l], & fiſco nolle quærere: ut hîc per emancipationem fraus non quærendi nulla commiſſa uideri debeat: præſertim cū alioqui in dubio cōtra fiſcum ſit pronunciādum[m].

4. Ex quibus cauſis in poſſeſſionem eatur.
5. De bonis authoritate iudicis poſſidēdis uel uenundādis.
6. De bonorum ſeparationibus.
7. De curatore bonis dādo.
8. Quę in fraudē creditorū facta ſunt, ut in integrū reſtitua.

LIBER XLIII.

DE poſſeſsionibus etiam alię actiones ex interdictis, quæ actionis nomine continentur[a], ac iudicia poſſeſſoria 1, perſonalia[b] quidem, ſed in rem, hoc eſt, poſſeſsionem concepta[c], ſunt prodita: nimirum aut adipiſcendæ, aut retinendæ, aut recuperandæ poſſeſsionis gratia[d], tam uniuerſalia quàm particularia. Vniuerſalia, uerbi cauſa, quæ hæredi, alij'ue ſucceſſori, contra occupatorem rei hæreditariæ, qui pro hærede uel poſſeſſore poſſidet[e], dantur: ut Quorum bonorum 2 (nomine à primis huius interdicti uerbis ducto[f]) ad poſſeſsionem totius hæreditatis: Quod[g] legatorum 3, ad poſſeſsionem rerum legatarum, uel etiam ex conſtitutionibus[h] fideicommiſſarum,

m 3

1. De interdictis, ſeu extraordinarijs actionib. quæ pro eis cōpetunt.
2. Quorum bonorum.
3. Quod legatorū.

a Vlp. tit. 1. §. 1. l. ſi finita. 15. §. Iulianus. 6. uer. non prius incipere per lōgum tempus capere. l. 4. §. 2. & l. 5. et paſsim de dam. infect.
b uide l. cū bona. 16. cum ſeq. h. t.
c l. ait prætor. 10. h. t.
d l. qui autem. 6. §. ult. l. ait prætor. 10. h. tit.
e l. 1. hoc tit.
f d. l. ait prætor. 10. de quo Cuia. li. obſ. 5. c. 17.
g l. 1. C. de fun. dota.
h l. qui autem. 6. §. 1. h. tit. l. 3. C. eo. l. nō fraudantur. 176. ubi Cagno. de reg. iur. uide Socin. conſ. 77. nu. 5. lib. 4. Dec. conſil. 260. nu. 1. 2. Cor. conſ. 32. nu. 13. uol. 1.
i l. in fraud. 45. in princ. de iur. fiſci.
k l. cum quidam. 26. de iur. fiſci.
l l. 6. §. ult. de acq. hæred. l. nec emere. 16. C. de iur. delib.
m l. non puto. de iur. fiſci. Alciat. trac. præſump. reg. 3. præſumpt. 41.

a l. actionis. 37. de obligat. & act.
b l. 1. §. fin. de interd. Bal. l. ult. C. de edic. diui Adria. toll.
c d. l. 1. §. fin. h. tit. de quibus in rem ſcriptis uid. Iaſo. §. omnium. nu. 6. 7. & in §. quædam. nu. 19. Inſtit. de actionibus.
d §. ſequens. Inſtit. de interd. l. 2. §. fin. eo.
e l. 1. hoc tit.
f l. 1. hoc tit.
g à primis interdicti uerbis. l. 1. h. t.
h l. unic. C. eo. tit.

miſſarum, quæ ſine uoluntate teſtatoris [a] aut hæredis ſolutæ uel occupatæ ſunt, & uniuerſitatem quandoque aliquam continent [b], adipiſcendam. Quod & ipſum actionis genus tantummodo, ut ſuperius [c], contra eum datur, qui pro poſſeſſore, hoc eſt, nullo titulo [d], aut ex cauſa hæreditatis, cuius iure agens utitur, puta inde legati, fideicommiſsi, &c. poſsidet. Item ex edicto generali, Ne uis fiat ei qui in poſſeſsionem miſſus eſt 4: interdictum partim prohibitorium, ne uis fiat, quod prima edicti huius uerba demonſtrant: partim reſtitutorium, in eum cuius dolo malo factum ſit, quo minus quis ex prætoris permiſſu in poſſeſsione ſit [e]: quo iubetur poſſeſsio reſtitui, aut damnari reum tanti, quanti ea poſſeſsio ſit [f]. Ad cauſam etiam uniuerſitatis, nempe hęreditatis [g], pertinet interdictum de tabulis teſtamenti uel alterius ultimæ uoluntatis exhibendis 5. Atque hactenus de uniuerſalibus. Singularia porrò interdicta ſeu iudicia ex interdictis extraordinaria [h] proponuntur, de poſſeſsione & uſu rei, tam diuini quàm humani iuris. De diuinis ex interdicto: Ne quid in loco ſacro, religioſo, etiã ſancto [i] fiat 6, ad impediẽdum uel dedecorandũ eius uſum [k]: & ſi factũ ſit, ut in ueterẽ formã reſtituatur. Ex quo intelligi licet, duplex hoc eſſe interdictũ: partim prohibitoriũ, partim reſtitutorium: ſeu de opere, quod contra prohibitionem factum ſit, reſtituẽdo [l]. Quo nòmine licet etiam nouum opus nunciare [m]: ſicut & eorum quæ in publico, terra mariq; ac fluminibus ædificantur [n]. Et datur actio popularis [o], ſi quid contra prohibitionem aut nunciationem factum ſit, ut in integrum reſtituatur: quemadmodum & ex reliquis interdictis [p] ac cauſis, quæ ad ius publicum tuendum pertinent. Nam Reip. intereſt [q], quàm plurimos ad defendendam ſuam cauſam admittere [r]. De his quæ humani ſunt iuris, tam publicis quàm priuatis, actiones uariæ ſunt proditæ. De publicis quidem, ut de locis & itineribus publicis 7, quolibet poſtulante, quòd ad uſum omnium pertineat [s], ut uiæ publicæ ex collatione priuatorum agrorum conſtituantur [t]: in conſtitutis, ne quid, ne religioſum quidem monumentum extruatur [u]. Quod quidẽ interdictũ ad uias ruſticas pertinet.

4. Ne uis fiat ei qui in poſſeſsionem miſſus eſt.

5. De tabulis exhibendis.

6. Ne quid in loco ſacro fiat.

7. De locis & itinerib. publicis.

a *l. 1. §. ſi quis ex mortis. hoc tit.*
b *l. qui quartam. 15. l. nõ amplius. 29. de lega. 1. §. ſed quia. 4. Inſt. de fidei com. hæred.*
c *contra gl. l. 1. uer. ut pro inde. in fin. hoc tit.*
d *l. pro hærede. 11. cum l. ſeq. de petit. hæred.*
e *l. 1. in prin. l. 3. §. penult. hoc tit.*
f *l. 1. §. hæc uerba. l. 2. l. ult. h. t.*
g *§. ult. Inſtit. per quas perſon. n.*
h *§. ult. Inſtit. de interd.*
i *l. 2. h. tit. l. 1. §. 1. de oper. no. nũc.*
k *uid. Bar. hic in l. 1. 2.*
l *l. 2. h. tit.*
m *l. 1. §. 1. de op. no. nunc.*
n *l. 1. §. 1. & §. nũciatio. 10. l. 3. §. ult. cũ l. ſequen. l. 5. §. 6. de op. no. nunc.*
o *l. ſi quis. 10. C. de Epiſcop.*
p *l. 2. §. hoc interdictum. 21. ne quid in loc. publ. l. 1. §. deinde. de uia pub. l. uni. §. hoc interdictum. ne quid in flum. publ.*
q *l. 3. §. ult. de op. no. nunc. l. ſi quis. 7. de iuriſdict.*
r *l. 4. de op. no. nunciat.*
s *l. 1. h. tit.*
t *l. 3. h. tit.*
u *l. 2. h. tit.*

pertinet. Nam urbicas ædiles ex ſuo officio procurant, ut neceſſe non ſit ciuibus ad interdictum ire [a]. Eandemq; interpretationem habet [b] interdictum prohibens, ne quid

8. Ne quid in loco uel itinere publico fiat.

ad impediendum publici loci uel itineris uſum fiat 8, immittatur, aliter quàm legibus conceſſuq; principis indultum ſit [c]. Adde his interdictum, Ne ei qui publicũ locum

9. De loco publico fruendo.

conduxit, quo minus utatur, uis fiat 9. Et de uia publica: Si quid in ea factũ, hoc eſt, ædificatũ noui & incõmodi dicetur, ut in priſtinam formam [d] reſtituatur: deq; eadẽ re-

10. De uia publica, & ſi quid in ea factũ dicatur.

ficiẽda, purgãda, tam in oppidis 10, cuius rei cura ad magiſtratus etiã abſq; interdicto pertinet [e], quã in uillis, uijsq; ruri ruſticis atq; regijs 11. Præterea de fluminibus 12 publi-

11. De uia publica, & itinere publico reficiendo.

cis: Ne quid in flumine ripáue eius (nã huius quoq; uſus, de quo hîc agitur, publicus eſt [f]) fiat, quo minus nauigetur, quóue ſtatio iter'ue nauigio deterius fiat 8: ſi factũ ſit, ut in integrũ, priſtinamq; formam reſtituatur. Ex quo pa-

12. De fluminib. ne quid in flumine publico, ripa'ue eius fiat, quo peius nauigetur.

ret, tam prohibitoriũ quàm reſtitutorium, ſi cõtra prohibitionẽ factũ ſit hoc interdictum [h], & ob publicã utilitatẽ [i] populare [k] ſimiliter eſſe. Poſt hoc aliud æquè cùm populare [l], tum duplex [m]: Ne quid in flumine publico, ripa'ue eius fiat, quo aliter aqua fluat, atq; priore æſtate fluxit 13, quę pars prohibitoria eſt [n]: ſequẽs reſtitutoria [o]: Quod in flumine publico, ripáue eius factũ, ſiue quid in flumen ripá'ue eius immiſſũ habes: ſi ob id aliter aqua fluit, atq; ut

13. Ne quid in flumine publico fiat, quo aliter aqua fluat, atq; uti priore æſtate fluxit.

priore ætate fluxit, reſtituas: tuis uidelicet ſumptib. qđ in omnib. his tralatitiũ eſt, & ad hęredes porrigi uidetur [p]. Si qđ igitur iã factũ erit, per hoc interdictũ reſtituetur: ſi qđ ne fiat proſpicitur, ſuperiore erit utẽdũ: & ſi quid poſt interdictũ redditũ fuerit factũ, coercebitur [q]. Adiũgitur his interdictũ nõ reſtitutoriũ, ſed prohibitoriũ [r] ac populare [s] (ſicut reliqua ſunt hęc omnia [t]:) ut in flumine publico na-

14. Vt in flumine publico nauigare liceat.

uigare liceat 14, néue quo min' in flumine publico nauẽ, ratẽ agere, in ripáue eius exonerare, pecus eò appellere liceat, uis fiat: quod etiã ad nauigationẽ, piſcationẽ, ædificationẽ, appulſum, exonerationẽ maritimã utiliter ſaltẽ ꝓducere licet [u]. Prohibitoriũ itẽ interdictũ de ripa munien-

15. De ripa munienda.

da 15: Vt in flumine publico, ripáue eius opus facere liceat, ripę agrı́ue, q circa ripã eſt, tuẽdi cauſa: dum ne ob id nauigatio deterior fiat. Si tibi dãni infecti in annos decẽ uiri boni arbitratu uel cautũ uel ſatiſdatũ eſt, aut ꝑ illũ nõ ſtat quo minus caueatur: uim fieri ueto. Itaq; q ripã uult munire, de dãno futuro debet uel cauere uel ſatiſdare: ſecundum

- a *l. 2. §. hoc interdict. 14. ne quid in loc. pub.*
- b *d. §. hoc interdictum.*
- c *l. littora. 3. et paß. h. t.*
- d *l. un. de uia public. & ſi quid in ea fac. dicet.*
- e *l. unic. h. t.*
- f *§. 2. 3. Inſtit. de rer. diuiſ.*
- g *l. 1. hoc tit.*
- h *l. 1. in princ. et §. deinde. hoc tit.*
- i *l. 4. de op. no. nunc.*
- k *Cuiac. hîc.*
- l *l. un. §. 6. h. tit.*
- m *l. 1. in princ. & §. ult.*
- n *l. un. in prin. h. tit.*
- o *l. unic. §. penult. h. tit.*
- p *l. unic. §. 6. hoc tit. quãquã contrà Cuia. hîc.*
- q *l. unic. §. pe. hoc tit.*
- r *l. un. in prin. hoc tit.*
- s *Cuia. hîc.*
- t *l. 2. §. hoc interdictũ. 21. ne quid in loc. publ.*
- u *Cuiac. hîc.*

cundum qualitatem perſonæ, ſicut interdicto expreſſum
eſt [a]. Et hactenus de interdictis, quæ publici iuris poſſeſ-
ſionem tuentur. De priuatarum porrò rerum poſſeſsio-
ne, uel recuperanda, agitur ex interdicto: Vnde ui 16 eum [16. De ui & ui armata.]
deiecisti, eò reſtituas. Quod interdictum duplex eſt: al-
terum de ui quotidiana, cum exceptione uitioſæ poſſeſ-
ſionis: alterum de ui hominibus coactis armatisq́; facta,
ſine ulla exceptione: ut ſpoliatus ànte omnia reſtituatur.
Vtrūq; reſtitutoriū, non eo ſenſu quo ſuprà, ut opus quod
factum eſt, in priſtinum ſtatum reſtituatur (nec enim ea
de hîc quæritur:) uerùm ut poſſeſsio ablata reſtituatur.
Reſtitutoria enim duplicia ſunt, alia quæ poſſeſsionem [b],
alia quæ opus, aliud'ue factum in integrum ueterēq; ſta-
tum reſtituūt [c]: ſed citra exceptionē, iure recētiore. Spo-
liatus priuata authoritate ob ſolā ſpoliationē, probatam
tamē [d], abſq; alia cauſæ cognitione [e], etiāſi prædo ſit [f], non
admiſſa etiam notorij iuris exceptione [g]: ſpoliatus autem
à iudice non ob ſpoliationē ſolam [h], ſed propter iniuſtam
ſpoliationis cauſam ſimiliter probatā [i] reſtituitur [k] hodie:
non tā ex his interdictis, quàm locupletioribus iuris Ca-
nonici remedijs [l]: quorū locupletiſsimum, eoq́; uſitatiſsi-
mū eſt Canon redintegrādæ [m]: uel quæſtio eſt de retinēda
poſſeſsione, nēpe quoties lis oritur ex interdicto prohibi [17. Vti poſſidetis.]
torio: Vti alter ab altero nec ui nec clàm nec precariò poſ
ſidetis 17, quo minus ita poſsideatis, uim fieri ueto. Sed id [18. De ſuperficieb. ut Cuia. de ſuperficijs.]
tantūmodo obtinet in rebus ſoli [n] corporalibus, earumq́;
ſuperficiebus 18, ſeu ſuperficijs [o]. De rerū porrò incorpo-
raliū ſeu ſeruitutū poſſeſsione tuēda (nam ſi non uerè, tñ [19. De itinere actuq́; priuato.]
quaſi poſsidentur [p]) uaria prodita ſunt interdicta: ut duo
prohibitoria: alterū, ne uis fiat, quo minus poſſeſſor ſerui- [20. De aqua quotidiana & æſtiua.]
tute utatur [q]: alterū, ne uis fiat, quo minus uiā actū refice-
re poſsit [r]: de itinere, actuq́; priuato 19. Item prohibitoriū,
de aqua (priuata [s] ſcilicet, quo de genere hîc agi diximus)
quotidiana & æſtiua 20 ducenda. Et de riuis 21, fonte 22, [21. De riuis.]
cloacis 23 alicuius priuatis, ſine cuiuſquam impedimento [22. De fonte.]
& turbatione, uſurpandis, reficiendis, purgandis, & gene-
ratim, ut ſi quid ui aut clam 24 eo, cuius controuerſia pro [23. De cloacis.]
babiliter timeri debebat [t], ad alienæ poſſeſsionis uſur- [24. Quod ui aut clā.]
pationem

a l. unic. §. 1. h. titul.
b ut h. t. et ſeq. quor. bono. quor. legat.
c ſ. tit. 4. 6. 8. 12. 13. & ſ. t. 20. 23. 24.
d c. 1. de reſt. ſpol. in 6.
e cap. 1. 2. 5. de reſtit. ſpol. l. ſi quis ad ſe. C. unde ui.
f c. in literis. 5. de reſtit. ſpoliat.
g c. item cum quis. 6. de reſtit. ſpol.
h cap. conquerēte. de reſt. ſpoliat.
i d. cap.
k ibid. in uer. reſtituas.
l cap. ſæpe. de reſtit. ſpol. cū ſ. allega. eod. tit.
m cap. redintegranda. 3. q. 1. de quo latè Menoch. in remed. recuperand. remed. pen.
n l. 1. h. tit.
o Cuiac. hîc per l. 1. l. ſi areæ. de leg. 2. l. ſi ex lapidicinis. de iur. dot.
p l. 4. §. ſi uiam. 16. de uſucap.
q l. 1. h. t.
r l. 3. h. t.
s de hac, gl. l. nemo. uer. flumina. Bal. l. itē. nu. 2. de rer. diuiſ. Iaſ. l. quominus. nu. 37. de flū. Cæpol. de flum. ripa. in prin. Corn. cōſ. 99. nu. 8. uol. 2. Iacob. de feu. ue. flumin. nu. 2. & 8.
t l. 3. §. ult. h. t. Iaſ. l. clàm poſsidere. nu. 6. & 7. de acq. poſ.

pationem factum ſit, id ut in integrum reſtituatur: nouo *a uid. l. præ-*
25. De remiſsionib. præſertim opere nunciato: niſi remiſsio 25 nunciationis *tor. 20. de*
eius fiat, præſtita de demoliendo opere ſatiſdatione, ſi *ope. no. nun*
quando planum ſubinde factum fuerit, iniuria ædifica- *cia. quò hoc*
tum eſſe [a]. Item de precario; cuius poſſeſsio ſeu uſus, non *interdictũ*
tamen certus [b] (qui in commodatum incidit [c]) alicui con *pertinet.*
26. De precario. ceſſus eſt, reſtituendo 26. De arboribus, quæ in ædes uel *b l. & habet.*
fundum uicinum propendent, recidendis 27. De glande *15. §. hoſpi-*
27. De arboribus cędendis. caduca legenda 28, hoc eſt, fructibus [d] qui in uicini fun- *tes. h. t.*
dum ex noſtra arbore ceciderunt, abſq; impedimẽto eiuſ- *c l. in commo*
28. De glãde legẽda. dem colligendis. Sed & officij, non rei priuatæ cauſa poſ- *dato. 18. §.*
ſeſſorium iudicium intenditur, de libero homine (neque *ſicut. cõmo.*
29. De libero homine exhibendo. enim hic in re priuata & patrimonio eſt [e]) qui iniuria & *d l. unic. h. t. l.*
inuitus detinetur [f] exhibendo 29. De liberis parenti, de *qui uenenũ.*
coniuge marito exhibendis 30: utq; ducere ſuo arbitratu *236. §. glan-*
30. De liberis exhibendis, itẽ ducendis. poſsint [g]. Et ad tuendam reliquarum rerum mouẽtium [h] *dis. de uerb.*
& mobilium [i] poſſeſsionem, ex interdicto Vtrubi 31, quod *ſignif.*
31. Vtrubi. interdicto Vti poſsidetis, ad res ſoli pertinente, in retinen *e l. liber ho-*
dis mobilium rerum poſſeſsionibus par eſt [k]. Item de mi- *mo. ad legẽ*
32. De migrando. grando 32, ut inquilino migrare, & res ſuas è domo con- *Aquil.*
ducta finito locationis tempore aſportare liceat: ſi uel de *f l. 1. l. 3. h. tit.*
penſione ſatisfactum ſit: uel res inuectæ pro mercede con *g l. 1. l. 2. h. tit.*
ductionis, nec expreſsè neq; tacitè [l] pignori teneantur. *h l. mouentiũ.*
Nam quæ ſic obligatæ nexæq; ſunt, eas non modò domi- *93. de uerb.*
nus retinere, donec ſibi ſatisfiat, uerumetiam aſportatas *ſignificat.*
33. De Saluiano interdicto. uel alienatas perſequi, ex Saluiano interdicto 33, pigno- *i l. mouentiũ.*
ris ſui obtinendi cauſa, poteſt. *93. de uerb. ſignific.*

LIBER XLIIII.

DEfenduntur etiam poſſeſsiones, præſertim longę [a], *k l. 1. §. 1. h. tit.*
1. De exceptionibus, pręſcriptionibus, & præiudiciis. exceptionibus 1, quæ actiones excludũt [b], & actio- *§ quorũ. In*
num loco interdum ſunt [c], ſic ut adiri iudex poſsit, *ſti. de inter.*
quo declaret exceptionem competere [d]: uel dilatorijs [e], *l l. 4. l. in præ*
ut præiudicijs [f], quibus petitur ea rè præſens iudicium *dijs. ꝟ. in qui*
differri, ne alij maiori cõtra uſitatum iuris ordinem [g] præ- *bus cauſ. pi-*
iudicium fiat [h]: uel peremptorijs [i], ut rei iudicatæ exce- *gno. t. ae. con*
trab. l. certi. C. de locat.

n ptione

a l. 1. & t. t. ĩ. de diuerſ. & temp. præſcript. b l. 2. de excep. c l. 1. h. tit. l. actionis. 37. de oblig. l. in exceptionib. 14. de probat. l. 1. §. 3. ff. de dol. mal. d l. ſi contendatur. ubi Dd. de fideiuſſ. Fely. c. ea quæ. de re iud. gloſ. & Dd. l. unic. in fin. C. ut nemo inuit. Bar. l. ſi quis. num. 8. de pet. her. Alex. conſ. 103. in prin. uol. 5. e d. l. 2. §. ult. l. 3. hoc tit. f l. ſi poſt li-tem. 13. l. fundum. 16. cum ll. ſeq. l. rei. 21. h. tit. §. præiudiciales. Inſtitut. de action. g l. per minorem. 54. de iudic. h l. 1. famil. erciſc. l. 13. 16. 18. 21. h. t. i d. l. 2. §. ult. l. 3. h. t. §. appellamus. Inſtitut. eod.

ptione 2, quæ litis eſt finitæ [a], & præſcriptione tempora-li 3: quæ uel actionem qua petitur, uel rem quæ petitur, eiuſdemq́; poſſeſsionem præſcriptam intendit [b]: quam & ipſam litis eſſe finitę, hoc eſt, impedire litis ingreſſum, dúmodo incontinenti probari poſsit [c], communius receptum eſt. Item exceptione generali doli mali 4, & ſpeciali metus. Alterutro enim probato, ſubueniri contra actionem æquum eſt, ne quis ex dolo uel ui, delicto'ue ſuo lucretur, cum alterius iniuria [d]. Excludit etiam actionem exceptio intentionis [e], Tibi non competit actio 5: quæ etiam putatur litis eſſe finitæ [f], deniq; rei litigioſæ 6: quæ exceptio petenti poſſeſsionem rei, quam ſciens eſſe litigioſam, hoc eſt, de qua iudicialiter litigaretur [g], contra leges [h] emerit, uel pignori acceperit, rectè obijcitur. Quanquam enim ipſo iure, præſertim ueteri, ualet eius alienatio [i], eoq́; tenet eàm petentis actio: tamen hac exceptione excluditur: cum non rem cõſequi, ſed pœnam dupli [k] luere tam alienãtem [l], quàm ſcienter accipientem [m] res litis pendentis [n], lex uelit: atque alię id genus exceptiones innumeræ, quas impetrato iudicio, formulis actionum, quæ aliàs purè ex obligationibus 7 dabantur, adijcere prætor uelut per conditionem ſolebat [o]: hoc fermè modo: Niſi paret dolo malo, &c. Extra quam ſi pactum, tráſactum, iudicatum ſit [p], &c.

2. De exceptiõe rei iudicatæ.

3. De diuerſis & tẽporalibus præſcript. & acceſs. hoc eſt, cõiunctionibus poſſeſſionum: ut Cuia. legit in prin. tract. de diuerſ. temp. præſcr.

4. De doli mali & metus exceptione.

5. Quarũ rerũ actio nõ datur.

6. De litigioſis.

7. De obligationib. & action.

a g. 1. de lit. cõteſt. in 6.

b de hac in c. 1. uerb. finita. de lit. conteſtat. lib. 6. Soc. ca. 1. de lit. conteſt. Blanc. trac. de cõprom. parte 4. de excep. impedientibus litis ingreßũ.

c Bart. l. ult. pro ſuo. Dd. d. c. 1. de lit. conteſ. in 6. Blanc. præall. loc.

d l. 4. ii. & paßim hoc tit. & 3. de dol. ma. & quod metus cauſ. §. 1. 2. Inſti. de except.

e uide Soc. in l. 1. & rubr. hoc tit.

f Phil. Fran. d. c. 1. de lit. conteſt. in 6. & Blanc. præal. loc.

g Auth. litigioſa. l. 2. C. de litigioſ.

DIGESTORVM
PARS SEPTIMA.
LIBER XLV.

ET HACTENVS quidem de ciuilibus iudicijs, hoc eſt, actionibus & exceptionibus omnium conuentionum & rerum ciuilium: quæ iam rectè ſtipulationum nexu, quaſi faſciculo quodã 1 cõcluduntur. Hæ enim cęterarum firmãdarum obligationum [a] cauſa inuẽtę ſunt, & nouiſsima negociorũ parte ſubijci ſolẽt [b], nõ ſolũ à ſtipulátib. 2 reis, tam

1. De uerborũ obligationib.

2. De duobus reis ſtipulandi.

b uide Cod. & in Authent. de litigioſ. & de aliena. iud. mutan. cauſ. fact. ff. C. cx. ubi Panor. i l. Iulianus. 17. in fi. cum l. ſeq. de rei uendicat. uide Panor. c. unic. de aliena. iud. mut. cauſ. k l. ult. h. t. l d. l. ult. h. t. m l. ult. C. eo. tit. n l. 2. C. eo. o l. exceptio. 22. 3. de excep. ubi dixi. p l. 7. de cond. inſtit. l. ex cõtractu. 44. de re iudic. l. inter quos. 39. §. penul. de dam. infec. l. 2. §. 1. l. 4. §. item. 8. §. Labeo. 14. de dol. except.

a l. 5. h. t. l. 4. de uſur. Inſt. de uer. obl. in prin. b l. iuriſgentium. 7. §. quod ferè. 5. de pac.

3. De ſtipulatione ſeruorũ.

tam liberis quàm 3 ſeruis (nam & his ut reliqui cõtractus communes ſunt[a]) ſed etiam ab eorùm fideiuſſoribus, qui alienam obligationem fide ſua eſſe iubent[b], & mandatoribus, quorum mandato & ea re periculo creditur[c].

a l. an inutilis. 3. §. ult. de acceptil.
b l. quamuis. 8. ad Velle. uide Inſt. de fideiuſſ.
c l. ſi uerò. 12. mand. in Authent. de fideiuſſor. in princ.

LIBER XLVI.

INterponuntur autem in contractibus ſtipulationes, uel firmandæ, uel nouandæ, uel delegandæ, uel ſoluendæ etiam, acceptumq; ferẽdæ obligationis cauſa: quo fine ſtipulationes inductæ ſunt [a] conuentionales [b]. Firmatur obligatio per ſtipulationem [c] fideiuſſoriam 1. nec enim niſi ſtipulatione contrahitur fideiuſsio [d]: & munit ea obligationem: cum hac alter alterius contractum periculo fideq; ſua eſſe iubeat [e]: ſic ut non tantùm principalem debitorem ex principali, ſed etiã fideiuſſores ex hac acceſſoria conuentione creditor appellare poſsit [f]. Nouatur porrò obligatio 2, hoc eſt, in nouam transfunditur [g], per ſubſequentem quidem ſtipulationem eadem de re factam [h], ſi hoc actum ſit [i]: per delegationem uerò (quæ & ipſa fit ſtipulatione interpoſita [k], aliũq; ſupponit reum [l]) indiſtinctè [m]. Soluitur 3 autem uel naturaliter per numerationem [n], uel ciuiliter per acceptilationem 4 ſeu Aquilianam ſtipulationem [o]. Cæterùm quod magis ad hunc actionum tractatum pertinet, interponitur nonnũquam ſtipulatio confirmandi nedum contractus, ſed etiam iudicij gratia [p]: cuiuſmodi ſunt ſtipulationes prætoriæ 5, rem pupilli quæ agitur ſaluam fore 6, ſicut ex tutela eſſe oportet [q]: quam præſtant tutores & curatores legitimi, uel ſine inquiſitione dati, teſtamentarij non æquè [r]. Item iudicatum [s] à reo ſolui 7: cuius tres ſunt clauſulæ [t]: una de re arbitrio boni uiri defendenda [u]: altera de re iudicata ſoluenda [x]: tertia de dolo malo, ſeu dolum malum abfuturum eſſe [y]. qua abſq; cautione nemo alienæ rei defenſor idoneus eſſe intelligitur [z]. Item rem quæ agatur ab actoris domino, ratam haberi, ſeu de ratihabitione 8: quomodo agẽtis procurator cauet, ſi quãdo non ſatis de mãdato constat:

1. De fideiuſſorib. & mandatoribus.
2. De nouat. & delegat.
3. De ſolutionibus.
4. De acceptilationibus.
5. De prætorijs ſtipulationibus.
6. Rẽ pupilli ſaluã fore.
7. Iudicatum ſolui.
8. Rẽ ratam haberi, & de ratihabitione.

a l. 1. de præt. ſtip. in prin. Inſt. de uerbor. oblig.
b l. 5. ff. eo. tit. §. 1. Inſtit. de diuiſ. ſtip.
c l. blanditus. 12. C. de fideiuſſ.
d d. l. blanditus. 12. C. eo.
e l. 1. §. ſed aut. de oblig.
f uide paßim C. eod. præſertim in Authent. præſente.
g l. 1. de noua.
h l. 1. C. eod.
i l. ult. C. de noua. ubi omnino uide Salic.
k l. 1. C. de nouat. & delegat.
l l. delegare. 11. de nouat
m l. 2. C. de nouat. Bart. num. 19. Iaſ. num. 38. l. ſingularis. ſi cert. peta. Dec. conſ. 421. numer. 16. Alexan. conſil. 173. num. 2. uolum. 2.
n §. 1. Inſt. quibus mod. toll. oblig.
o §. 2. Inſtit. eod. ubi dixi.
p d. l. 5. l. 1. 2. de prætor. ſtip. & Inſtit. eo.
q l. 9. 10. 11. hoc tit.
r l. 7. hoc tit.
s Cuiac. obſ. lib. 10. c. 29.
t l. 6. hoc tit.
u l. 9. hoc tit.
x l. 9. hoc tit.
y d. l. 6.
z l. unic. C. de ſatiſd. §. 2. Inſt. eo. l. qui proprio. 46. §. 2. l. non uidetur. 53. de procur.

conſtat[a]: etiam maritus, qui pro uxore[b], coniunctaque perſona, quæ nomine propinqui abſq; ullo mandato iudicium ſuſcipit[c].

LIBER XLVII.

ABſolutis ciuilibus iudicijs, reſtant ex prima diuiſione criminalia & fiſcalia[a]. Criminalia aut priuata ſunt, aut publica[b]: hoc eſt, uel de priuatis delictis 1, uel de publicis criminibus inſtituuntur. delictum enim priuatam noxam[c], crimen publicá ſignificat[d]. Priuata delicta ad priuatorũ[e], publica crimina ad reipub. iniuriam & uindictam[f] pertinent. De priuatis, ſicut & de publicis, aut ordine, aut extra ordinem agitur[g]. Ordine, ad certam pœnam pecuniariam parti[h] applicandam[i]: ut de furto 2., quod eſt contrectatio rei alienæ frauduloſa, animo lucranti facta[k]. nec tam in quãtitate rei, quàm affectu furandi cõſideratur[l]. De hoc agitur nec manifeſto ad duplum, de manifeſto ad quadruplũ, in furem[m]: de tigno alieno (quod nomẽ omnem materiá ſignificat[n]) furtiuè ędibus uineisq; iniũcto 3 in duplum, etiam cõtra non furem[o]: de fundo domeſtico 4 in hæreditate, naui, caupona, ſtabulo 5, uel aliàs à familia cõmiſſo 6, in duplũ item[p]: niſi noxæ deditio fiat[q]: de arboribus furtim cęſis 7, in duplum[r]: de bonis per uim 8 raptis, in quadruplum[s]. quod ſcelus furto grauius eſſe creditur[t]. cui ſimile eſt, cum res fortuitu inuentæ doloſè celantur ac retinentur[u]. de damno in turba dato, in duplum[x]: de raptis in tumultu incendij, ruinæ, naufragij 9, in quadruplum[y], intra annum: poſt annum, in ſimplum: ut & ſuperiores[z], atque aliæ id genus prætoriæ[a]. exceptis furti actionib. quę perpetuæ ſunt[b], quia ciuiles[c]. Item annalis[d] de iniurijs 10 ad uin-

1. De priuatis delictis.
2. De furtis.
3. De tigno iniuncto.
4. Si qui teſtam. liber eſſe iuſſus, &c.
5. Furti aduerſus nautas, caup. ſtabul.
6. Si familia furtum feciſſe dicatur.
7. Arborũ furtim cæſarum.
8. Vi bonorum raptorum.
9. De incendio, ruina, naufragio.
10. De iniurijs famoſis.

a §. ſin autem. 4. Inſtit. de ſatiſda. l. nõ ſolùm. 39. §. 1. de proc. uide gloſſ. & Dd. c. 1. extrà eod. tit.
b l. maritus. 21. C. de proc.
c l. exigendi. 11. C. eo. tit. l. ſed & hæ. 35. D. eod.

a l. 1. §. 1. de calum.
b l. ult. C. ubi ſenatores.
c l. quid ſit. 17. §. quod aiunt. 16. de ædil. edic.
d d. §. quod aiunt. l. trãſigere. C. de tranſact.
e l. locatio. 9. §. quod illicitè. de publica. l. ult. de priua.
f l. 1. j. de public. iud. ubi dixi.
g l. ult. h. t.
i 2. Petr. 2. in prin. k c. ita. ubi gl. uerb. & ſuper hanc petram. diſt. 19. l c. ſchiſma. 24. q. 1. c. ult. diſt. 37. m c. inter. c. hæreſis. 29. q. 3. n c. dixit. 24. q. 3. c. accuſatus. de hær. in 6. Cle. 1. §. porrò. de ſum. Trinit. Cle. unic. §. pen. de uſur. Archid. d. c. hæreſis.

o l. 4. C. eo. tit. p Nou. 144. ubi ſabbata illis exprobrantur. Cuia. Nou. 129. de Samarit.

ſimiles[a]:item qui ſacrũ baptiſma more Donatiſtarum iterant 9:apoſtatę 10,qui prorſus à fide Chriſtiana deſciſcũt, & in aduerſaria omnia tranſeunt: & his ſimiles,qui ſignũ, hoc eſt, crucem Chriſti[b], in contumeliam Chriſtianæ religionis, ut conculcetur, humi ſaxis deſculpunt 11: uelut etiamnum aiunt Saracenos, tráſfugientibus ad ſua caſtra apoſtatis,in calcaneo ſignum inurere crucis, contumeliæ huius ergò, ut perpetuò conculcetur: cui non tam commiſſo per ſe impio, quàm iniuriæ ſeu iniuriandi animo, unde facta pendũtur[c], pio bonorum principum zelo obuiam fuiſſe olim itum[d], docẽt hiſtoriæ Cæſaris Tiberij II. & à Paulo Diacono quæ in literas hac de re ſunt relata. Item Iudæi 12,& qui Iudaica etiam ſuperſtitione laborãt[e] Cælicolæ: inauditi nominis[f], nouæq; ſuperſtitionis[g] fanatici:quibus id maximum fuiſſe ſtudiũ uidetur, ut quàm plurimos à Chriſtianiſmo ad circumciſionem & furores attraherent ſuos[h]. Quo conſilio quoniam mancipia Chriſtiana emere, & malè ni fidem eiurarẽt tractare, atq; adeò etiam circumcidere (quod legibus interdicitur[i]) conſueuerunt[k]: ideo prohibitum eſt[l], ne Chriſtianũ mancipium hæreticus,paganus, aut Iudæus (quo nomine etiam Cælicolæ cõprehenduntur) uel poſsideat,uel circumcidat 13. His annumerandi ſunt & pagani:qui palàm,ex inueterato gentilium more,ſacra dijs gentiũ & idolis faciunt 14:quorum templa Conſtantinus Magnus, qui ueneranda Chriſtianorum fide Romanũ muniuit imperium[m], claudi primùm iuſsit[n]. Pagani,à pagis quos incolunt, dicti: hi uerò ἀπὸ τῶν κωμῶν,quibus uillæ plerunq; adiacẽt[o]: ſunt ergo pagani,qui pagos & rura colunt,neq; militant. Nam ne agricultura impediretur,non ex uillis,ſed oppidis milites legi ſolent[p]:eoq; in iure pagani militibus opponũtur[q]. Quia autem hoc genus hominum, utpote ſolitariũ & agris addictũ,rude ferè eſt[r], ac ſuperſtitioſum, & fortè difficilius ſeriusq; ad Chriſtianam religionem perduci potuit: ideo receptum eſt,eos qui ſacrificia idololatrica, & multitudinem deorum gentilium colerent, paganos appellari: niſi quis malit,ad differentiam eorum,qui Chriſtianæ militiæ nomẽ dederunt, paganos eſſe dictos: quos & aliàs in iure

P 3 militibus

9. Ne ſacr. baptiſ. iter.

10. De apoſtatis.

11. Nemini licere ſignũ ſaluatoris Chriſti humi uel in ſilice uel in marmore ſculpere aut pingere.

12. De Iudæ.& Cælicolis.

13. Ne Chriſtianum mancipiũ hæreticus uel paga. aut Iudęus poſsid. uel circumcidat.

14. De ſacrificijs paganorum & templis eorum.

a l.penul.§. de hæretic.

b Matt. 24. ſignum filij, & in hiſtoria Conſtantini ac Caroli,magnorum.

c l.1.de iniur. l. qui iniuriæ. 55. de furt.

d uid.c.ſi canonici. de off. ordin. in 6.

e l.Cælicolarum.11. C. hoc tit.

f d.l.Cælicolarum.

g d.l.Cælicolarum.19.C. Theodoſ. de Iudæ.

h l.2.hoc tit.d. l.Cælicolarum.19.

i l.circumcidere.11. ff. ad l.Cornel. de ſica.

k d.l.2.h. tit. d.l.19. C. Theodoſ. de Iudæ.

l l.2.hoc tit.

m l.5.inf. de natur.lib.

n l.1.h.t. o uide Seruium. p inf.qui milit.lib.12.& de agric.& cenſ.lib.11. Zaſius in trac.ſubſtit.cap.5. q §.1.Inſtit. de milita. teſta.l. im noſtrum. 7. de reg. iur. ubi uide Monta.l.ſi ignorans.5.locat.t.tit.de milit.teſtam. r l.ult.C.de teſta.l.pen.de iur.& fact. igno.l.ſi quis id.8.de iuriſd..

militibus opponi diximus. De harum itaq; ſectarum cauſa, pœnis & extirpatione, in tractatu iuriſdictionis & audientiæ Eccleſiaſticæ ordine pertractatur: ut & de ijs qui ad Eccleſias confugiunt, uel exclamando eius opem implorát 15: quos ab Eccleſia extrahi, eiusq; patrocinio ſubduci, nefas putatur [a]. Item de his qui in Eccleſia manumittuntur 16: quod uſuueniebat ijs, qui ex poteſtate dominorum, ethnicorum aut Iudæorum, ad Eccleſiam fugientes Chriſtianiſmum profitebantur [b]: quorũ cauſa multis modis in fauorem Eccleſiæ priuilegiata, & ab iniurijs oppreſſionibusq; defenſa pertinet ad utrumq; genus audientiæ Eccleſiaſticæ: nempe ad δίκην τῶν ἐγκλημάτων, καὶ ἀναίρεσιν τῶν ἀδικημάτων. Et hactenus quidẽ duę partes iuris publici ſunt expeditæ: quarum altera ad ſacra, altera ad ſacerdotes refertur. Sequitur tertia, quę legibus & magiſtratibus eſt deſtinata. Lex, mutus magiſtratus: contrà, magiſtratus uiua lex eſt [c]. Sed quia lex, uelut diuina ratio [d], prior eſt ordine & dignitate, cuius quaſi executor eſt magiſtratus [e]: ideo prius de legibus agitur: quarũ ſpecies hodie quidẽ in iure Rom. libriſq; noſtris ſunt, conſtitutiones principũ, decreta, edicta 17, mandata 18, Senatuſcõſulta 19: quæ cũ à principe oratione ad Senatum habita perſuaſa ſunt, orationes etiá dicuntur [f]. Conſtitutio etenim generali nomine Ius omne comprehendit, quod à Principe cõſtituitur: Græcè eodẽ modo διάταξις, ſeu διατύπωσις. Edictũ differt à decreto: hoc enim à decernẽdo, id eſt, iudicãdo deriuatur, eſtq; Principis ſentẽtia, de re cõtrouerſa inter litigatores dicta: quę poſtea ius facit generale in caſibus ſimilibus [g]. Edictũ ab edicendo ſeu prædicendo eſt: ſignificatq; ius generale, quod ſine cõplexu circumſtãtiaq; perſonarũ & cauſarum præſentiũ, Princeps motu proprio [h] in futurũ, & ut in futuris negocijs ualeat, ad ſubditorũ utilitatem facit [i]. Mandatum denotat diplomata, iuſſa [k], & epiſtolas principũ, ad ordinandá prouinciarũ adminiſtrationẽ potiſſimùm pertinentes [l]: de quibus conſulendus eſt Theophilus [m]. Nec modò Imperatorũ conſtitutiones, ſed etiá I.C. reſponſa in Pandectas relata, legis ſpecies hodie ſunt: quia Iuſtinianus uim conſtitutionum [n] ea habere uoluit 20: ut hæc, perinde

15. De ijs qui ad Eccleſ. confugiũt uel exclamãt, & ne quis ab Eccleſ. extrahatur.

16. De his qui in Eccleſ. manumittuntur.

17. De legibus & conſt. Principum & edictis.

18. De mãdat. Principum.

19. De Senatuſconſultis.

20. De uet. iur. enucleando, & de author. Iuriſp. qui in Digeſt. leguntur.

a c. eos. et paſſim. diſt. 87.

b c. fraternitatem. 16. diſt. 54.

c l. nam & ipſum. 8. ff. de iuſt. & iur.

d l. 2. de legib.

e d. l. nam & ipſum. 8.

f l. unic. C. de mãd. princ. in Auth. eo. tit. l. prohibitum. 5. C. de iur. fiſc. lib. 10.

g l. 2. 3. ult. hoc tit. de legib.

h De hac clauſula uide c. ſi motu proprio. 23. de præben. in 6. Felyn. & Dd. c. cauſa quæ. de teſtib. Iaſ. & Dd. l. ult. inf. ſi contr. ius uel util. pub. Pariſ. conſil. 1. num. 43. uol. 1. Chaſſ. de retract. §. 10.

i l. leges. h. tit. l. 1. de conſt. princ. §. ſed & quod principi. §. prætorum. & ibi Theoph. Inſtit. de iur. nat. &c.

k uide Nouell. 113. 114.

l l. unic. ſ. de man. princip. in Auth. eo. tit. No. 17. l. 5. de iur. fiſ. inf. lib. 10.

m §. ſed & quod principi. Inſt. de iur. nat. gent.

n l. 1. 2. inf. de uet. iur. enucl. & in proœm. Pandect.

rinde atq; alia principum edicta, nemini liceat iam ignorare 21, aut excuſationem ignorantiæ [a] huius iuris prętendere, in lucris quidem captandis [b], & indebiti condictione [c]. Eôdem referuntur & quæ ad preces oblatas, de his ſcilicet rebus de quibus ſupplicare licet 22, hoc eſt, quæ petenti prodeſſe poſſunt, alteri non nocere [d], ſupplicemq; libellum (qui uim litis conteſtatæ in annalibus prætorijs actionibus [e], quo ad perpetuationem [f] & trâſmiſsionem [g] duntaxat [h], habet 23) iuſto tempore oblatum (nam pendente lite [i], uel poſt rem iudicatam [k], nulli licet ſupplicare 24) in quo nihil cōtra ius [l] uel utilitatem fiſci [m] aut publicam [n], uel per mendacium 25 poſtuletur [o] (cæteroqui reſcripta hac fraude impetrata, ut ſubreptitia [p], nullius momenti ſunt, nec uim legis habent [q]) Principes diuerſis reſcriptis, uel pragmaticis ſanctionibus reſcribunt 26. Reſcriptum, ut nomē indicat, propriè eſt quod Cæſar de priuato negocio, petitioni precibusq; ſupplicantis, reſcribit aut reſpondet [r]: quorum reſcriptorum Codex Iuſtiniani plenus eſt: eodemq; ſacræ formæ [s], ſacri diuiniq; affatus [t], literæ, uultus, ſacræ iuſsiones, quæ tum ad iudices potiſsimùm diriguntur, [u] pertinēt. Pragmaticæ item ſanctiones, hoc eſt ordinationes, cumplurimùm non de priuatorum negocijs [x], ſed de prouinciarum, corporū, ciuitatum, ordinum & collegiorum, magiſtratuumq; ipſorum [y] cauſis, ex conſilij arcani & Iuriſprudentū, qui Auguſto aſsident, ſententia atq; deliberatione emiſſę [z]: ab eo fortè ducto nomine, quòd nō perfunctoriè, ſed pragmaticis & peritis uiris quàm pluribus in conſiliū miſsis, ſancirentur. Eſt porrò & ſupplicationis ſpecies, ad quā etiā interdū Princeps reſcribit, & q̃d ſuæ ſit ſentētiæ, oſtēdit: cū in abſentia Imperatoris,

iniuria

21. De iuris & facti ignorantia.
22. De precibus Imp. offerēdis, & de quibus rebus ſupplicare liceat.
23. Quando libellus Principi datus litis faciat conteſtationem.
24. Vt lite pendente, uel poſt prouocationē aut ſentētiam definitiuā, nulli liceat ſupplicare.
25. Si contra ius uel utilitatem publicam uel per mēdaciū fuerit aliquid poſtulatū uel imperatum.
26. De diuerſis reſcriptis, & pragmaticis ſanctionibus.

a l.2.3.l. penul.h.t. l.4.l.7.cod.
b l.2.3.h.t.
c l.cum quib. 10.h.t.
d l.7.h.t.
e l.1.2.h.t.
f l.2.h.t.
g l.1.h.t.
h uide l. libertus.15. de in ius uoc.
i No.82.113. cuius ratio, quia nouari interea nihil debet. Nou. 140.l.facult.11.C.de iur. fiſ.
k l.11.2.3.hoc tit.
l l.3.ſ.de precibus Imp.l.ult.hoc tit.c.1.ut lit.non conteſt.
m d.l.3. l.1. C. de pet. bon. ſub.
n l.ult.h.t.

o l.penul.hoc tit.l. ſi quis.29. de falſ.l.3.de Carbo. edict. p l.3.§.2. de Carb. edic.l. ſi quis.29. de falſ.l. ſi autem. 8. §. 1. de neg. geſt.l.ſed ſi. 10.§.2. de in ius uocan.l.5. §. pen. de reb.eor. Hodie ſubreptitia dicuntur, quorum ſupplicationibus abſconſa eſt ueritas: obreptitia, quibus expreſſa falſitas.l.1. ubi Bal.inf.ſi nup.ex decr.c.31.ubi Pan.num.3.c.ſuper. 20. ubi Fel.num.8. de reſcrip. q l.pen.ſ. de precib. Imper.q. off.l.2.l.ult.hoc tit. r l.ſed addes.19.§.fin.ff.loca.l.diui fratres.17.de iur.patro. Theoph.in d.§. ſed & quod principi. s No.126. Nouel.152.160.162. t l.ſacri.hoc tit.de diuer.reſ.l.ult. inf. de decur. ciuita. u No.114. No.128. in fin. x Nam aliquando de priuatis, ut de ijs exhibendis, No. 69. quanquam hoc quoq; ad remp.pertinere poteſt: ac differre à reſcriptis, oſtendit Nou. 82. y l.unic.inf.de contr.ſc.iud. z Auth.quæ in prouincia.ſ.ubi de crim.agi oport.l.ult.C. h.t.& tit.inf.de contrac.iud.uerb. ſiue pragm.ſanctione l.ult. C.de prox. ſacro. ſcrinio. lib.12.l.ult.inf.de pet.bono.ſub.lib.10.No.160.ubi ſacra pragmatica forma uocatur.

iniuria aliqua potentiorum oppreſsi, ad ſtatuas 27 & ima-
gines eiuſdem, uelut aſylum confugiunt 28, inibiq́; opem
eius ac defenſionem implorát. Et hæc quidem de legibus:
poſt quę, de magiſtratibus iuſto ordine ſubſequitur tracta
tio. Horum porrò plures ſunt claſſes atq; gradus. In ſupre-
mo Imperator ſiue Princeps, ſuperiorem non recogno-
ſcens [a]: de quo nihil neceſſe fuit edicere ſpeciatim: tùm
quòd de eius poteſtate in ſuperioribus titulis eſt actum [b]:
tum quia ut legum pater [c] legibus ſolutus eſt [d], ut de eo lę
ferri non poſsint. Poſt Auguſtum prima eſt præfecti præ-
torio dignitas [e]. Vt enim in libera Repub. ſecundum à di-
ctatore, ſummo magiſtratu, locum magiſter equitum ob-
tinebat: ita ſub Auguſtis pręfectus prætorio, qui magiſtro
equitum, ut Imperator dictatori ſuccesſit, primus à Cæſa-
re etiam ſupra Coſs. [f] haberi, numerariq́; cœpit [g]. Præto-
rium, domus & tabernaculum Principis, ſiue domi, ſiue
foris ſit, appellatur. Aſcon. ueteres, inquit, omnē magiſtra-
tum cui parêret exercitus, Prętorem appellauerunt, quòd
reliquis præiret: unde & prætoriū tabernaculum eius di-
citur: & porta prætoria, qua exire ſolet: & hodie quoq;
præfectus prætorio, itē milites prætoriani, & cohors præ-
toria. Ac ſingularis quidá eiuſmodi præfectus primùm ab
Auguſto uniuerſæ rei militari militibusq́; præfectus eſt [h].
Sed poſtea cum in uarijs prouinciarum partibus legiones
Romanæ ad arcēdos hoſtes excubarent: plures progreſſu
temporum creati ſunt [i]: & ſingulis prouinciæ maiores ſeu
diœceſes (quæ Græca uox adminiſtrationem prouinciæ,
atq; adeò prouinciam ipſam cui adminiſtratio adiūcta eſt,
ſignificat [k]) cum ſummo imperio attributæ. Hinc pręfecti
pretorio Orientis, & Illyrici 29, & Aphricæ 30: de quorum
officio & dignitate, ordine diſputatur. Vt enim per tres
orbis partes, Aſiam, Europam, Aphricam, propagatū erat
imperium Romanum, & in limitibus earundē, copiæ mi-
litares, excubias contra hoſtes agebant: ita tres conſtituti
ſunt præfecti prætorio: quorum alter in Europa, nempe
in Illyrico, ubi à Dacis, Pannonijs & Germanis maximum
imperio periculū imminebat: alter in Aphrica, cōtra Mau-
ros & Aethiopas, item Piratas: tertius in Oriente, hoc eſt,
Aſia & Syria, aduerſus irrumpentes Perſas, ſalutē publi-
cam tutaretur. Hodie in regno Galliæ ſimilem ferè digni-
tatem ſuſtinet is, quem corruptè Conneſtablum, hoc eſt
comitem ſtabuli, ſeu Magiſtrum equitum regis appellát [l].
In Im-

a Aluar. & Dd. in c.1. quis dica. dux, Marchio.
b l.1. l.4. & paſsim. ſup. de leg. & de diuerſ. reſcrip.
c §.ult. in Authen. de inceſt. nupt.
d d.l. princeps. ff. de legib.
e Caſsiodo. lib.6. epiſto.
f in Auth. de conſultat. Nouell. 62.
g l.1. de off. præfect. præto.
h Sueton. in eius uita. Dion lib.55.
i Nouell. 70. de decurionib.
k Cic. ad Att. & in epiſt. famil.
l l.1. ij. de ſchol. Com. lib.12.

27. De ſtatuis & imaginib.
28. De his qui ad ſtatuas confugiunt.
29. De off. præfec. prætorio Orientis & Illyrici.
30. De off. præfect. prætorio Aphricæ, & de omni eiuſd. diœceſeos ſtatu.

In Imperio uerò Camera Imperialis[a] & ſeptē Electores, præfecti prætorio uideri poſſunt: certè iura, officia, dignitatemq́; horum uſurpant[b]. Sicut autem præfecti prætorio foris & militiæ, ſic domi & in urbe, primo ab Imperatore loco, præfectus urbis Rempub. adminiſtrabat 31. Sub his alij inferiore gradu extitêre magiſtratus: quorum certa & definita, magisq́; reſtricta conſtitutionibus ſunt officia: ut officium Magiſtrorum militum 32, qui ſub præfectis prætorio erant[c], & in ſingulis particularibus prouincijs quodammodo illis ſuccenturiati, diſciplinæ reiq́; militari præibant[d]: cum ad præfectum prætorio, non ſingularum tantùm prouinciarum, & militum qui in his degerent, ſed tertiæ orbis terrarum partis, inſpectio & gubernatio pertineret[e]. Item officium Quæſtorum 33: quorū alij olim domi ærario præerant: alij in prouincias cū Præſidibus mittebantur, ut legionibus pecuniam, commeatumq́; ſuppeditarent, & manubias in publicum referrent[f]. Sub Auguſtis uerò Quæſtores ſacri Palatij dicti, quos nunc Cancellarios uocamus[g] Deinde Magiſter officiorum 34: cuius erat ordinare officia militum, tribunos, centuriones, ueteranos, tyrones: eoſdemq́; in ſcholas & claſſes diſtinguere, curareq́; caſtra & tentoria, item tormenta bellica præparare: unde à Pompon Læto præfecti caſtrorum dicuntur, quòd iuſticiæ ſcilicet diſtributiuæ in caſtris præeſſent: & alio nomine Biarcæi dicti ſunt, quòd βιαρχίαν, hoc eſt, commeatum ad uitam ſuſtentationemq́; Principis & militum (βίος enim uitam, ἀρχὸς principē ſignificat) procurarent[h]. Item officium comitis ſacrarum largitionū 35: quem recipiendis erogandisq́; muneribus, quę Princeps uel accipit uel largitur, item ſtipendijs, attributisq́; (hoc eſt, aſsignatis & attributis in ſtipendia pecunijs) dandis ac recipiendis, in uniuerſum prę fuiſſe intelligi licet[i]. Comites autem olim dicebantur in genere, omnes maiorū magiſtratuum aſſeſſores, conſiliarij & adminiſtri[k]: quòd eos in prouincias conſilij operæq́; dandæ cauſa comitarentur[l]: poſtea ſub Auguſtis, ij qui cū officio & poteſtate Imperatori apparerent, & præſtò eſſent, Comites dicti ſunt: quòd Principem, eiusq́; aulam comitarentur. Quam dignitatem primò Conſtantinus adminiſtris atq; amicis ſuis contuliſſe

31. De offic. præf. urbi.
32. De offic. magiſtri militum.
33. De officio quæſtoris.
34. De off. magiſtri officiorū.
35. De offic. comitis ſacrarum largitionum.

a Mynſing. obſ. 42. cēt. 1.
b uide Goden. in primis cō ſilijs.
c l. 4. h. t.
d l. fin. h. t.
e l. raptores. 41. uerſic. ſin autem. ī. de Epiſ. & cleric.
f Aſcon. in 3. Verr. l. 2. de orig. iur.
g l. 1. 2. h. t. l. 12. inf. de prox. ſacr. ſcrin. l. ult. de diſcuſſo. lib. 11. l. 2. de petit. bon. lib. 10. No. 11. de refe rendaſacri pala.
h l. 1. uerb. biarchiam. h. t.
i ex l. 1. h. t. tot. tit. j. de canon. largit. lib. 10.
k l. Senatuſconſulto. 16. de off. præſ. l. adminiſtrantes. de exc. tut. l. 4. de off. aſſeſſ. l. legato. 12. §. 7. de uacat. mun. l. 1. §. ſed etſi comites. de uar. & extr. cognit. l. non ſolùm. 10. §. pen. de excuſat. tuto. l. 2. l. ult. de off. aſſeſſ. l. 2. 3. C. eod. uide Cuiac. obſer. lib. 7. c. 21. lib. 8. cap. 21. lib. 9. c. 10.
l l. item. 15. §. comitem. de iniur.

q perhi

perhibetur: ut cui maximo ſtudio fuit, quauis ſuos ratione prouehere atq; ornare [a]: quæ certè uirtus Principẽ in primis decet [b], maximeq́; ad animorum conciliationem & promeredã ſtudia ualet. Præterea officium Comitis rerum priuatarũ, ſacri palatij, ſacriq́; patrimonij 36: ſic enim in Norico & ueteri exemplari rectè legitur, ſub eodem titulo [c], cum unum fuerit officium huius Comitis: nempe præeſſe palatio & patrimonio, ac rationibus rei priuatæ Principis: non fiſcalis aut publicæ. Item officium proconſulis, qui proconſulari, & ampliore quàm reliqui præſides authoritate populi prouincias obtinebant [d], & illius legati 37, quem illi uelut adminiſtrũ, actionumq́; inſpectorem unũ plures'ue Senatus adiungebat [e], de quo plura in Pandectis: Comitiſq; Orientis 38, hoc eſt, qui agebat procuratorem rerũ priuatarum & patrimonij Cæſaris in Oriente. Officium præfecti Auguſtalis 39 Aegypto propoſiti [f] uicarijq́; 40, qui uice præfectorũ cauſis ciuilibus audiendis defungebatur: prætorum 41 (quo nomine nõ tantùm urbani, ſed & prouinciales magiſtratus, qui pro tribunali inſtar urbici prętoris ius dicunt, hic ſignificãtur [g]) deniq;, & rectoris prouinciæ 42: quacunq; tandem cum poteſtate à Principe ſit amandatus, aut quocunq; etiam nomine appelletur. Qua in parte illud tamen cautũ eſt, ut nulli patriæ ſuæ adminiſtratio, ſine ſpeciali Imp. diplomate & ex certa ſcientia permittatur: propterea quòd affectio naturalis [h], ſuſpicionem nonnullam facit, patriæ potius quàm rerum Principis, eiuſmodi rectorem ſtudioſum fore. Præfectum autẽ uigilum 43, qui prætor ſubinde plebis dictus eſt [i], nõ ordinarium eſſe magiſtratum, ſed huius uice extra ordinem, hoc eſt noctu [k] ius dixiſſe, alibi [l] planũ fecimus. Et hi quidem magiſtratus reipub. curam publicam ſuſtinebant. Iudicia porrò priuata, poſtquam prætorum poteſtas ſub Auguſtis exoleuit, domi foriſq; iudices tã ciuiles 44 quàm militares 45 exercuerunt: in quibus ſunt Comites & Tribuni rei militaris 46: qui ſcilicet tanquã uicarij magiſtrorum militum, audiendis ſingulorum cauſis iuriſdictionem abſoluunt: quorum officia minora eſſe, ex eo ſciri poteſt, quòd his priuata balnea præſtare, aut hoc nomine adærationem, id eſt, æſtimationem pecuniariam municipia pẽdere non coguntur: quæ tamen lauacra illuſtribus & ſuperioribus illis magiſtratibus debentur [m]. Itẽ alij prouinciarum iudices 47, quomodocunq; tandem nominentur.

a uide j. lib. 12.
b uide Iaſ. & Dd. in l. pactum curatoris. C. de pact.
c uide Ruffard. ad hos tit.
d dixi ad tit. ff. eod.
e uide quæ poſui D. eo.
f l. 1. & tot. tit. ff. eod.
g l. 1. 3. de alie. iud. mut. l. patri. de minor. l. in hæredem. de dol. ma.
h l. 2. de iuſtic. & iur. Cic. lib. 1. Officio.
i No. 13. ubi Cuiac.
k cum alij interdict. d. l. 2. §. capta. de orig. iur. §. ſed[?]ant. in Auth. de iud. l. non minorem. in fin. ubi Dd. C. de tranſac.
l ad tit. ff. eo. l. 2. §. capta. 17. de orig. iur.
m l. 3. : h. t.

36. De off. com. rei priuatæ, ſacri palatij, ſacriq́; patrimonij.
37. De off. proconſ. & legati.
38. De off. comitis Orientis.
39. De officio præfec. Auguſtalis.
40. De officio uicarij.
41. De officio prætorum.
42. De off. rectoris prouinciæ, & ut nulli patriæ ſuæ adminiſtratio ſine ſpeciali permiſſu principis permittatur.
43. De officio præf. uigilum.
44. De officio ciuil. iudicum.
45. De officio milita. iudicum.
46. Ne rei militaris comitibus uel tribunis lauacra præſtentur.
47. De off. diuerſorũ iudicum.

tur: qui ſiue ſint ciuiles, ſiue militares [a], poſt adminiſtrationem depoſitã, quinquaginta dies in ciuitatibus & prouincijs, ubi adminiſtrarunt, permanere, & ſe ſiſtere cuilibet ad reddendam geſtus rationem [b], ſi fortè repoſcatur, aut ni faciant, læſo damnum, quantum iurauerit, reſarcire [c] debent 48: unde iura ſyndicatus [d], quorum nunc eſt uſus, hoc eſt, accuſationes eorũ qui in officio malè uerſati ſunt [e], dimanarunt: quæ tam uia accuſationis ordinaria [f], quàm per inquiſitionẽ [g] officio iudicis inſtitutã, intra 50. à depoſita functione [h] dies [i], non pòſt [k], contra magiſtratũ qui deliquit, exerceri poſſunt [l]. His addãtur & illi, quamuis dignitate & officio inferiores, qui uicem alicuius iudicis, hoc eſt magiſtratus [m], puta præſidis [n], prætoris [o] obtinent 49, & in Iure noſtro pedanei iudices ſeruatores, uicarij, locum tenentes [p] appellantur [q]: item aſſeſſores domeſtici, & iudicum cancellarij 50. Aſſeſſores ſunt, qui aſsident ius dicenti in litibus diſceptandis, conſilij duntaxat ſubminiſtrandi cauſa [r], unde & cõſiliarij dicti [s]: quibus ea re notio [t] tantùm & examinatio [u] cauſę, non etiã definitio & iuriſdictio cõmittebatur [x]: aliter quàm iudicibus pedaneis [y], penes quos tanquã uicarios [z] legatosq́; [a] prę ſidum, tota diſceptatio rei, non ſolùm notio, neq; tantùm iuriſdictio, ſed mixtum etiã imperium erat [b]. Vt nõ mirum ſit, de his tam in Codice [c] quàm Pandectis [d], diuerſo ab aſſeſſoribus titulo agi, cũ diuerſæ fuerint functiones: etiamſi Alciatus [e] cõtradicat. Domeſtici, qui magiſtratibus apparẽt, & domi ac foris ubiq; præſtò ſunt: ut apparitores, ſcribæ, &c. Cãcellarij, qui iudicibus libellos ſupplicatorios & literas offerũt, ac legũt, & acta iudiciorũ cõſcribunt [f]: unde & Actuarij [g] dicũtur plurali numero: quia duo [h] cum mini-

48. Vt omnes iudices, tã ciuiles quàm militar. poſt adminiſtrationem depoſitã quinquag. dies in ciuitatibus uel certis locis permaneant.

49. De off. eius qui uicem alicuius iudicis obtinet.

50. De aſſeſſoribus, & domeſticis, & cancellarijs iudicum.

a No. 128. §. ult. & ſ. de off. ciuil. de off. mil. iud.
b Nou. 128. §. ult. & No. 95. No. 86.
c d. Nou. 128. §. ult.
d l. 4. §. 1. ubi Bald. de off. proconſ. uide Par. de Put. de ſynd. Iaſ. & Dd. hic.
e uide Par. de Put. in trac. ſyndicat.
f d. l. unic. hoc tit. §. 1. ut iud. ſine quo. ſuf. in Auth.
g Bal. l. 4. §. 1. nu. 4. de off. procoſ.
h Bal. d. §. 1. num. 1.
i d. l. unic. hoc tit.
k Bald. ibid. num. 5. per l. Titio. inf. qui accuſ.
l uid. de his Bald. præall. lo. Par. de Put. & reliquos ſyndicatores in tract. de ſynd.
m ſ. de offic. ciuil. iudic. & de offic. diuer. iudic. ut om. iudic.
n h. t. l. 2. 3. ult. inf. de pedan. iudic.
o l. 3. ne quis eum qui in ius uoca.
p No. 134. 128.
q t. tit. j. de peda. iudicib. d. l. 3. ne quis eum. l. pen. ubi Alciat. ſ. de pact.
r No. 60. l. 2. h. t.
s l. 5. de off. aſſeſſo. l. 1. l. 3. hoc eod.
t l. 5. de re iudica.
u §. iudices. in Auth. de iudicib.
x l. 2. h. t. de off. aſſeſ. No. 60. cap. ult.
y l. 2. ſ. de off. eius qui uic. iudic.
z ſ. de off. uica.
a l. 4. de off. proconſ.
b l. 1. 2. ſ. de off. eius qui uice alic. iud. l. penult. l. ult. de off. eius cui mand. eſt iuriſd.
c ſ. de off. eius qui uic. & j. de peda. iud.
d de off. eius cui mand. iuriſd.
e in l. pen. uerſ. omnes. ſ. de pact. & Parer. lib. 1. cap. 41. Paradox. lib. 2. cap. 2.
f c. quoniã. 11. de probat. c. ad audientiam. 13. de præſcrip. No. 15. de defenſ. ciuita. §. deinde. 4. et de iudicib. §. his qui cauſas.
g l. actuarij. l. pen. inf. de eroga. mil. anno. l. actuarios. C. de nu. & act. l. 3. C. de diuer. off.
h l. ubi numerus. de teſtib.

mùm adhibentur [a]. Cancellarij autem uel ex eo quòd ſcripta cancellent atq; emendent, uel à cancellis officiorum ſeu conclauium, in quibus officium ſuum exercent. Hæc enim loca cancellis diſtincta eſſe ſolẽt, ut & adiri compellariq; facilè actuarij poſſent, & tamen epiſtolæ atq; acta ab iniurijs adeuntium tuta eſſent. Cæterùm hodie Cancellarij nomen non pro ſcriba, ſed ſcribarum magiſtro atq; epiſcopo, & quæſtore ſacri palatij, uſurpari diximus [b]. His autem omnibus ſicuti annona 51, hoc eſt uictus, expenſæ [c], &c. item loco ſalarij capitus, hoc eſt, certa pecunia, in ſingula officij atq; officialium miniſtrorumq; capita, de publico diſpenſatur [d]: ita contrà rectè ſancitum eſt, ut his ſtipendijs ipſi, eorumq; domeſtici & apparitores, contenti ſint [e]: & donationibus ac muneribus, atq; etiam cõtractibus & ædificationibus, tẽpore adminiſtrationis, niſi pragmatica ſanctione aliud permittatur, abſtineant 52: nec mulctas, præterquam lex permittit, ultraq; præſcriptam quantitatem, exigant 53: pręcipuè defenſores ciuitatũ 54, qui non ex decurionibus [f], ſed ex plebe ad inſtar tribunorum olim plebis eliguntur, ut parentis uicem uulgo exhibeant, & tenuiores cõtra potentum uim atq; gratiã tueantur [g]: quapropter defenſores etiam perhibentur [h] plebis: nec æquè ius mulctandi [i], iuriſdictionem [k] tamen habent, cum locũ præſidis obtineant [l], qui eſt ἄρχων ἀρχόντων in prouincijs: atq; ad ἐκδικίαν, & (ut nomen indicio eſt) ad defenſionem conſtituantur, ut intercedãt uelut olim tribuni iniuſtæ magiſtratuum uindictæ [m]: nõ ut ipſi tamen uindicent atq; puniant, uel de delictis (nã de pecunijs quadantenus permiſſum eſt [n] aliquid arbitratu ſuo) ſtatuant [o]. Itẽ magiſtratus municipales 55, qui ex decurionibus creari ſolent [p]: & iuridicus Alexandriæ 56, de quo alibi eſt dictum [q]. Et hæc quidem de iure publico, quod ad ſacra, ſacerdotes, leges, & magiſtratus, legũ executores & cuſtodes, pertinet, in primo Codicis libro proferuntur.

LIBER II.

ABſoluto hunc ad modum omni iure ſacrorum, ſacerdotum & magiſtratuum publico [a] Imperij Romani (huius enim unius ius omne libris hiſce exhibetur) Imperator ad ius priuatum opportunè tranſit.

Quod

51. De annonis & capitatione admini ſtrantium uel aſſeſſorum, alioru'ue publicas ſolicitudines gerẽtium, & eorum qui aliquas conſecuti ſunt dignitates.

52. De contractibus iudicum, uel eorum qui ſunt circa eos, & inhibendis donationibus circa eos faciendis, & ne admin. tempore ædificent ſine pragm. ſanct.

53. De modo mulctarum, quę à iudicibus infliguntur.

54. De defenſoribus ciuitatum.

55. De magiſtratibus municipalibus.

56. De offic. iurid. Alexandriæ.

a d. c. quoniã. uerb. duos uiros. d. §. his qui cauſ. n. glo. d. §. deinde.
b ſ. de off. quæſtor.
c l. 2. h. t.
d l. 1. 2. & t. hoc tit.
e Luc. 3. Eſtote contenti ſtipendijs ueſtris. c. cũ ab omni. 10. de uita & honeſt. cler. c. ciuitatum. 11. q. 2. c. ſtatutum. 11. §. inſuper. de reſcrip. in 6. Spec. de ſalar. num. 5. & 8.
f l. 2. h. t.
g l. 4. h. t. in Auth. de defenſ. ciuita. No. 15.
h l. 4. hoc tit. l. unic. inf. de off. iur. Alexand.
i glo. l. 1. hoc tit.
k Nouell. 15. §. nulli. cod.
l d. §. 1. Nouel. 15.
m l. 4. l. 5. 6. 8. 9. hoc tit. n l. 1. l. 3. hoc tit. Nou. 15. o l. 6. 7. hoc tit. p l. 1. hoc tit. l. pup. illus. 239. de uer. ſig. uide ff. & inf. de decur. lib. 10. q ff. eod. de off. iur. Alex.
a l. 1. §. huius ſtudij. de iuſtic. & iur.

Quod quia per iudicem cuiq; priuato, id agenti petentiq;
in iudicijs redditur[a]: ideo ſecũdum iudiciorum & actio-
num rationem gradus, initia, progreſſus, exitus, tam in
Pandectis quàm in Codice commodiſsimè perluſtratur.
In iudicijs autem primum eſt, ut aduerſarius in ius uoce-
tur[b]: uocari autem ſine iudicis authoritate nequit[c]. Iu-
dex porrò non impertit officium, niſi ſit petitum[d], & niſi
ædita exhibitaq; illi ſit citationis cauſa[e], hoc eſt actio, ad
cuius diſceptationem reus ſit uocandus. Primò igitur
1. De ædendo. tractatur de ædendo 1. Aedere autem, eſt exhibere & pu-
blicare petitionem ſuam primò iudici, per libellum poſtu
lationis & querimoniæ (ut ferè ſit[f]) ſupplicem[g], mox
citatione facta aduerſario[h] per libellum conuẽtionalem[i]
& intentionis. Poſtquam igitur iudex non temerè aut ca
lumnioſè, ſed iuſta (ut apparet) de cauſa, peti ab actore
citationem ex æditione actionis ſummariæ cognouit: ſe-
2. De in ius uocando. quens eſt, ut in ius uocandum reum decernat 2. Vocatus
autem reus, ſolebat olim cum trahente in ius paciſci, uel
aliquo litis nomine dato[k] tranſigere, uel iudicio ſiſti ſa-
tiſdare: alioqui iniecta manu rapi ad tribunal poterãt[l] ex
l. XII.[m] qui non ita cauerent, aut tranſigerent[n] & paci-
ſcerẽtur. Vt igitur in Pandectis, titulo de in ius uocando,
hęc ſubijciũtur: ſic in Codice poſt idem argumẽtum meri
3. De pactis. tò de pactis 3, quę cõtra leges aut bonos mores nõ ſint[o],
ſeruãdis: & de trãſactionibus 4, quæ nec dolo[p], neq; me-
4. De trãſactionib. tu[q], nec ex falſis inſtrumẽtis[r] conflatæ ſint, ne prætextu
quidẽ nouorum inſtrumẽtorum[s], aut reſcripto[t], nedum
5. De errore calcul. pœnitẽtia[u] non retractãdis[x]: & de errore calculi 5 ad no-
uum calculũ reuocãdo, tractatio ſubijcitur. Nã & calculus
ſeu ratio (ad quam reddẽdam omnes rei alienæ admini-
ſtratores quotannis[y] tenentur[z]) ſeu ratiocinium[a], ut

q 3 nunc

a l. nullus. 13. ſ. de Iudæ. l. unic. ſ. quando lic. §. 1. Inſtit. de act.
b §. fin. Inſtit. de pœn. tem. litig.
c l. final. C. de exhib. re. ubi Dd.
d l. 4. §. hoc autem. de dam. infect.
e l. cum clericis. 25. quam ad hoc notat Bal. ſ. de Epiſc. & cler. Iaſ. hic in rubr. de æden. num. 4.
f l. liberto. 15. de in ius uocan.
g uide Alexã. Iaſo. Hie. in rubrica.
h Auth. offeratur. ſ. de lit. cont. l. 1. de ædẽ. in prin.
i c. ult. c. 1. ubi glo. ex̃. de libel. ob. l. ult. ſ. qui leg. perſon. ſtan. in iud.
k l. 1. de tranſ. l. tranſact. 38. C. eo.
l l. 5. §. pen. qui ſatiſ. cogan.
m Cuiac. lib. 10. obſ. c. 10.
n l. 2. ſi quis caut. l. 2. de tranſact. quam eo refert Cuiac. ob. lib. 10. cap. 30.
o l. 6. h. tit.
p l. tranſactione. 30. h. tit. de tranſact.
q l. interpoſitas. 13. h. t.
r l. pen. h. t.
s l. ſub prætextu. 19. l. ſub prætextu. 29. hoc tit.
t l. cauſas. 16. h. t.
u l. quamuis. 39. hoc tit.
x l. fratris. 10. & paſſim h. t.
y Clemen. 2. §. 1. de religio. domi. Iaſ. §. ſequen. numer. 42. Inſtitut. de action. Landt. lib. 1. art. 23.
z §. œconomos. in Authent. de ſanctiß. Epiſcop. Clem. 2. §. ut autem. de religio. dom. l. 1. §. officio. ubi Bartol. de tutel. & ration. diſtrahen. Socin. conſil. 73. circa numer. 1. uol. 1. per c. qualiter. 24. de accuſat.
a extrà de obligat. ad ratiocin. ubi uide Hoſtien. l. cum ſeruus. 81. de condit. & demonſt. l. ſi purè. 37. l. Thais. 41. l. ſi pater. 47. de fideicom. libert. Dd. in l. unic. hoc tit.

nunc loquuntur, quædam tranſactionis ſpecies eſt: præſertim ſubſequuta liberatione, quam nunc quietationem uocant [a]: & inprimis ſi ſuper ipſo errore uel ratione controuerſa fuerit conuētum [b], uel certa ſumma pro reliquis conſtituta [c]. His armis ſi deſtituatur reus, nec exceptionem litis finitæ aut habet, aut parare ſibi noua tranſactione poteſt: conſequens eſt, ut utatur exceptione aliqua dilatoria, dicatq; aduerſario ius poſtulandi non eſſe. Hæc enim exceptio procuratoria, & ideo dilatoria [d], ante litem conteſtatam eſt proponenda [e]. Sequitur igitur primùm in genere titulus de poſtulando 6: tum, de ijs qui poſtulare alieno nomine poſſunt, aut non poſſunt. Poſtulare alieno nomine ſolent aduocati, tam diuerſorum iudiciorum 7, quàm fiſci 8: qui & libellos ſupplices, ſeu preces quibus aditur Imperator, & libellos actionum forenſes concipiunt 9: qua in re ſiquidem errent in facto, non nocet is error litigatoribus, ſed corrigi quandocunque, ſcilicet quandiu iudicium durat, & ante deciſionem litis [f] poteſt 8: poſt non item [h]: niſi cauſæ, hoc eſt, negocio per decretū ſentētiam ue deciſo [i], palàm (ut olim ſtatim à ſentētia in publico apud acta prouocare moris fuit [k]) ex continenti, id eſt, in propria cauſa biduo, in aliena triduo [l] (hoc enim appellationibus præſtitutum erat tempus [m]) proximo, contradicatur: atq; ita per appellationem negociū & ſentētia ſuſpēdantur [n]: ut ſicut in priore inſtantia [o], ſic etiá in altera liceat nō allegata allegare [p], & conſequenter errorē prius admiſſum emēdare [q]. Atq; hūc ego dixerim libens cōſtitutionis Diocletianę [r], quæ alijs hic aduerſatur, genuinū eſſe ſenſum: tantiſper dū aliquid melius ab eruditioribus erit allatum. Et hæc de errore facti. Sin aūt in iure patroni cauſarum errauerint, iudex ſupplet quod aduocatis deeſt 10, etiam quo ad ſtatuta [s], foriq; morem [t]: maximè

6. De poſtulando.

7. De aduocatis diuerſorum iudiciorū.

8. De aduoc. fiſci.

9. De errore aduocatorū, & libellos ſeu preces concipiētium.

10. Vt quę deſunt aduocatis partium, iudex ſuppleat.

a Dd. hîc, in l. un. l. Lucius. 13. l. Aureli. 21. ubi Bart. de lib. legat. Soc. cōſ. 159. nu. 11. uol. 2. Ancho. cōſ. 530. 180. Caſtr. 377. nu. 2. uol. 2.

b l. un. ubi Cy. Salice. Caſt. Iaſ. & cōmuniter Dd. h. t. l. ſemel. ubi Bartol. Ioh. Plat. j. de aduocb. lib. 10. Cano. c. un. de cler. ægr. in 6. & Cle. 2. §. illi. de relig. dom. Socin. cōſ. 159. in præſente. nu. 11. uol. 2. conſ. 73. circa. nu. 3. uol. 1. Anch. cōſ. 330. uiſis. & 180. uiſo. numer. 5.

c l. ſiquidem. 24. ubi poſt Bal. Salic. Iaſ. nu. 4. 5. de tranſac. Caſtr. conſ. 216. confirmandi. nu. 3. part. 1. Cornæ. conſ. 62. quāquam. nu. 2. uol. 4. Chaſſ. in conſ. Burg. tit. des enfans. §. 6. uer. reliquæ. nu. 13. d l. 2. §. 3. de excep. §. ult. Inſtitut. eod. e l. ita demum. j. de procur. Iaſ. in rubr. j. qui admitti. nu. 1. f l. error. ſ. de iur. & fact. ign. g l. 2. & t. h. t. de erro. aduoc. §. ſi quis. 33. Inſt. de act. l. error. 7. ſ. de iur. ign. h d. l. error. 7. i ſic Cic. pro Cluen. cauſæ, id eſt, ſentētiæ ſubſcribere. k l. 1. 2. j. de his qui per me. iud. l l. 1. & t. t. quan. et mſ. quæ tēp. m d. l. 1. et l. ul. j. de iud. n l. furti. 6. de his qui not. infa. o d. §. ſi quis. 33. Inſt. de act. l. 2. h. t. p l. eos. 6. C. de appel. q l. qui cū natu. 14. in fi. de bo. lib. l. 3. ſ. de æden. r l. ult. h. t. de err. aduoc. s Bal. nu. 2. Caſt. nu. 2. hic Bar. l. omnes. 9. nu. 76. de iuſt. & iur. t Bald. hic, nu. 11. 12. ubi caſus octo recitat, in quibus iudex ſupplet.

maximè in declarando [a] quæ ſui ſunt muneris, & poſtulatis aduocatorum examinãdis [b], ceteriſq; quæ principaliter ad officium, præcipuè [c] iudicãtis pertinẽt, cõficiendis, ut eſt ius dicere quidẽ ac ſupplere, nõ etiam in illis quæ in partib. (quomodo loquitur Baldus) radicãtur [d]: ut ſunt petere [e], excipere [f], probare [g]: ubi nõ impertit officium, niſi quatenus ſit petitũ [h]. nã & facti magis ſunt, quàm iuris [i]. Aduocatorum porrò officium olim fuit publicum [k], & publico ſalario cohoneſtatum [l], militaribus etiam priuilegijs ac beneficijs condonatum [m]. quare etſi infames procuratores eſſe poſſunt [n], tamen ad munus aduocati publicum quod dignitatem habet [o], admitti minimè debent [p]: iuxta regulam [q]: Infamibus portę dignitatum non pateant. Sequitur igitur, diſpicere ex quibus cauſis infamia irrogetur 11: ut quinam poſtulare prohibeantur, inde cognoſcatur. Infamia eſt priuatio bonæ famæ, ſiue imminutio, notáue exiſtimationis [r], ſeu læſæ dignitatis ſtatus, legibus & moribus improbatus [s]: itaque etſi propriè non eſt capitis minutio [t]: tamen quia ſtatum quadantenus minuit [u], & exiſtimationem lædit, omnibus ingenuis capite quouis cariorem (unde & pro capitali cauſa habetur [x]) illi ualde affinis eſt [y]: quod non de facti, ſed iuris infamia [z] eſt accipiendum: quæ nimirum ob dolum, ſimilẽue delictum, quod lex tali pœna dignum cenſet [a]: aut ipſo iure quod factum notat [b], aut ſententia iudicis, quoties lex dãnatum notat [c]: aut genere pœnæ [d] famoſo [e] irrogatur. Cæterùm ſecundum aduocatos curant potius quàm poſtulant alieno nomine procuratores: quorum officiũ magis priuatum eſt 12: quoniam hi alterius negocium in iudicio gerunt, & in ſe actiones aliorum ſuſcipiunt [f]: eoq; non

11. Ex quibus cauſis infamia irrogetur.

12. De procuratorib.

a l. 3. ſuprà de tranſact.
b Caſtren. nu. 4. hîc.
c Bar. l. ſi quis libertatẽ. nume. 4. de pe. hæred.
d Bald. hîc nu. 6. per l. ut fundus. com. diuid.
e l. 4. §. petitũ. de damn. infect.
f Bal. hîc. nu. 7. per l. ſi unus. §. pactorũ. ubi gloſ. uer. in opponen.
g Bald. hîc. l. per hanc. ꝯ. de appell. l. nõ ex omnibus. de arbi.
h d. l. 4. §. petitũ. ubi Bar.
i l. ſiue. 16. ꝯ. de probat.
k l. ſancimus. 6. ꝯ. de aduo ca. diuer. iud.

l l. 4. ubi gloſſ. l. petitiones. 13. l. poſt duos. 15. eod. tit. m l. 4. l. 14. l. ſuggeſtionem. 18. ꝯ. de aduo. diuerſ. iudic. n uid. Paratit. ff. de procura. o l. prouidendum. 7. uerb. nobiliſſ. ꝯ. de poſtulan. ubi Bald. uide Tiraq. de nobilit. p gl. in l. 2. C. de dig. lib. 12. per l. 1. §. ait prætor. de poſt. q d. l. 2. C. de dign. lib. 12. c. infamibus. de reg. iur. in 6. r gl. l. 1. h. t. s Bartol. l. 1. num. 1. ff. eod. per l. penult. §. penult. de uar. & extra. cog. t l. 2. de ſenato. u Bart. d. l. 1. num. 1. & 8. x l. licet. 103. de uerbor. ſignificat. l. iuſta. de manu. uind. Iaſ. rep. l. admonendi. numer. 278. de iureiur. y gloſſ. ult. & Dd. l. 1. ff. eod. z de utraque uide glo. & Dd. hîc in rubr. & l. 1. ff. eod. a l. furti. 6. in fin. l. quid ergo. 13. §. ult. eod. b l. 1. in fin. ubi glo. eod. c l. 1. in prin. eod. d l. 3. h. tit. l. 1. §. ignominia. eod. e de his tribus generibus irrogandæ infamiæ, uide glo. l. ult. uer. b. conuentus. hoc tit. Lanfran. cap. quoniam. uerb. teſtium. numer. 7. 77. de prob. ation. f infrà titul. ne lic. poten. in rubric. uerb. actiones in ſe transferre.

non patroni, ſed domini loco (à quo aduocati abſunt [a]) poſt litem conteſtatam habentur [b]: ac dilationes, compa ritiones, productiones, omnemq; iudicij ordinationem procurant, & hoc nomine in iudicijs aliquo modo, uelut tutores, curatores eadem ratione negocij minorum poſt litem conteſtatam iuxtà domini [c] poſtulant [d]: patronis tantùm momenta litium, & iura partium, ſeu (ut loquuntur) facta [e] meritaq; [f] cauſarum exequentibus. Neque tamen omnes indiſtinctè procuratoris officium ſuſcipere, & actiones alienas in ſe transferre poſſunt. Prohibitum enim id eſt potentioribus 13: hoc eſt, qui per ſe uel propinquos inferre metum poſſunt [g]: ne uidelicet formidine & terrore ſuarum opum & gratiæ, aduerſarios concutiant [h]: & iniuſtis modis aut deterreant à iudicio, aut in iudicio opprimant. quocirca & emere prohibentur à tenuioribus ad amouendum à iure protomiſeos ſeu retractus cognatos & conſortes [i]. idq; adeò placuit, ut non liceat potentiorum quaſi poſſeſſorum aut defenſorum nomine titulos (ut illorum nomina, arma, inſignia, priuilegia) prędijs, hoc eſt, rebus ſoli, de quibus lis timetur, priuata authoritate affigere [k]: uel nomina, uelut authorum poſſeſſorum'ue, in litem prętendere 14: titulóue principis, aut uela regalia (quorum indebita eiuſmodi uſurpatio in capitale crimen incidit [l]) aut alium quemlibet inſignem titulum 15, poſſeſsionibus ſuis, uel alienis, quæ controuerſæ ſunt, abſque iudicis præceptione, uel authoritate [m], inſcribere: aut rebus ſigna mobilibus (nam ſigna mobilibus, tituli immobilibus affiguntur [n]) alienis, hoc eſt quas alius detineat [o], ante ſententiam [p] imponere 16: eaq; conſignatione ſuam quaſi poſſeſsionem uelut ex traditione facere [q]. Eâdem ratione ob potentiæ formidinem & quaſi concuſsionem, uetitum eſt, ne fiſcus uel Reſpubl. priuatis negocijs alienis (nam ſuis nihil cauſæ eſt, cur non omni meliore modo conſulat) procurationem cauſa patrocinij præſtet 17. Negociorum quoque geſtores alieno nomine poſtulant 18: qui à procuratoribus mandati nota differunt. Hi enim ex mandatu domini [r], negociorum uerò geſtores ſine mandato, tam extra litem quàm in iudicio, alienorum negociorum curam gerunt [s]: unde & uo-

13. Ne liceat potentiorib. patrocinium litigãtibus præſtare, uel actiones in ſe trãsferre.

14. De his qui potentiorum nomine titulos prędijs affig. uel eorũ nomina in litem prętẽdunt.

15. Ut nemo priuatus titulos prędijs ſuis uel alijs imponat, uel uela regal. ſuſpendat.

16. Ut nemini liceat ſine iudicis authorit. ſigna rebus imponere alienis.

17. Ne fiſcus uel reſpubl. procurationẽ alicui patrocin. cauſa illicitè preſtet.

18. De negociorum geſtorum actione.

a *Bald. l. 1. nu. 3. ſuprà de error. adu.*
b *l. procuratorib. 22. l. neque. 11. h. tit. de procurat. & in Paratit. cod. tit.*
c *l. neq;. 11. ꝟ. de procur.*
d *l. 1. §. 5. uerſ. ſed æquiſsimum. de poſtulat.*
e *l. aduocati. 14. de aduo. d. uerſ. iud.*
f *c. auditis. de præſcript. l. ult. ꝟ. ſi per uim.*
g *lib. feud. 5. conſtit. 13. in fin.*
h *uid. titul. de concuſſ.*
i *conſt. 15. lib. 5 feudorum.*
k *uide Nouell. 17. c. titulos. 20. in Auth. de man. princip. & Nouel. 164. per totum.*
l *l. 1. uerſ. titulis. ꝟ. de bon. uac. lib. 10.*
m *l. 2. ut nemo. & in rub. ut nem. lic. ſine iudic. authorit.*
n *d. No. 17. & No. 164.*
o *l. 1. h. tit.*
p *d. l. 1. hoc tit.*
q *l. quod ſi neq;. 14. l. 1. §. ſi dolum. de per. & com. rei uend.*
r *l. 1. l. ſeruum. 33. & paſſim de procur.*
s *uide ff. ubi Paratit. tit. de procurat. & de neg. geſt.*

& uoluntarij procuratores nominantur [a]. Diſtant igitur cauſa efficiente: quoniam ille ex mandato, hic citra mandatum curat: ex quo alias quoque differentias fluere neceſſe eſt: cùm ille præſcriptum mandatum [b], hic ſuſceptam fidem [c], ad unguem ut ſequatur & obſeruet opus ſit. Et hæc quidem hactenus de procuratoribus, & legitimatione perſonarum, quæ in iudicijs agunt uel conueniuntur: qua de re ante omnia, ut diximus, fuit diſpiciendum. Perſonis autem legitimatis, proximè de rerum ipſarum legitimatione, ut ita dicam, rectè quæritur: utrum eius illæ generis nimirum ſint, ut de his iudiciũ dari debeat. Nam uſu ſæpius uenit, ut reus ipſo quidem iure agentis intentionem tenere, & ſe obligatum eſſe fateatur: ſed ex aliqua iuſta cauſa obligationem retractandam, & ſe in integrum, hoc eſt, in eum ſtatum in quo ante obligationem erat [d], reſtituendũ, nec intentionis cauſam prius admittendam, quàm de reſtitutionis iure ſit cognitum [e], excipiat: cui & ipſi quæſtioni in legitimatione perſonarum locus eſſe poteſt. exempli gratia, cum replicatur, eum qui excipitur prohibitus eſſe poſtulare, contra eam prohibitionem in integrum, aut reſtitutum, aut reſtituendum eſſe [f], ut hæc connexa eſſe ſuperioribus facilè intelligi poſsit. Sunt autem plures reſtitutionis cauſæ [g]: ut cum ui metúue extortum eſſe dicitur 19 id de quo cauſa eſt; aut dolo malo 20: ſcilicet cum geſtum ipſo iure tenet, ut prætoria reſtitutione ſit opus [h], non ſi nullum ſit [i] fauore dotis [k], aut ob exuberantem contractus bonam fidem [l]. Nam quod ipſo iure nullum eſt, nulla reſciſsione habet opus [m], niſi quatenus rei traditione perfectum eſt [n]. Sed & ſi ab eo qui 25. annis minor ſit 21, cõtractum detrimẽtoſè ſit, reſtitutioni locus erit. Nam minores 25. annis, ſi læſi ſint aliquo geſtu, reſtituuntur in integrũ; ſiue iuris ſint ſui, ſiue filijfamiliàs 22: ſiue in dignitate conſtituti, ſiue non ſint [o]: ſiue fideiuſſor acceſſerit 23, (nam & cõtra hunc minor reſtituitur [p]) ſiue tutor uel curator interuenerit 24. quo caſu perperam putatur [q], minori non ſubueniri, niſi rem à tutore & curatore ſeruare nequeat [r]: cùm hoc ſit in illius electione [s]: nec

r modò

19. De his quę ui metus'ue cauſa geſta ſunt.

20. De dolo malo.

21. De in integrũ reſtitutionibus minorum 25. annis.

22. De filiofam. minore.

23. De fideiuſſoribus minorum.

24. Si tutor uel curator interuenerit.

a Cicero paſſim. & l. ſi negociũ. de bon. author. iud. poſſ. Cuiac. obſ. 9. cap. 25.
b l. 5. cum ſeq. manda. l. ſi procurator. 10. l. procuratorem. 16. C. de proc.
c l. 2. 6. 10. 11. cum ſeq. de neg. geſt.
d l. quòd ſi. 25. §. reſtitutio. de mino.
e t. tit. j. in integ. reſt. poſtul. ne quid noui fiat.
f l. 1. §. deinde. 8. de poſtul.
g l. 1. de in integ. reſtit.
h l. ſi mulier. 21. §. ſi metu. 4. ff. e. quod met. cauſ.
i l. in cauſæ. 16. de mino. l. & elegan ter. 7. de dol. ma. d. §. 4.
k d. l. ſi mulier. §. ſi dos. 3. l. ſi res. .. §. 1. de iur. dot.
l l. 3. pro ſoc. d. l. in cauſæ. 16. de minor. l. & elegaanter. 7. de dol. ma. d. l. ſi mulier. §. 4. l. domuni. 57. de contrab. empt.
m l. 5. ff. de iniuſt. rup. teſta.
n l. 5. C. de contrab. emp. l. 2. de reſcin. uend. l. ab emp. de pact.
o l. 1. in fin. qui aduerſ. quos.
p d. l. 1. & 2. b. tit.
q à Dd. in l. 1. ult. b. tit. l. in cauſa. 17. de minorib.
r contra l. 3. b. tit. §. pupillis. in Auth. tit. 1. de trien. & ſemiſs.
s l. ult. b. tit.

modò authore, ſed etiam decreto interueniente nihilominus reſtitutionem habeat [a]. Etenim ut maximè præſtò ſit ordinaria hoc caſu actio: tamen ad ſumptus & incertos euentus litis [b] euitándos, reſtitui minorem ſæpe eſt utilius [c]: niſi quoties iure communi tutus eſt à damno, atq; ita nulla læſio ſubeſt, quòd ex contractu nullo quem deceptus fecit, cõueniri nequeat [d]. Nec uerò refert, ſiue per ſe ſolus geſſerit, ſiue res cum altero communis ſit 25. quo caſu pro ſua parte reſtituitur in diuiduis [e], in his uerò quę diuiſionem non recipiũt, in ſolidum: ut potius ſocio proſit reſtitutio, quàm minor careat beneficio ætatis [f]: quod eſt (ut rem paucis definiamus) auxilium iuris pretorij [g] extraordinariũ [h], quo, implorato iudicis officio nobili [i], minor quocunq; geſtu uel non geſtu [k] læſus, in eam cõditionem qua ante læſionem fuit, reſtituitur: idq; ex duplici cauſa, uidelicet ob ætatem minorem, & læſionem concurrentem [l], non tamen minimam [m], & quidem probatam [n]. Quanquam enim nedum minoribus, ſed & adultis ſuccurri ſolet, quoties pręter intentionem contrahẽtium, ultra quam obligari non debent [o], res ipſa fraudẽ habet [p]: ut ſi aliter quàm conueniſſet in ſtipulatione ſubiecta, quę pactis ſubijci ſolet [q], uel dolo, uel etiam ſine dolo obligatio conſtituta [r], uel cauſa deſtituta eſt [s], uel in materia fraus uertitur [t]: tamen quando [illegible] contrahitur [u], & tantummodo in æſtimatione rerum læſio ſubeſt, non æquè ſuccurritur: ſed maioribus duntaxat, ſi læſio ſit ultra dimidiam iuſti precij [x] (tum enim nulla ſubeſt analogia ſynallagmatis, & inæquale præponderat æquali, contra contractuum naturam [y]:) minoribus uero, ſi læſio ſit mediocris: nam ob minimam extra ordinem non ſuccurritur [z]: cum odioſum ſit, contractus contra regulas iuris

25. Si in cõmuni cademq; cauſa in integrum reſtitutio poſtuletur.

a l. ſiquidem. §. de præd. minor. l. ult. §. ſi mino. ſe maio. 1a ſ l. 1. numer. 1. §. ſi aduer. uend.
b l. quod debetur. 51. de peculi. l. Lucius. 78. §. ult. ubi gloſſ. ult. ad Trebellian. Bal. l. 1. poſt gloſ. in prin. de do. mal.
c l. 6. de mino.
d l. in cauſæ. 16. eo. tit.
e l. unic. l. 1. l. ſi unus. inf. ſi unus ex pluribus.
f l. ſi communẽ. 10. quem. adm. ſeru. amitt. Caſtr. hîc, in l. un. numer. 3.
g l. 2. de in integ. reſti. l. 3. de minor.
h l. in cauſæ. 17. de minor. Dd. l. 3. §. 1. de ope. no. nun.
i l. quòd ſi minor [illegible]. §. [illegible]. de min.
k l. 72. cum ſeq. eod.
l l. 1. l. 3. l. quòd ſi. 25. §. non ſemper. cum ſequent. de minor. l. minoribus. 8. cod. C. de minor.
m d. l. quod ſi. 2[illegible]. §. non ſemper. l. item. de excuſ. tut. Salic. l. 1. nu. 1. C. ſi ad uend. pigno. Caſtr. l. in minoribus. nu. 2. infra ex quib. cauſ. maio. Panor. c. 1. nu. 8. c x. eo. Sebur. conſ. 14. cent. [illegible]. qui definiunt, qualis læſio requiratur.
n l. uerum. 22. §. ſciendum. ff. eod. l. nam poſtea. 9. §. ſi minor. de iureiur. l. 1. C. qui aduer. quos.
o l. 2. nomiuis. ſi cert. peta.
p l. ſi quis. 36. de uerbor. obl. [illegible]. 2. §. [illegible] 4. de dol. except.
q l. iuriſgentium. 7. §. quod ferè. 5. de pact.
r d. l. ſi quis. [illegible]
s d. l. [illegible]. §. circa. §. & generaliter. de dol. except.
t l. quid tum. l. cum ab eo. de contr. ahen. empt. cum ſimilib. quæ occurrunt in tit. de dol. excep.
u Nouel. [illegible]7.
x l. 2. infra de reſ. m. uend.
y l. Iulianus. 13. § ſi quis. & §. antep. ubi gl. uerb. obl. de act. emp.
z l. 4. de in inte. reſt.

iuris [a] reſcindi [b]: & liceat naturaliter, hoc eſt, communi géntium, unde commercia ſunt [c], iure, moreq́; hominum [d], contrahentibus ſe mutuò decipere [e]: & ſibi potius quàm alij debeat imputare [f], qui in rerum [g] perſonarumq́; [h], quibus cum contrahit, æſtimatione, ſuo ipſius aſſenſu patitur ſe decipi [i]. Cæterùm quoties notabilis læſio demonſtratur, etiam extra ætatem, iis hoc extraordinarium quoque prodeſt remedium: qui minoribus ea ratione comparantur, quòd horum exemplo curatione regãtur aliena [k]: ut ſunt Eccleſię [l], pia loca [m], ciuitates [n], uniuerſitates, communitates [o], furioſi, prodigi [p], & ſimiles. Materia ſit, quicquid à minore dánoſè geſtum eſt [q], ſiue agendo aliquid & contrahendo [r], ſiue omittendo & negligendo [s]: tam in iudicio, quàm extra iudicium. Nam illic ad omiſſam actionem [t], exceptionem [u], allegationem [x], probationem, appellationem [y]: item aduerſus deſertioné [z], cótumaciam [a], cópromiſſum [b], & cótra rem ſemel iterumq́; [c] iudicatã 26, reſtituitur: & quidem contra minoris iudicis ſententiam, allegando probandoq́; eam eſſe iniquam [d]: contra principis uerò uel præfecti inducendo uel aduerſarij fraudem, uel ſuam ætatis imprudentiam, ut ſententiæ qua læſus ſit cauſam [e]: quoniam de iudicantium iſtiuſmodi iniquitate queri non poteſt [f]. Cæterùm extra iudicium [g] etiam amplius prolixiusque ei ſubuenitur: aduerſus uenditionem 27 etiam pignoris 28, niſi fuerit iuramento confirmata, nec dolo nec ui extorta [h]. Item contra donationem 29, non tamen libertatis 30 (quamuis alio modo

e z hac

26. Si aduerſus rem iudicatam reſtitutio poſtuletur.

27. Si aduerſus uenditioné reſtit. poſtuletur.

28. Si aduerſ. uenditionem pignoris reſtit. poſtu.

29. Si aduerſ. donat. reſtitutio poſtuletur.

30. Si aduerſ. libertatem reſt. poſtulet.

nijs tractatur [a]: quæ iudicia licet perſonalia ſunt ex geſtu: tamen quo ad præſens inſtitutum, hoc eſt, forum competens, realium uim habent. Nam ſi quis quærat, ubi de ratiocinijs cùm publicis [b] tum priuatis [c] agi oporteat 21, reſpondemus exemplo realium eo loci, ubi adminiſtratio, cuius ratio reddenda eſt, geſta fuerit, petitionem hanc rectè proponi [d], nec ius eſſe [e] reuocandi domum [f]: ſicut nec in realibus [g], ſi actor illic agere malit [h]: ſiue ea adminiſtratio priuatæ rei ſit, ut tutelæ [i]: ſiue publicæ, ut magiſtratus [k]: ibi enim uolente actore eius ſit, iure meritoque examinatio, ubi & inſtructio ſufficiens, & nota teſtimonia, & uerisſima poſſunt documenta præſtari [l]. In rem etiam ſcriptæ uidentur præiudiciales [m] actiones: quia non ex contractu dantur, ſed competunt reſpectu perſonæ de qua quæritur, & quæ uelut res in iudicium deducitur [n]: quod proprium eſt realium [o]. Iure ergo & de his hîc diſſeritur, ubi cauſa ſtatus agi debeat 22: utiq; ſi ſeruus in libertatem prouocet, in foro domini [p]: ſin liber in ſeruitutem trahatur, in foro eius idoneo, quod actorem ſequi opus eſt [q]: niſi probetur reus eſſe fugitiuus, & mala fide (nec enim præſumitur, niſi demonſtretur [r]) in libertatis umbra uagari: tunc enim uelut exiſtens in poſſeſsione ſeruitutis, ad domini domicilium eſt remittendus [s]. Item ubi quis de curiali uel cohortali, aliâue conditione conueniatur 23: quæ & ipſa actio in rem eſt utilis, aut eius loco officij iudicis imploratio [t]. Curialis dicitur, alicui ciuitatum curiæ aut officijs obnoxius [u]: hoc eſt, qui in aliquam decuriam & ordinem decurionum adſcriptus eſt, ac munera publica obire cogitur [x]. Cohortalis eſt, qui cohortalibus debetur officijs [y]: hoc eſt, qui ex cohorte prouinciali, quam circa ſe præſides muniendi ſui, & ſicubi opus ſit, manu militari exequendi [z] cauſa, ad quæuis

alia

21. Vbi de ratiocinijs tam publicis quàm priuatis agi oporteat.

22. Vbi cauſa ſtatus agi oporteat.

23. Vbi quis de curiali uel cohortali, alia'ue conditiõe conueniatur.

a Barto. l. 2. de neg. geſt.

b l. iusſi. 6. infrà de iur. fiſc. lib. 10. l. quidã. 6. de admin. tut. l. 2. §. 1. de ad. rer. ciuit. l. 4. l. orphano. 30. ſup. de epiſc. & cler. §. œconomus. in Authen. de ſanctiſs. epiſc.

c l. 1. §. officio. & tot. tit. de tut. & rat. l. 2. l. rationes. 14. ſ. de ad. tut. l. 2. de nego. geſt. ubi Bart. l. idem. 10. §. 8. cum ll. ſeq. mand. l. 2. infrà de naufrag. libro 11.

d l. 1. 2. h. tit.

e Felynus & Panorm. in c. ult. nu. 22. de for. cõpe.

f ut aliàs in perſonalibus, l. 2. de iudic. ubi remiſsioni non eſt locus. cap. 2. §. 1. de for. comp. in 6. g l. 1. 2. ſuprà ubi in rem actio. h gloſſ. d. l. ultim. ſuprà ubi in rem actio.
i l. 1. hoc tit. k l. 2. hoc tit. l d. l. 2. in fin. hoc tit. m §. præiudiciales. Inſtitut. de action. n Fab. & Plat. numer. 171. 167. Iaſ. numer. 20. Zaſ. & alij in d. §. præiudiciales. o §. 1. Inſtitut. de action. p l. 4. hoc tit. q l. 3. hoc tit. r l. penult. C. de euict. Dd. cap. ſi diligenti. cap. ſanctorum. cap. ult. de præſcript. de modis probandi malam fidem, uid. Balb. tract. præſcrip. & l. Celſus. de uſucap. Alciat. præſump. 5. reg. 3.
s l. 1. hoc tit. t gloſſ. l. 1. uerb. à iudice. hoc tit. u l. 1. 2. hoc tit. l. 1. in fin. infrà de tuto. illuſt. perſo. x uide infrà de decurion. & tit. ſeq. lib. 10. y l. 2. hoc tit. z l. qui r. ſtituere. 68. de rei uend.

alia denique obeunda imperij munera habere ſolent: quibus primipili neceſsitas, & exhibitio curſus ſeu poſtæ [a] (ut nunc loquuntur) & exactio atque adminiſtratio fiſcalium debitorum, iniungitur [b]. Cohortalium nomine decuriones etiam notari, corpusq; horum cohortalium appellari reperio [c]. Qui quidem omnes eodem quo curiales modo conueniuntur coram præſide eius prouinciæ, ubi ad conditionis ſubiectionem uocantur [d]: niſi armatam militiam militent, aut ſpeciali principis priuilegio eximantur & defendantur: de quo præfectus prætorio, ut militiæ omnis ordinarius cognoſcit [e]. Ex his porrò ſi quis munera detrectans aufugiat, poteſt priuata etiam authoritate comprehendi, ubicunque inueniatur [f] (quemadmodum & reliqui fugitiui, qui obedientiam aut aliud quid alicui debent, ut ſeruus domino, debitor creditori [g], uxor marito [h]) & cauſa coram iudice illius loci ubi comprehenditur, ſummariè cognita, ad ſocietatem curiæ unde aufugerat, remittendus eſt [i]. Expeditis realibus, de perſonalium foro competente ſubijciẽdum eſt. Perſonali actione quiſque conuenitur, uel ubi contraxit [k], uel ubi domiciliũ habet [l], uel ubi res quę petitur, exiſtit [m]: nec dubium eſt, quin actoris ſit electio [n], dummodo reus illic inueniatur [o]. Ab hac regula excipiũtur, qui propter dignitatem aliam'ue prẹſcriptionem alio in foro ſunt conuenien-

24. Vbi ſenatores uel clariſsimi ciuiliter uel criminaliter conueniantur.

di: ut ſenatores uel clariſsimi 24: qui in ciuilibus quidem, coram præfectis prætorio in caſtris, in urbe apud præfectum urbis, in prouincijs coram prẹſide, cuius in prouincia domicilium habẽt [p], conueniũtur: in delictis uerò iure iſto, quo remiſsiones uſitatas fuiſſe diximus, ubi deliquerunt, nulla obſtãte fori præſcriptione. Reatus enim omnem honorem excludit [q]. exceptis illuſtribus: qui etiam hoc nomine tantùm coram Principe, eiusq; ad id delegatis conueniri, condemnari uerò à ſolo tantùm Cęſare poſſunt [r]. Sic militãtes certũ ſuũ forũ habent: nẽpe apud militares iudices [s], hoc eſt, magiſtrum militiæ [t], prætorioq; præfectos [u]: qui tamen quibuſdam in cauſis fori præſcriptione ordinariam declinare iuriſdictionẽ nequeunt 25: ſcilicet

25. In quibus cauſis militantes fori præſcriptione uti nõ poſſunt.

a Cuiac. ad l. 3. de cano. ſacr. larg. lib. 10. uide infrà lib. 12.
b l. quicunque. 10. ꝟ. de cohort. lib. 11.
c l. 2. de defenſo. ciuita.
d l. 2. ubi not. Bald. h. tit.
e l. 2. hoc tit.
f l. 1. hoc tit. l. generali. infrà de decur. lib. 10.
g l. ait prætor. §. ſi debitore. quæ in frau. credit.
b Iaſ. in §. ſuperest. num. 68. Inſtit. de act. uid. poſt Bald. Salic. in l. 1. hoc tit.
i l. 1. hoc tit.
k l. hæres. 19. de iudic.
l c. Romana. §. contrahentes. de foro compe. in 6. cap. ult. cod.
m l. ſed et ſi. 52. de iudic. Salicet. l. unic. ſuprà ubi fideicommiß. pet.
n l. ult. ſuprà ubi in rem act. l. 2. de eo quod cert. loc.
o glo. & Dd. d. l. hæres. d. cap. Romana. §. 1. Panormitan. cap. ult. de for. compet.
p l. 2. hoc titulo.
q l. 1. hoc tit.
r l. 3. hoc tit.
s tot. tit. ſuprà de offic. milit. iudic. & tit. ut omn. iudic. tam ciuil.
t l. 4. & tot. tit. ſuprà de offic. mag. mil.
u l. 2. C. ubi quis de curial. uide Alciat. l. penult. C. de pact.

ſcilicet cum pro functionibus debitisq; publicis [a], quæ ſine pœna recuſare non licet [b], aut ex negociationibus conductionibusque priuatis [c], in quibus priuilegia cinguli non habent [d], conueniuntur. Abſoluto realium & perſonalium foro, reſtat ut ſecundum diuiſionem cauſarum ſuprà poſitam diſpiciatur, ubi nam cauſæ fiſcales uel diuinę domus, (hoc eſt, aulæ Imperatoriæ) hominumq; eius, nempe Palatinorum & officialium, atque familiæ principalis peragantur 26: quæ quidem coram procuratore fiſci agendæ ſunt [e]: ubi & conductores [f], & cæteri adminiſtratores [g] rerum fiſcalium, forum ſortiuntur in ciuilibus: non in capitalibus [h], aut ſtatus [i]. Nam de his procurator non cognoſcit [k], ſed præfectus urbi [l], aut præſes prouinciæ [m]: ut ſi deprædationibus aut iniurijs quempiam uexaſſe conuincantur: cui concuſsioni pœna ignis legibus eſt præſtituta [n]. Serui tamen & coloni priuatæ familię Cæſaris, coram præpoſito ſacri cubiculi (quem nunc Camerarium, aut certè Magiſtrum curię uocant) conueniuntur tam in ciuili quàm criminali cauſa [o]. Et hæ quidem generales de foro competente ſunt regulæ: quibus tamen neceſsitas non aſtringitur, ut quæ legem non habeat [p], nec poſt factũ (quod infectum fieri nequit [q]) redintegrari iudicio poteſt [r]. Itaq; in caſu neceſsitatis licet unicuiq; ſibiipſi ius dicere 27, & ſe defendere contra aggreſſores [s], ut mortem quam minabantur, excipiant: & id quod intentabant incurrant [t]. Melius eſt enim occurrere in tempore, quàm poſt exitum uindicare: quod in huiuſmodi ſerum eſt, cùm uulneribus cædibusq; admiſsis, iudicium poſtea medicinã afferre nullam poſsit [u]: &, ut rectè Cic. pro Mil. Ei qui hîc expectare uelit, antè iniuſta pœna luenda ſit, quàm iuſta repetenda. Eâdẽ ratione permiſſum eſt, & quidem ob publicam deuotionem ac utilitatem, deſertores & fugitiuos impunè retrahere: ac ſi reſiſtãt (apprehenſioni ſcilicet: nam ſecus crediderim in uiolentia capitali [x]) coërcere & offendere [y]: quoties enim licita eſt offenſio, toties illicita putatur defenſio [z]. Poſtquam igitur de foro cõpetente hęc omnia ſunt abundè expoſita: rectà tráſitus fit ad

26. Vbi cauſa fiſcalis uel diuinæ domus hominumq; eius agatur.

27. Quando liceat unicuique ſine iudice uindicare ſe, uel publicã deuotionẽ.

a l. unic. h. tit.
b l. 2. ſuprà de off. diuer. iudic.
c l. unic. h. tit.
d §. 1. 2. ubi dixi Inſtit. de mil. teſta.
e l. ad fiſcum. 5. hoc tit.
f l. dominicis. 7. hoc tit.
g l. nullum. 10. hoc tit.
h d. l. nullũ. 10. in fin.
i l. 2. l. pen. ſuprà ubi cau. ſtat.
k l. 1. & 2. hoc titul.
l l. uniuerſi. 9. hoc tit.
m l. congruit. ff. de offic. præſid.
n d. l. uniuerſi. 9. hoc tit.
o l. fin. h. t.
p l. 1. de off. eius qui mãd.
q l. in bello. 12. §. facti. 2. de capt. et poſtlim. reu.
r l. 1. hoc titul. quan. lic. unicuique.
s l. 1. hoc tit. l. is qui infrà de ſicar.
t l. 3. ſuprà de epiſcop. audien. l. ſed & partus. 12. quod metus cauſ. l. 1. hoc titul. Baldus l. 1. num. 9. infrà unde ui.
u l. 1. hoc tit.
x Bald. l. a. num. 37. 38. infrà unde ui. Caſt. conſil. 255. uiſo. num. 3. & 4. uolum. 1.
y l. 2. hoc titul. l. ait prætor. 10. §. ſi debitorem. quæ in fraud. creditor.
z l. 3. ubi Salicet. ſuprà de his qui ad Eccleſ. confug. l. 4. 5. ad l. Aquil.

ſit ad ipſas actiones & iudicia, quæ in foro competente inſtituuntur. Hæc autem ſunt aut ciuilia ſeu priuata, aut criminalia ſeu publica, aut fiſcalia [a]. De ciuilibus ad nonum uſq; librũ: exinde de criminalibus ad decimũ uſq; (quanquam ut ſuprà de foro criminaliũ primo loco dictum eſt, ita poterat de his eodem ordine prius hîc agi, niſi compoſitores ueterem perpetui edicti ordinẽ ſequi maluiſſent:) in tribus uerò ſequentibus, de fiſcalibus pertractatur. In decimo, de omni iure fiſci: in undecimo, de muneribus onerum quę fiſco debentur: in duodecimo, de muneribus honorum & dignitatibus quæ à fiſco deferuntur. Iudicia porrò ciuilia, quibus & prætoria conſtitutionibus modò complexa ſimul comprehendimus, aut ordinaria ſunt, aut extraordinaria. Ordinaria actionibus, extraordinaria imploratione potiſsimùm officij iudicis expediuntur [b]. Ciuiles actiones aut ſunt reales, aut perſonales [c], aut mixtæ [d]. Reales, aut uniuerſales, aut ſingulares. Vniuerſales à materia & fine, quæ de uniuerſitate proponũtur [e], ut querela inofficioſi teſtamenti 28, petens hęreditatem [f] contra teſtamentum non ex officio pietatis factum [g]: hoc eſt, præteritis [h] uel exhæredatis [i] ijs, qui ab inteſtato ſuccedere debebant [k], in linea deſcendente, uel aſcendente [l]. Nã collateralibus non datur hęc actio [m]: quia nec legitima debetur [n]: niſi fratribus [o] etiam conſanguineis [p] & poſthumis [q] (non uterinis [r]) uno caſu, ſcilicet turpibus perſonis [s] etiã ex infamia facti [t] inſtitutis [u], qua in ſpecie dici poſſet, fratrum etiam legitimam auctam eſſe [x]: quę relicta querelam excludit [y]: ea uerò non relicta totum teſtamentũ querela reſcindit iure ueteri [z], nouo nõ item, ſed ſolam inſtitutionem [a]. Ad huius ſimilitudinem, inofficioſę donationis 29 querela cõſtitutionibus Principum eſt inducta [b]: quæ datur liberis [c], parentibus [d], fratribus [e], & fratrum liberis, qui per repræſentationem in ius patriũ ſuccedunt [f], ad exemplum

28. De inoffic. teſtamento.

29. De inoffic. donationibus.

t 3

a l.1.§.pen.de calumniato.
b l.in cauſa. 17.l.quòd ſi minor.§.ult. de minor.
c §.1.Inſtit.de actio.
d §.quædam. Inſtit.eod. Iaſ.in d.§.1. Inſtit.eod.
e l.1.de rei uend.l.1. quor.bonor.
f l.Pap.8.§. quoniam.8. l.2.l.poſthumis.6.cum l. ſeq.l. nam & .15.§.ult. l.qui repudiantis.17.l. mater.19.de inoff.teſt.l. cum duobus. 13.C.eod.
g l.2.3.4.eo. tit.
h d.l.2.l.2.C. eo.tit.
i d.l.2.
k l.pater.14. eod.
l l.nam & .15. eod.
m l.1.eo.l.fratris.21.h.t.
n not.No.1.de hær.& Falc.& No.18.
o l.1.l.circa.24.eod.
p l.fratres.27.l.fratris.21.h.t.
q l.5.ff.eod.tit.
r d.l.fratres.27.
s d.l.fratres.27.
t d.l.fratres.27.uerb.leuis notæ macula aſperſis. ubi Bal. & Dd.
u §.2. Inſt.eod.
x No.18.ubi Cuiac.
y d.l.Pap.8.§.ſi quis.6.cum ſeq.
z d.l.Pap.8.§.pen. & ult.
a No.115.§.aliud. Auth.ex cauſa.inſ.de lib. præter.
b Auth.unde. C. de inoff. teſt. & tot.hoc tit. Cuiac.obſ.lib.5.cap.14. & Nouel.92.qui putat eſſe inuentum imp.Alexandri Seueri ex l.Titia.87.§.imperator.3.de lega.2.& Molinæ.hoc tit.num.51.
c l.1.2.3.7.8.hoc tit.
d l.4.ubi gl.hoc tit.
e glo.1.in d.l.4.
f Molinæ.quamuis remiſſiuè, hic num.65.

plum querelæ inofficioſi[a]: & interdum ipſi etiá donatori, ſuſceptis poſtea liberis[b], ad conſequendum ex immenſa donatione (non alijs contractibus, niſi quatenus in lucratiuum hunc titulum incidunt[c]) debitum bonorum ſubſidium, hoc eſt, legitimá[d]. Ex quo licet exiſtimare, filiabus etiam ſuæ legitimæ petitionem hinc eſſe paratam, ſi pater omnes ſuas facultates, fauore filiorum, in feudorum emptiones collocet[e], cum iniuria notabili natarum: quæ hoc in genere bonorum non ſuccedunt[f]. Quanquam enim eſt titulus oneroſus, reſpectu patris qui emit: non tamen quo ad filios, qui titulo ſucceſsionis lucratiuo capiunt[g]. Item querela inofficioſæ dotis 30: quæ & ipſa liberis datur, ſi fortè parētes uel ipſi inuicem ſibi, uel uni ex filijs, tantùm nomine dotis ſeu donationis propter nuptias, ſiue dotalitij prætextu contulerint, ut reliquis debita legitimæ commoda inde ſubtrahantur[h]. Cui locum etiam dari oportere iudico, quoties, ut nūc fit, nobilis fœmina pro dotalitio (quod ad eius dūtaxat uitam durat) omnia bona marito dat & addicit, unde liberi poſt eius mortē nihil ſint conſecuturi. Vniuerſalis eſt etiá, quæ has querelas ſubſequitur, & ijs coniungitur[i], petitio hæreditatis 31. Cum enim hac actione reali magis quàm perſonali[k] uniuerſitas hæreditatis[l] petatur: eam eſſe uniuerſalem[m] conſentaneū eſt. Ná actiones rebus illis, quas petunt, accōmodantur[n]: & de illis iudicatur, ut de re quá ad perſequendá ſunt deſtinatę[o]. Singulares actiones in rem ſingularem dantur, aut pro re corporali perſequenda, ut rei uendicatio 32: aut pro re incorporali, ut actio cōfeſſoria & negatoria[p], tam de perſonali ſeruitute, quæ ad utilitatē perſonæ cōſtituitur[q]: ut de uſufructu, & habitatione, & miniſterio ſeruorum 33: quàm de reali, quæ ad commoditatē rei alicuius immobilis[r] pertinet:

30. De inoffic. dotib.

31. De petitione hered. uide ff. eod.

32. De rei uendicatione.

33. De uſufructu, uſu & habitatione, & miniſterio ſeruorum.

a l. fin. h. t.
b l. 5. h. t. l. ſi unquam. ꝫ. de reuoc. donat. ex qua utrum legitima tantùm an integra donatio reuocetur, uide ibi apud Tiraq. et alios.
c Bal. l. 1. nu. 14. hoc tit. Schurff. cōſ. 36. cent. 2.
d l. 5. l. ſi mater. 8. l. pen. h. t. uide Nouel. 92. ubi Cuiac. & lib. obſ. 5. cap. 14. ubi l. Titia. 87. §. imperator. 3. de lega. 2. de dimidia non donationis, ſed quartæ accipit. contrà Molin. de inoff. donatio. nu. 50. cum ſeq.
e Caput. deciſ. 2. nu. 6. arg. eorū quæ tradunt Bal. & Sal. l. omnimodo. § imputari. C. de inoffic. teſtam.
f c. 1. de ſucceſ. frat.
g l. unic. C. de imp. luc. deſ. lib. 10. adde conſt. 12. parte 3. ubi generaliter donationes uni ex liberis factæ uel extraneo non ualent, niſi ſalua legitima. & ſic reſpectiuè titulum eſſe oneroſum & lucratiuū, probat Molinæ. de dona. fac. nu. 51. et de inoff. nu. 72.
h l. unic. h. t. l. hac edictali. ꝫ. de ſecund. nupt. §. quia uerò. in Auth. de nupt.
i l. 8. §. quoniam. l. qui de. 20. de inoff. teſtam.
k l. ſed etſi. 25. §. petitio. D. eo. l. hæreditas. 7. de pet. hær.
l §. ult. Inſtit. per quas perſq.
m l. 1. de rei uend. in princ.
n gl. & Dd l. 1. C. ſi ad tranſac. et in §. hæc ergo. uerb. numeranda. in Auth. de non alienan.
o Bar. Alex. l. mouentiū. de uerb. ſig. latè Tiraq. de retrac. prox. § 1. glo. 7. nu. 17.
p §. æquè. Inſtit. de actio.
q l. plenum. 12. l. diuus. 23. l. uſus. de uſu & habit. l. pen. de ſeruit. ruſt. præd. l. 1. de uſufr. lega. l. Mela. l. quidam. de alim. lega.
r l. 3. de ſeruit.

tinet[a]: ut de prædialibus ſeruitutibus tã urbanorũ[b] q̃ ruſticorũ[c] prædiorũ, & aqua 34. potiſsimùm priuata[d]: quæ uel oritur in alicuius fundo[e], uel per illũ fluit[f]. Mixtã cauſam obtinet l. Aquiliæ actio 35: quæ etſi perſonalis eſt[g]: tamẽ q̃a neq; ex cõtractu, nec ex maleficio, hoc eſt dolo propriè, ſed ob damnũ culpa aliqua datũ[h] oritur, & ad reſtitutionẽ dãni in re ꝓpria facti, realiũ more intẽtatur[i], eo magnã cũ his affinitatẽ habere uidetur: maximè q̃a in noxalibus tãtùm domino & in dominũ[k], poſſeſſorẽ ue, exẽplo uindicationũ[l] datur. Itẽ actio familię herciſcundæ 36, qua petitur hęreditas inter cohæredes diuidi: & cõmuni diuidundo 37, ꝑ quã res alia ex cauſa cõmunes[m] diuidi poſtulãtur: quę duæ actiones etſi ſeparatę ſint, tamẽ multa inter ſe habent cõmunia 38: & actio finiũ regundorũ 39, per quã fines uicinorũ litigioſi diſterminãtur. Nã hæ tres actiones ſine cõtrouerſia miſtæ, magisq; reales q̃ perſonales ſunt[n]: & exercẽtur in ſolidũ uel ꝓ parte ab[o] eiuſdẽ rei dominis, puta cohęredibus, poſſeſſoribus in cõmuni, &c. qui cõſortes[p] eiuſdẽ litis 40 uocantur, ſoliq; [q]ius habere retractus legibus noſtris putantur[r]: mutuasq; in iudicio ſibi inuicẽ operas præſtãt, tanquã ꝓcuratores, etiã abſq; mãdato, dummodo de rato caueãt. Eodẽ in numero ſunt actiones, noxalis 41, & ad exhibendũ 42: itẽ quę de religioſis & ſumptibus funerum[s], hoc eſt, ad repetendum ſumptum, in infirmitatem[t] aut funus[u] demortui impenſum, actio datur priuilegiata[x]: & addita huic altera, de aleæ luſu propoſita 43: qua perditum alea repeti condictione ex lege[y] ſine præſcriptione ad annos quinquaginta poteſt[z]: ut mirum ſit aliquos permittere ludum aleæ ad aureum uſq;[a]: cùm hoc tantùm in conceſsis luſibus admittatur, & (clericis cumprimis[b]) inhibeatur: data eius quod amiſſum eſt repetitione, non tantùm ei qui amiſit, ſed eius etiam parentibus, procuratoribus, hæredibus: eiusq; rei cura magiſtratibus

34. De ſeruitutibus & aqua.
35. De l. Aquilia.
36. Familiæ herciſcundæ. §. quædam. Inſtit. de actionib.
37. Communi diuidundo. d. §. quædã.
38. Com. utriuſque iudicij, tã famil. herciſcundæ, quàm cõ. diuid.
39. Finiũ regundorum.
40. De cõſortibus eiuſdem litis.
41. De noxalibus actionibus.
42. Ad exhibendũ.
43. De religioſis & ſumptibus funerum, & aleæ luſu & aleatoribus.

a Bart. et Dd. l. quidam. de adim. lega. l. Lucius. 37. de ſeruit. ruſt. præd. l. 1. §. ult. ubi gl. uerb. computanda. eo. tit.
b uid. D. de ſer. urb. præd.
c uid. D. de ſer. ruſt. præd.
d l. 4. l. 2. hoc tit.
e l. in concedẽdo. de aq. plu. arc.
f l. ſed ſi. fin. regund. l. 1. §. illud. de aqua quotidia.
g §. ſequens cũ ſeq. Inſtit. de act. §. fin. Inſtit. de l. Aquil.
h l. 4. 5. l. ſi quis. 49. eo. §. 2. Inſt. de lege Aquil.
i l. 1. §. 1. Inſt. de actio.

k l. quæcunq;. 56. de obliga. l l. in rem. 23. de rei uendic. l. unic. ꝯ. de alien. iud. mutan. cauſ. fact. m l. 2. h. t. n l. 22. §. petitio. famil. ercisc. o §. quædã. Inſt. de actio. dixi ff. ad hos titulos. p de his uide Cuiac. obſer. lib. 5. cap. 10. Renard. in l. ambiguis. 85. §. quoties. de reg. iur. q nã alij non habent. l. dudũ. 14. ꝯ. de contrah. emp. r Cuiac. præal. loc. fac. l. 1. & t. t. ff. de reſcind. uendit. s de his uide Cuiac. obſeruat. lib. 11. cap. 21. & No: 59. t l. 4. de pet. hæred. l. 3. h. t. u uide ff. eo. Nam hoc in tit. parum aut nihil de his ſumptibus reperi. x l. quæſitum. 17. de reb. auto. iud. l. pen. h. t. uid. omnino Iaſ. l. ult. §. in computatione. ꝯ. de iur. delib. ubi ad pharmaca idem priuilegiũ extendit. y l. ult. h. t. z d. l. ult. a Bart. l. infitiando. §. infans. de furt. Chilia. in prac. cap. 57. num. 3. b §. inſuper. No. 123. de Eccleſiaſ. diuer. capitu.

tibus ac epiſcopis iniuncta [a]: ut exiſtimem, ſi ij quorum intereſt, non exigant, eſſe magiſtratus ac paſtorum, iſtiuſmodi turpiſsima lucra extorquere, & in pias cauſas conuertere. quod ius honeſtiſsimum utinam in uſum reuocaretur: uel duplum potius aut quadruplum ab iſtis tam manifeſtis alienæ pecuniæ furibus, bono piarum cauſarum repoſceretur: minus profectò malorũ haberemus [b]. Et hæc quidem de realibus actionibus, & alijs quæ iſtis aggregantur: ac pro realibus, licet perſonales ſint, haberi poſſunt. Nec enim ex ullo contractu & mutua conuentione oriuntur, ſed ex facto aliquo, aut ratione rei poſſeſſæ exiſtunt, & domino contra poſſeſſorem, uel qui pro domino eſt, dantur [c]: id quod proprium eſſe realium actionum, paulo antè eſt dictum [d]. Item his expeditis, ad alterum iudiciorum genus, nempe perſonalia tranſeamus.

LIBER IIII.

PErſonales actiones oriũtur ex contractibus, qui aut re, aut conſenſu contrahũtur. Ex contractibus qui rebus creditis conſtant 1, actiones ortę, propriè condictiones appellantur: quia his res dari petitur [a]: quo in genere iuramenta præcipuè frequentantur [b], aut corporaliter, aut in ſcriptis & inſtrumẽtis prę̃ſtita [c]. Condictionum autem uariæ ſunt ſpecies: ut condictio certi, quæ ex mutuo naſcitur 2, & certa ſponſione [d], quæ mutuo uel quaſi mutuo adijci fermè ſolet [e]: ut cum quid ſuffragij [f] nomine promiſſum eſt 3: ſcilicet ut ſuffragio ſuo is cui promiſſum eſt, promiſſorem in obtinendis honoribus atq; officijs, aut alijs ſupplicationibus non illicitis apud principem iuuet [g]: id quod clàm fieri per ambitum & cõcuſsionem non licet: palàm & bona fide, haudquaquam hic eſt improbatum [h]. Nam quæ palàm fiunt, in rebus dubijs extra ſuſpicionem ſunt: quæ autẽ clandeſtinè & ſecretò, hæc in ſuſpicionem fraudis incurrere cõſueuerunt [i]. Atq; hoc quidem datum apparet aulicorum fauori, eoq; hæc conſtitutio aulica uocatur [k]: ne importunis prouincialiũ querelis identidem apud principem accuſarentur, quæ res & occa-

a d.l.ult.
b uide de hac materia dicta. Couar. in c. peccatum. parte 2. §. 4. num. 3. de reg. iur. in 6.
c dixi ad hos tit. ff. eod.
d §. 1. Inſtit. de act. ubi Iaſ. & Dd. & ſ. in rub. de inoff. teſt. l. unic. ſ. de alie. iud.

a §. appellamus. Inſtit. de actio.
b dixi ſ. eod. ff. de iureiur.
c l. 3. ſup. ſi minor ſe maio. dix.
d in princ. Inſtit. de uerb. oblig. & certi condictio. 9. ſi certum peta.
e d. §. 1. Inſtit. de uerb. ob. d. l. certi.
f huius meminit l. reſtituendæ. 20. l. per banc. 24. ſuprà de aduoca.
g Cod. Theodoſia. ſi cert. peta. de ſuffrag. Alciat. Parad. lib. 2. cap. 14. uide Duaren. diſp. lib. 2. c. 2.
h l. unic. hoc tit. l. unic. ubi gl. & Dd. de amb. Alc. præall. loc.
i l. cum ipſe. 5. infrà de contrab. empt. l. fin. ubi Bald. in princ. de rit. nupt. per not. Cyn. in l. nemo. ſuprà de ſum. Trinita.
k Duare. lib. 2. cap. 21.

1. De reb. creditis & iureiurando.
2. Si certum petatur.
3. De ſuffragio.

occaſionẽ legislatori hac de re primò dedit [a]: etiamſi rem ipſam improbaret. Nã eiuſmodi nefariè dari indicat, eoq; non quidem exigi permittit, ſed data repeti uetat [b]: quia in pari turpiq; cauſa melior ſit conditio poſsidentis [c]. Cęterùm Theodoſius in gratiam, ut apparet, Rufini, cui conſtitutio iſta inſcribitur, longius proueƈtus eſt, & exaƈtionem ex ſponſione eiuſmodi eſſe uoluit: cum tamen lex Iuliani ſuperior, hæc nefariè dari atteſtetur, & reuerà contra l. Iuliam repetundarũ, omnemq; æquitatem & rationem [d] eiuſmodi promittantur, nedum dentur [e]: turpium autem ſponſionum [f] (nam honeſtæ ualent [g]) nõ debebat eſſe obligatio uel exaƈtio [h]. At hoc dignũ Rufino, qui qualis fuerit, ex hiſtorijs & Claudiani poematis conſtat. Illud indignius, noſtros Iuſtiniani aſſeclas, ſuæ ut opinor culinę ſeruientes, tam flagitioſam turpis aucupij nundinationem, aut temporibus, aut moribus, aut neceſsitati, uel adulationi certè datam, toto autem argumento deformem atq; improbam, in Codicem retuliſſe, & hac non iuris, ſed iniuriæ ſpecie, uniuerſum populum inexplebili aulicorum argentanginæ, deglubendos comedendosq; propinaſſe. Non enim abeſſe poteſt, quin emptores munerum publicorum eadem uendant pòſt, & nundinentur. Itaq; reƈtius totam hãc ſuffragiorum mercaturam poſtea Nou. 8. ſuſtulerunt. Sed iam ad propoſitum reuertamur. Siue igitur re conſtituta ſit certa obligatio [i], ut in mutuo, ſiue uerbis, ut in ſponſione, condici pecuniam neceſſe eſt: quia nec uendicari poteſt, cum non ſit agentis propria, ſed tantùm debita [k]: neq; ſequeſtrari: quoniã ab executione non eſt incipiendum [l], eoq; ſequeſtrationes regulariter ſint interdiƈtæ 4. per eas enim aufertur poſſeſsio nõ ſolùm in uoluntaria [m], ſed etiam in neceſſaria quandoq; [n], ut uniuerſali [o], ſaltem quo ad faƈtum poſſeſsionis [p], etiam ſi commodũ & ius eius ſaluum maneat [q]: & uerò indiſtinƈtè ſemper turbatur.

4. De prohibita ſequeſtratione pecuniæ.

a Ammia. Marcellin. lib. 22.

b l. 1. Cod. Theodoſ. eo.

c l. 2. l. 3. l. pen. ff. de condic. ob turp. cauſ. l. mercalem. C. eodem.

d uide §. 1. cum ſeq. in Auth. ut iudices ſine quoquo ſuffragio, hoc eſt, pecuniæ datione fiant. ubi incommoda recenſentur.

e l. ult. C. ad l. Iul. ambit. l. 6. & 7. ff. eod. tit. l. 2. de condiƈt. ob turp. cauſ. d. l. unic. de ambit. & tit. de concuß.

f l. generaliter. 26. l. ſtipulatio. 61. de uerbo. obligat.

u batur.

g l. ſi rẽ. 19. §. ult. de præſc. uerb. l. à Titio. ubi Dd. de uerb. obl. Aff. deciſ. 389. Bene. Straeb. de mercat. uerb. ſponſio. Iaſ. l. cũ ad præſens. 37. de reb. cred. h l. illicitas. 6. de off. præſ. l. 6. in fin. de offic. procõſ. & t. de cõcuß. l. ult. 5. de relig. et ſump. fun. i l. ubi. 75. de uerb. ob. l. certi. 9. ſi cer peta. k l. in rẽ. de rei uẽdi. uide l. id apud ſe. 134. de uerb. ſignif. l l. 1. 5. de execut. rei iudic. m l. intereſſe. ubi Bart. nu. 1. & 4 de acquir. poſſ. l. licet. ubi Bart. de poſ. Ferra. in for ſeq. uerb. audeat. nu. 1. n Nã regulariter cõtrà. Bart. d. l. intereſſe. & l. licet. Panorm. in c. examinata. nu 13. de iudic. & c. 1. de probib. ſeq. Dd. l. unic. h. t. Ancho. conſ. 248. ad prædiƈta. num 1. & 3. o Ang. conſ 107. num. 2. per glo. c. 1. de probib. ſeq. p l. poſſeßio. 42. de acquir. poſſ. q Bald. c. 1. num. 12. 13. 15. de ſeq. Cyn. in fin. Salic. nu. 2. Curt. nu. 49. C. h. t. Fulgoſ. l. ſi oleum. in princ. de dol. mal.

batur[a]. Nemini autem ſine iuſta cauſa, quę ſit legitimè cognita[b], poſſeſsio ſua auferenda[c], aut turbanda[d], ne quidē à iudice[e], proindeq; nec ſequeſtrāda eſt[f]: niſi ex cauſis iure definitis[g], riteq; cognitis[h]. Sunt & aliæ condictiones, quæ non tam ex uero mutuo atq; credito, quàm ex quaſi mutuo[i] oriuntur: ut cōdictio indebiti 5, perſonalis ſtricti iuris, qua repetitur, quod ut debitum ſolutū eſt, cùm nullo, aut ſaltem non efficaci iure deberetur: & ob cauſam dati 6 cauſa non ſecuta: aut ob turpem cauſam dati 7 condictio: niſi petitor in eadem hæreat turpitudine[k]. Item condictio 8 furtiua[l], qua res furto uel per uim ablata à fure uel raptore, horumq; hæredibus[m] exigitur. Et condictio ſeu actio perſonalis ex lege, quoties ex ipſa lege noua inducitur obligatio[n], condictioq; eius quod datum eſt ſine cauſa, uel ex iniuſta[o] cauſa 9. Hæ aūt actiones quia ex obligationibus 10 oriuntur[p], quæ perſonæ cohærent[q], ideo perſonales quoq; exiſtunt[r]: ita ut directæ tantùm dentur ei qui cōtraxit[s], & in eum qui ſe obligauit[t], etiamſi ceſſæ[u] uel utiles alijs dari poſsint: non tamen in alios quàm qui contraxerūt, ut dictum eſt, eorumq; hæredes 11: qui in ius uniuerſum ſuccedūt, perſonāq; iuris eandē repræſentāt[x]. proinde ex contractibus, quibus doli præſtatio, uel bona fides ineſt, in ſolidū tenentur[y], etiā ob delictū defuncti[z]: ex cōtractibus uero ſtricti iuris[a] perinde ac ex delictis[b], eatenus tātùm, quatenus ad eos peruenit[c]. Cæteros enim alienā obligationē ſuſtinere, fuerit iniquiſsimū. Quare nec uxor pro marito (nā contrà maritus ſaltē ut defenſor uxoris rectè cōuenitur[d]) nec mater pro filio, aut ecōtrariò 12, nec filius pro patre, aut pater pro filio emancipato 13 (aliter enim ſeruatur in eo qui in poteſtate eſt, ratione peculij[e]) nec libertus ꝑ patrono, nec ſeruus pro dño, etiā poſt manu-

a Ang. conſ. 107. Rom. cōſ. 158. circa nu. 2. Ancho. cōſ. 292. uideretur. nu. 2.
b l. ſi pacto. 14. cum ibi not. C. de pact.
c l. iuſtè. ubi Dd. de acquir. poſſ.
d tot. tit. uti poßid.
e l. iuſ. nu. 3. cum ſeq. d. l. iuſtè. Rom. conſ. 158. nu. 1.
f Curt. nu. 49. & Dd. in hac l. unic. & c. 1. 2. de probib. ſequeſt. Dec. conſ. 36. Ancb. conſ. 248. ad præ dicta. nu. 4. Schurf. cōſ. 6. & 15. cent. 1.

5. De condictione indebiti.
6. De condict. ob cauſam datorum.
7. De condict. ob turpem cauſam.
8. De condict. furtiua.
9. De condict. ex lege, ſine cauſa uel iniuſta cauſa.
10. De actionibus & obligationibus.
11. Vt actiones & ab hæredibus & contra hæredes incipiant.
12. Ne uxor pro marito, uel maritus pro uxore, uel mater pro filio conueniatur.
13. Ne filius pro patre, uel pater pro filio emancipato, uel libertus pro patrono, uel ſeruus pro domino conueniatur.

g his cauſas gl. & Dd. exponūt l. unic. h. t. h uide Dd. præalleg. Alexan. l. ſi fideiuſſor. §. ult. qui ſatiſd. cog. Bald. d. l. ſi oleum. Curt. hac l. unic. quæſt. 13. Ang. cōſ. 107. Rom. 158. Pariſ. coſ. 41. nu. 20. 30. uol. 1. Crauet. conſ. 28. nu. 3. uol. 1. i dixi ff. de condict. indeb. k l. 3. h. t. l l. ſiue. 10. h. t. m l. 5. h. t. n l. obligatio. 51. §. lege. de act. o de his omnibus ſ. dictum eſt, ff. eod. p l. ſicut. 5. h. t. q l. quis ergo. 17. de pecul. l. 3. pro ſoc. r l. cum. 13. h. t. §. ſic itaq; cum ſeq. Inſt. de actio. s l. 1. h. t. t l. 3. l. cum. 13. h. t. u d. l. 1. l. ſi in ſolutum. 6. l. ſi à creditore. 7. h. t. x l. antiquit. C. de uſufruc. l. ult. de hær. inſtit. l. hæres. de uſuc. No. 48. in princ. de iureiu. à mo. l. hæredē. 29. de reg. iur. y l. hoc iure. 152. §. ult. de regul. iur. z l. 1. §. 1. l. ſi hominē. 7. depoſ. l. ex depoſito. 12. de actio. a l. quæſitum. 8. §. ult. de preca. §. 1. uerſic. aliquando. Inſt. de perpet. & temp. act. b l. 3. §. j. unde ui. l. in hæredem. de calum. l. in hæredē. de dol. mal. l. uideamus. quod met. cauſ. c l. ſi init. 38. de reg. iur. d. §. 1. uerſ. aliquando. Inſtit. de perp. & temp. act. d §. patitur Inſt. de iniur. l. maritus. C. de proc. e uide ĩ. & ff. et Inſt. quod cū eo qui in alie. poteſt.

manumiſsioně 14, neq; tutor pro pupillo [a], ſaltē ut de ſuo diſſoluere cogatur [b]: nec debitor uice creditoris 15, niſi in ſubſidiū, nomine in ſolutū dato [c], & à fiſco [d] conueniri poteſt. Hæredes tñ, q ꝓ hæreditarijs portionib. onera hæreditatis ſuſtinēt [e], efficaciter nomine defuncti ex cōtractib. illius, ꝓ ſua tñ quiſq; parte cōueniuntur 16: nō etiā ex delictis 17, ſuprà q̄ ad eos ꝑuenit inde [f], ſicut diximus: niſi lis fuerit cū defuncto cōteſtata [g]. Nā cōteſtatio quaſi q̄dā cōtractus [h] rē in hæredes etiā ex delicto [i] trāſmittit [k]: capitalib. publicis iudicijs tñ exceptis [l]. Sed & q ſe ꝓ alio ſoluturū cōſtituit, rectè cōſtitutam pecuniā 18 exigitur: uelut ex ſuo ipſius debitā cōtractu, quodā ꝑtorio tāquā recepto [m]: unde receptitia olim dabatur actio [n], hodie cōſtitutoria [o] hoc nomine, etiā contra hæredes cōſtituentis [p], ut ex alio quouis cōtractu [q], præſtò eſt iuris ꝑtorij [r] actio. Cæterùm omnis cōtractus q a facti eſt [s] (quod nō pręſumitur, ſed ꝓbatur [t]) in omnib. iſtis actionib. quę ex cōuentione dātur, ſiq̄dē negetur interceſsiſſe (nā cōfeſſa ꝓbatione nunquā opus habēt [u]) probari idoneè debet 19: puta teſtib. 20, aut inſtrumētis 21, etiā apochis [x], antapochis [y], & ſimilib. priuatis ſcripturis [z]: quæ cōtra ſcribētē ꝓbāt [a], ſi cū geſtis rebus & ueritate cōſonent. Nā plus ualere debet qđ reuerà actū eſt, q̄ qđ ſimulatè ſcriptura cōceptū 22. Etenim & cōtra ſcripturā, quæ tātùm præſcriptioně iuris [b], nō fictioně ſeu præſumptioně iuris & de iure inducit, recipitur ueritatis ꝓbatio [c]: quæ ne q̄dē errorib. geſtorū & actorū publicorū uitiatur [d]. Qđ iure noſtro obtinet, quoties fides inſtrumēti arguitur [e]: inprimisq; ſi teſtes adſcripti negent ſe adfuiſſe [f]. Nam cū de fide tabularū nihil dicitur, aduerſus ſcripturā interrogari teſtes nō poſsūt [g], etiāſi nūc uſu aliter ſeruetur [h]: ſcriptura tñ amiſſa, rectè teſtib. qđ geſtū eſt ꝓbatur [i], etiā in ijs q̄ nō niſi ſcriptura ex legis diſpoſitiōe [k] uel partiū cōuētione [l] ꝑficiūtur [m]. Re quoq; cōtrahitur ꝑ commodatū, quo uſus rei gratis creditur & cōmodato datur: idq; nomē indicat, qđ dationē rei requirit. Itē & ꝑ pignus, quod in ſecuritatem rei creditæ per cōſenſum nectitur [n]: unde cōmodati 23, & pignoratitia, 24 actiones perſonales naſcūtur: quæ condictiones propriè nō ſunt, quoniā his certa res dari non petitur, ſed potius reſtitui. Iſtis enim

u 2 contra-

14. An ſeruus pro ſuo facto poſt manumiſsionē teneatur.
15. Quando fiſcus uel priuatus debitoris ſui debitores exigere poſſit.
16. De hæreditarijs actionib.
17. Ex delictis defunctorū in quantū hæredes cōueniantur.
18. De conſtituta pecunia.
19. De probationib.
20. De teſtibus.
21. De fide inſtrumentorū, & amiſsiōe eorū, & apochis & antapochis faciendis, & de his quæ ſine ſcriptura fieri poſſunt.
22. Plus ualere quod agitur, quàm quod ſimulatè concipitur.
23. De cōmodato.
24. De pignor. act.

a l.1.ꝗ. quand. fiſ. uel priuat.
b uide glo. d.l.1.
c l.2.3.4.5.h.t.
d l.2.3.h.t. Nouel.128.
e l. .tit. proxim. l. ea quæ. ꝗ. fam. herciſc.
f l.unic. in fin. hoc tit.
g l.oēs. de act. l.unic. h.t.
h l.3.§.idē.8. de pecul.
i l.ex cōtractib. 4 .de oblig.
k ut hac l.unic. §. pœnales. Inſt. de perp. & tēp. act. l.ſi eū. §. iniuriarū. de caut.
l l.ex iudiciorū. 10. de accuſ.
m tot. tit. de recept.
n l. .h.t.
o l.2.h.t. Cuiac. ff. eod.
p l.1.h.t.
q l.2. ubi Dd. C. de pac. int. emp. d.l. ex cōtractib. de obligat.
r l.ult. eod. §. de conſtituta. Inſt. de actiō.

s l.cōſilio. in fin. de cur furioſ. t l.ſi ne.12.C. de probat. l.aſſueratio. 10.ꝗ. d nō nu pec. u c.1.2. de confeſſ. in 6. x l.plures.18.h.t.ꝗ. de apoch. y d.l. plures.18. z l.1. .5. de probat. a l.Publia.§.ult. depoſ. b dixi ff. de fid. inſtrum. l.ab ea parte. de probat. §.ult. Inſt. de fideiuſ. c l.1. quē. teſt. aper. l.cū Ioānes.10. de fid. inſt. d l.illicitas.6.§.ꝗ. de offi. præſid. e l.ult. h.t. plus uale. d.l.1. quē. teſt. f d.l.1.c.3. de probatio. g Paul. li.5.t.15. h uide Dd. l.in exercēdis.15.h.t. de fid. inſtr. Mynſ. obſ.39. cēt.4. i l.4.5.6.7.8.10.11. ult. h.t. de fid. inſtr. k uide gl. c.1. de cēſi. in 6. l l.cōtrac.16.h.t. m l.2.ꝗ. de teſta. n l.1. de pig. act.

contractibus res creduntur tantùm quo ad uſum, nó quo ad proprietatem: eoq́; non petitur res condictione dari [a]: utpote quæ alienata non ſit: ſed tantummodo reddi & reſtitui. Eſt etiam cum in creditũ itur, non tam reſpectu contrahẽtis, quàm intuitu eius cuius nomine mandatuḿ; cõtrahitur. Vnde licet eædẽ perſonales actiones, de quibus diximus, exiſtant: tamen quia contra alium dantur, quàm qui cum eſt contractum, eo nouas qualitates & ob id noua quoq; nomina ſortiuntur: ut eſt actio in eum qui inſtitorem præpoſuit inſtitoria: & ex pacto magiſtri nauis ſeu nautæ, uelut maritimi inſtitoris, in exercitorem, ad quem quęſtus nauis redit, exercitoria 25. Item ex illo, quod cum eo qui alienæ poteſtatis eſſet, geſtum eſt, in dominum aut patrem actio de peculio: quod iuſſu, de in rẽ uerſo 26. Serui enim & filijfamiliâs contrahendo quęrunt actiones patri & domino 27: ut nõ mirum ſit, ex ijſdem conuentionibus aduerſus eoſdem agi: niſi uidelicet hi ipſi qui pepigerunt, non teneantur, aut exceptione aliqua iuuari poſsint: puta pater [b] & filius [c], eiusq́; fideiuſſor [d] & hæres [e], exceptione S.C. Macedoniani 28, quod mutuũ dari filiofa. inuito patre [f] prohibet [g], extra neceſſarios ſumptus, qui patris oneribus incumbant [h], & quos eius pietas nõ recuſaret [i]. Mulier [k], eiuſdemq́; hæres [l] & fideiuſſor [m], beneficio S.C. Velleiani 29, quod mulieres pro alijs intercedentes (id enim uirile officium eſt [n], & fragilitati bonisq́; infirmi ſexus damnoſum [o]) obligationi eximit: niſi in dolo reperiantur [p], uel legitimo modo huic beneficio renũciarint [q]. Quilibet deniq; debitor, mercatoribus (ut quidã putãt [r]) exẽptis, exceptione nõ numeratę pecunię 30, ex cauſa dotis & mutui [s], ut uolũt noſtri [t]: ut ego exiſtimo, ex quolibet contractu [u], olim quinquennali, hodie biennali [x]: quæ tamen ciuitatibus ac ſimilibus diutius durare creditur [y]. Itẽ cõpenſationis 31 uſurarũ illicitarũ 32 [z], uel non promiſſarũ [a], aut per extinctionẽ principalis obligationis peremptarũ [b], nauticiq́; fœnoris 33: quod ob ſuſceptũ traiectionis periculũ maius eſt [c], & nudo pacto debetur [d]: de quib.

omnibus

a §. appellamus. Inſtit. de actio.
b l. penul. h. t. l. ſed ſi. 9. §. non ſolum. 3. D. eod.
c l. item. 7. & paſſim, ff. eo.
d d. l. ſed ſi. §. non ſolum. D. eo.
e d. l. item. §. quanquã. 7.
f l. 3. hoc tit.
g l. 1. & t. t. D. eo.
h l. 2. hoc tit.
i l. 5. hoc tit.
k l. 1. 2. 3. & to. tit. D. eod. & hoc tit.
l gl. & Dd. l. ult. hoc tit.
m l. mulierem. 14. h. t. l. 6. cod.
n l. alienam. C. de procur. §. patiatur. Inſt. de uiu.
o l. 1. h. t.
p l. 2. eod.
q l. ſi mulier. 22. C. eo. c. cum contingat. de iureiur.
r Iaſ. in l. qui pecuniam nu. 6. ſi cert. peta. uide Stracha. de mercat.
s l. generaliter. 13. cum l. ſeq. h. t.
t Dd. l. in cõtractibus. 14. l. 6. h. t.
u l. 1. 2. 3. & paſſim. hoc tit.
x d. l. in contractibus. 14. hoc tit.
y Iaſ. l. ciuitas. num. 17. ſi cer. peta.
z l. eos. 16. hoc tit.
a l. 3. hoc tit. l. Titius. 26. de præſcrip. uerb.
b l. 4. hoc tit.
c l. eos. 26. §. 1. hoc tit. de uſur. l. 7. l. ult. hoc tit. de nau. fœn.
d l. in quibuſdam. ff. eo. uide Cuiac. lib. 9. obſ. cap. 28.

25. De inſtitoria & exercitoria actione.
26. Quod cũ eo qui in aliena eſt poteſt. negocium geſtũ eſſe dicetur, uel de peculio, ſeu quod iuſſu, uel de in rẽ uerſo.
27. Per quas perſonas nob. acquiratur.
28. Ad S. C. Macedonianũ.
29. Ad S. C. Velleianum.
30. De non num. pecunia.
31. De cõpenſationibus.
32. De uſuris.
33. De nautico fœnore.

omnibus ſæpenumerò in rebus creditis, quarum mentio modò facta eſt, quæri ſolet: & quæ, ſicuti contrahentibus ipſis, proſunt, nocentq́; : ita & ijs qui per eorum latus conueniũtur, commodare & obeſſe debẽt. Depoſitum quamuis res quoque credita ſit, req́; credita obligationem & actionem producat 34: tamen compenſationes, & ſimiles exceptiones, de quibus dictum eſt, in eo minus frequentantur: quoniam ſine mora compenſationis, obiectuq́; eiuſmodi exceptionum, depoſitum eſt reddendum [a]. Quare in hoc rerum creditarum tractatu, ultimo loco de depoſito agi non eſt inconueniens. Et ex his quidem contractibus, qui rebus conſtant creditis, tã quo ad ꝓprietatem, quàm quo ad uſum, condictiones & actiones perſonales oriuntur. Cõtractus porrò qui conſenſu perficiuntur, etſi rem quoque uelut cauſam ſine qua non, ſeu potius materiam de qua cõtrahitur, ad ſui perfectionem deſiderant [b]: tamen quia non re, ſed cõſenſu pręcipuè, tãquam principali cauſa efficiẽte, in his cõſtituitur obligatio: ideo à principaliore fit denominatio [c], & cõtractus qui cõſenſu conſtant, appellãtur [d]. Ex his autẽ oriuntur actiones perſonales: ex mãdato quidem, quo per conſenſum alter alterius mandatum exequẽdum ſuſcepit [e], non uniuſmodi actio, ſed duplex, directa ſcilicet, & cõtraria 35: quarum illa mandanti, ut principaliori, & tanquam contractus domino [f] datur, hæc mandatario, uelut inferiori & miniſtro: excepto ſi quid ſeruo aut à ſeruo ſit mandatum 36, qui cũ actio eſſe non poteſt [g]. Ex ſocietate uerò, qua res operæq́; pluriũ cõſenſu, lucri ex negociatione quærendi cauſa communicãtur, uniformis pro ſocio actio 37, quæ omnibus ſocijs, cum omnes pari uelut fraternitatis iure ſint [h], pariſormiter quoq; competit & datur. Ex emptione & uenditione 38 eâdem ratione naſcitur utrinq; par & directa actio: ſiue res corporalis mobilis aut ſoli ſit uendita, ut equus, fundus: ſiue incorporalis, ut hæreditas, actio 39, &c. dum ne tamen uenditæ ſint merces quæ uenire prohibentur 40, aut exportari 41: ut eunuchi in Romano imperio contra legis interdictum [i] facti 42, & liberi homines quamuis filijfamiliãs 43: aut niſi reſciſſa ſit aliquo caſu uenditio 44 ob metum [k], dolum [l], deceptionẽ ultra dimidiũ iuſti precij [m], &c. uel mutuo cõſenſu, aut rebus inuicẽ retrò traditis atq; redditis [n], ab ea diſceſſum 45: uel iniuſta & nulla ob defectũ ſubſtãtię aut ſolẽnitatis exiſtat 46:

u 3 ut quan-

34. Depoſiti, uel contrà.
35. Mandati, uel contrà.
36. Si ſeruus extero ſe emi mãdauerit.
37. Pro ſocio.
38. De contrahenda empt. & uendit.
39. De hereditate uel actiõe uendita.
40. Quæ res uendi nõ poſsũt, & qui uendere uel mercari uetãtur.
41. Quæ res exportari nõ debeant.
42. De eunuchis.
43. De patribus qui filios diſtraxerũt.
44. De reſcindenda uẽditione.
45. Quãdo liceat ab emptione diſcedere.
46. Si propter publ. pẽſitationes uenditio fuerit celebrata.

a *l. ſi quis. 11. hoc tit.*
b *l. nec empt. 8. de contr. empt.*
c *l. 1. in prin. ubi gl. et Dd. de uer. ob. ubi Iaſ. latè, et l. imperiũ. de iuriſd. Fel. in rub. ex͂. de offic. dele. c. inter dilectos: de fid. inſtr. Inn. c. ſolitæ. de maio. & ob. Tiraq. de retr. prox. §. 30. gloſſ. 2. num. 15.*
d *l. 2. de obl. et act. t. t. Inſt. de obli. quæ ex cõſenſ. l. 1. ĵ. de rer. per mut.*
e *l. 1. D. eod.*
f *l. 5. cum ſeq. mand.*
g *l. uix certis. 53. de iudic.*
h *l. uerũ. 64. in prin. pro ſoc.*
i *l. 4. in fi. ad l. Cor. de ſica. uid. No. 142.*
k *l. 1. hoc tit.*
l *l. 5. l. dol9. 10.*
m *l. 2. hoc tit.*
n *l. ab emptione. de pact. l. 1. hoc tit.*

ut quando prædia ob ceſſationem collationum & tributorum publicorum, iniuſſu & abſque decreto magiſtratus diſtrahuntur[a]. Intereſt enim reipubl. huiuſmodi in alienatione, authoritatem & cognitionem magiſtratus interuenire: quo ſcilicet prouideat, ne cum aliquo Reipublic. incommodo iſtiuſmodi fundi diſtrahantur: puta ne fortè tranſeant ad emptorem aliquem ſolutioni cenſuum minus idoneum, ſine cenſu publico fundis impoſito[b] uel reliquis (hoc eſt reſiduis penſionibus, quæ Reipubl. ex uectigalibus debentur) quorum abſque onere prædia comparari nulla pactione[c] poſſunt 47. Vt enim commoda rei emptæ ad emptorem pertinent: ſic & pericula oneraque realia 48, præſertim publica, eundem agnoſcere, nec ſine iſtis fundum Reipubl. obnoxium comparare par eſt[d]. Sed ubi firmus eſt emptionis contractus, oritur (ut dictum eſt) hinc duplex actio: altera uenditi, quæ uenditori: altera empti, quæ emptori horumq; hæredibus[e] datur 49: aut ei cuius nomine contractum eſt 50, non etiam illis, quorum pecunia res empta eſt[f]: niſi miles ſit[g], minor[h], uxor[i], eccleſia[k], uel etiam ſi ex pecunia dotali res empta ſit[l]: ſaltem ut ex conuentione[m] uel in ſubſidium[n] actio detur: nec ob inopiam debitoris aliter hæ perſonæ priuilegiatæ ius ſuum conſequi poſsint[o]. Sed nec illi ſemper ex hoc contractu datur actio, cuius res inuiti fortaſſis eſt ab altero diſtracta. Poteſt enim uendi etiam aliena 51, aut communis 52, aut hypothecata 53: ex quo tamen contractu præter contrahentes, dominus rei, ſocius, aut ij quorum intereſt, perſonaliter agendi (nam actionibus realibus non ex pactione, ſed iure dominij rem ſuam perſequi poſſunt[p]) nullum ius conſequuntur, ſicuti nec ullum amittunt: iuxta regulam, Res inter alios actas alijs nec obeſſe, neque prodeſſe[q]: niſi fortaſſe aliud pactis ſit conuentum, quæ ſeruanda ſunt 54: uelut lex contractus[r], quo caſu etiam tertio conuentiones proſunt: ut ſi ſeruus exportandus uenierit 55, aut ne pro-

ſtituatur

a l. 2. cum Authentica ſequenti & 3. hoc tit.
b uide D. de cenſib.
c l. ult. h. tit.
d l. cum per. 7. & ll. ſequen. C. ſi quis alteri uel ſibi ſub alterius.
e l. 2. infrà de pact. inter empt.
f l. . 4. 5. 6. hoc tit. l. ex pecunia. 12. infrà de iur. dot. l. ult. infrà de ſeru. pign. da.
g l. ſi ut. 8. ſuprà de rei uend. l. 1. inf. de caſtr. pecul. lib. 12.
h l. curator. infrà arbi. tut. l. 2. quan. ex fac. tuto.
i l. uxor. 55. de donat. inter uir.
k gl. d. l. uxor. Bartol. Salicet. & Dd. in d. l. 8. ſupra de rei uend. per l. orphanotroph. ſuprà de epiſcopis & cleric. l l. ex pecunia. infrà de iur. dota. m l. res quæ. l. it. 2. de iur. dota. n d. l. uxor. o Bartolus & Dd. quamuis Salicetus contrà, d. l. ſi ut. 8. ſuprà de rei uendic. per d. l. orphanotroph. l. filiæ. de ſolut. Socin. conſil. 2 4. numer. 2. uolum. 2. Baldus d. l. ex pecunia. infra de iur. dot. p l. mater. 4. cum ſimil. ſuprà de rei uendic. q tot. tit. infra, res inter alios actas, &c. r l. 1. §. ſi conuenerat. de poſ. l. contractus. de reg. Il. iur.

47. Sine cēſu uel reliquis fundum cōparari nō poſſe.
48. De periculo & commodo rei uēditæ.
49. De actio. empti & uenditi.
50. Si quis alteri uel ſibi ſub alterius nomine uel aliena pecunia emerit.
51. De reb. alienis nō alienādis, & de prohibita rerum aliena tio. uel hypotheca.
52. De communi rerum alienatione.
53. Rem alienam gerētib. non interdici rerum ſuarum alienatione.
54. De pactis inter emptorem & uenditorem cōpoſitis.
55. Si ſeruus exportandus ueneat.

ſtituatur 56, aut ut manumittatur 57. Huiuſmodi namq; pacta nocere & prodeſſe tam domino[a] quàm ſeruo[b], certi iuris eſt. Sed & propter emptionem ædilitiæ actiones dantur 58: de redhibitione, & æſtimatoria[c] quanti minoris[d]. Redhibere, eſt rem emptam propter uitium reſtituere[e]: redhibitio, uẽditionis reſolutio[f]. de qua re quáquam etiam ciuili actione empti poſsit agi[g]: tamen utraque hac actione pœnali[h] (nam in duplum fit condemnatio, niſi arbitrio pareatur[i]) & ideo[k] temporali[l] honoraria plenius conſulitur[m]: ſi uel uitium rei tempore uenditionis tacitum ſit[n], uel res ſupra modum commendata[o]: uel non repromittantur ea, quæ in rebus uenalibus edictum repromitti iubet[p]. Itẽ de monopolijs & cõmercijs emptionum illicitis 59. Monopolium (ut nomen indicat) eſt, quoties ad unum aut paucos contrahitur emendi uendendiq; poteſtas: quod quandoquidem eſt contra bonũ publicum[q], ideo nedum pacta[r], ſed & ſtatuta & iuramẽta quę monopolium ſapiunt, nullius momẽti ſunt, nec quẽquam obligãt[s]: etiam intercedente principis reſcripto[t]. In idem pœnè uitium incidit, ſi pactum fiat aut coniuratio, ut ſpecies alicuius mercis & negociationis non minoris quàm inter ſe paciſcẽtes ſtatuerint, uenũdetur[u]. Illud intereſt, quòd exilio & publicatione bonorum, hoc eſt, deportatione punitur monopolium[x]: at hæc fraus taxandi precij mulcta 40. librarum auri[y]: qua etiam tenẽtur artifices, ergolabi, hoc eſt, operum redemptores, & balneatores, ſi paciſcãtur ne quis inchoatũ aut ſuſceptum ab altero opus, perficere poſsit[z]. Pręterea de nũdinis & mercationibus 60: quarũ illud ius eſt & priuilegiũ, ne quis concurrentiũ in nũdinis conueniatur[a]: niſi delinquendo priuilegiũ harum rũpat[b] (unde nec banniti hoc priuilegio fruuntur[c]) uel ibidem cõtrahat[d]. Sed nec ob locum occupatum, ubi in nundinis uenum exponitur, tẽporalis aliquis quæſtus de mercibus & uenalitijs, hoc eſt, ſeruis uenalibus q in merce nõ ſunt[e], exigi debet[f]. Exiſtũt etiã hoc in argumẽto quæſtiones & iudicia de uectigalibus & commiſsis 61, hoc eſt bonis ob fraudem

56. Si mancipium ita uenierit ne proſtituatur.

57. Si manci. ita fuerit alienatum ut manumittatur.

58. De ædilitijs actionibus.

59. De monopolijs, & conuentu negociatorũ illicito, uel artificum ergolaborũ, nec nõ balneatorum prohibitis illicitisq; pactionib.

60. De nũdin. & mercationib.

61. De uectigal. & cõmiſsis.

a l.1. 2. t.tit. ſi mancip. ita fuer. alien. l. Titius. ff. de ſeru. expor. & l.fi. ſi ſer. expor. uen.
b l. 3. de ſeru. expor. l.1.b. tit. ſi manci. l. diuus de iur. patr.
c l.ſi quid.18. l. iuſtiſsimè. 44.cod.
d uid. Paratit. ff. de ædilit. edict.
e l. redhibere. 21.cod.
f l. Poponius. 12. §.prætere. ea. de acqui. poſſeſſ.
g l. 11. l. Iulianus.14. de actio.empt.
h l.23. §. ſi ſeruus. l.45.eo.
i l. redhibitoria. 45.cod.
k l. in honorarijs. 34. de obligat.
l l.28. 38.cod.
m l.1.§.cauſa.l. 44.§.1.
n l.32. & paſſim eod. o l.ſi quid.18.cod. p l.ſi uenditor.28.l.quod ſi.31.§.19.eod. q Ariſt. Polit. 1.cap.7. Plin.lib.6. cap.37. Sueton.in Tib.cap.30. r l.unic.h.tit. s Bald.l.4.in fi.C. de reb.cred. t l.unic.hoc tit. u d.l.unic. x d.l.unic. y d.l.unic. z d.l.unic.
a l. unica, in fin. hoc tit. b Baldus hic, numer.3. c Baldus hic, per l.relegati. l. diuus. de pœn. d l.hæres.19.§.proinde.2.de iudic. Salic. hic. e l.mercis. de uerbor. ſignific. l.1.§.1. de trib. act. f l.unic. hoc tit.

z l. litẽ. 17. de rece. arb.
a l. 3. de ceß. bo.
b l. 5. eo.
c d. l. 3. 5. l. 2. 3. h. t.
d d. l. 3. 5. 6. eo.
e d. l. à diuo Pio.
f l. 4. h. t.
g l. ul. h. t. d. l. à diuo Pio. §. 1. 2.

72. De bonis authoritate iudicis poſsidẽdis ſeu uenundãdis, & de ſeparationibus bonorum.

73. De priuilegijs fiſci.

74. De priuilegio dotis.

75. De reuocandis his quæ in fraudẽ creditorũ alienata ſunt.

creditoribus, bonorum debitoris poſſeſsio, aut permiſſu eorundem uenundatio: in qua fit etiam bonorum interdum [a] ſeparatio 72, creditorumq́; in executione uel uenditione concurrentium priuilegia admittuntur & examinantur: puta fiſci 73, dotis 74, & ſimilium, qui propter aut expreſſam, aut tacitam hypothecam, aut perſonale quod habent priuilegium, reliquis creditoribus præferuntur [b]. Sed & reuocari in priſtinum ſtatum à quolibet poſſeſſore, fraudis tamen conſcio [c], aut ex titulo lucratiuo poſſidente [d], unà cum fructibus, omniq́; cauſa [e] poſſunt ea quæ in fraudem creditorum alienata probantur 75, non tan'rùm actione Pauliana petitorij iudicij prætoria [f] reali [g], uel ſi in perſonam eſt [h], ſaltem in rem ſcripta [i]: eæterùm annali [k], & poſt annum, de eo quod ad reum peruenit [l] perpetua, & in hæredes tranſeunte [m], ad repetendum dominiũ rerum fraudulenter alienatarum [n], uerùm multo etiam magis interdicto poſſeſſorij iudicij fraudatorio ad reuocandam ſolùm poſſeſsionem [o]: quod à Pauliana multum diſtat [p]. Nam hoc genus, ne poſt rem iudicatam lis ex lite texatur [q], plerunque cognitionibus & interlocutionibus iudicum ſummarijs [r], atq; adeò etiam interdictis cũplurimùm expeditur: quæ extraordinaria ſunt [s], & ſummaria [t], quanquã plena ſui cognitione [u] perpurgetur.

LIBER VIII.

1. De interdictis.

2. Quorũ bonorum.

3. Quorũ legatorũ.

4. Vnde ui.

5. Si per uim uel alio modo abſentis poſſeſsio turbata ſit.

ETenim per interdicta 1 potiſsimùm poſſeſſoriæ & ſummariæ quæſtiones diſceptantur eiuſmodi, & aliæ omnis generis: ut de poſſeſsione bonorum 2, à defuncto agenti relictorum, interdicto Quorum bonorum agitur: uel legatis 3, interdicto Quorum legatorum: de recuperãda per uim ablata poſſeſsione, interdicto Vnde ui 4: de retinenda uiolẽter aut clàm 5 pturbata rerum

B tam

a uide ff. de ſeparat.

b uid. l. cũ bona. 16. cum ll. ſequen. de reb. author. iud. uend.

c l. qui autem. 6. §. penult. l. qui à debitore. 9. quæ in frau. cred.

d l. penult. h. t.

e l. ait. 10. tit. eod. l. uideamus. 38. §. in Fauiana. de uſur.

f l. 2. hoc tit. l. ait. 10. eod. Theoph. §. item. 6. Inſt. de action.

g d. §. item. 6. ubi inter reales refertur. & in uerb. petere, quod realem ſignificat. l. actio. 28. de oblig. & ibi Theoph. qui uocat in rem actionem.

b glo. & Dd. d. §. item. per l. 1. §. hæc actio. 18. ſi quid in fraud. patron.

i Iaſ. Fab. & Dd. d. §. item poſſet dici, aduerſus doloſum eſſe perſonale ex maleficio, aduerſus titulo lucratiuo poßidentem eſſe realem: quia ex nuda eius poſſeßione datur.

k l. quod. 6. in fin. eod.

l l. ait. 10. §. hæc actio. eod.

m d. l. ait. §. hæc actio. 18.

n d. §. item. Inſtitut. de action. l. hac in factum. 14. l. ait. 10. eod. l. ſi ſciens. 26. de contrahenda emptione.

o l. ait. 10. in princip. eod. titul.

p Cuiac. lib. 5. obſer. cap. 17.

q l. 3. in fin. ſuprà de fruct. & lit. expenſ.

r d. l. à diuo Pio. §. ſi ſuper. de re iudica.

s §. ultim. Inſtit. de interdict.

t Bartol. l. momentariè. numer. 2. ſuprà unde ui. tot. tit. ſuprà ſi de mom. Bald. l. ult. ſuprà de edict. diui Adrian. tollen.

u Panorm. in cap. conſultationib. in fin. de offic. deleg.

tam ſoli quàm mobilium[a] poſſeſsione, interdicto Vti poſſidetis 6. Sunt etiã iudicia poſſeſſoria, prodita de exhibendis teſtamenti[b] tabulis 7, liberis 8, uxore[c], pignoribus, ex Saluiano interdicto, & ijs quæ precariò data ſunt, ex bono & æquo reſtituendis 9: de ædificijs priuatis 10 probandis, ædificandis[d], reficiendis[e], uel ob nunciationem cui paritum non ſit, uel quòd iniuria noui operis probata ſit, non etiam negociandi cauſa[f] demoliendis 11, mutandis[g], iuſto interuallo diſtinguendis[h], muniendis[i], ruri præſertim & loco periculoſo, non etiam deſpoliãdis[k]: de publicis operibus 12 inſtaurandis[l]; aut de nouo (permiſſu tamen Principis) inchoandis[m], & ſumptu partim publico, nempe tertiæ partis redituum Reipubl.[n] partim ab incolis collato[o], & periculo architectorum, ſi intra quindecim annos uitium apparuerit[p]: & de ædificijs publicis[q] priuatis ue[r] hoc nomine emendis, diruendis, ornamentis transferendis[s], titulis & imaginibus aut tollendis[t], aut cum authoritate tamen Principis (alioqui Maieſtas uiolatur[u]) imponendis: de uſu publici operis, quod in priuatorum ſolo ædificatum ſit, ijs concedẽdo[x], in reliquis etiam quo ad celebrandas nuptias[y], inhibendo[z]: de priuatis tabernis in palatio factis permittendis aut demoliendis[a]: & ne prius noua opera publica inchoentur, quàm uetera perficiantur[b]: de rationibus 13 ac inſpectionibus eiuſmodi operum, ſine publico priuatoq; ſumptu, à cuiuſque ciuitatis patribus, hoc eſt, magiſtratibus & ſenioribus, quorum curæ ea committuntur, faciendis[c]. Eſt tamen cum executio, de qua dicere cœpimus, impeditur aut tollitur. Impeditur, cum debitor uolenti creditori pignoribus, fideiuſſoribus, nouis ſtipulationibus cauet, uel alioqui excipit. Tollitur ſicut omnis obligatio[d], quando condemnatus rei iudicatæ ſolutione uel uera uel ficta, puta nouatione, &c. ſatisfacit: de quibus reſtat ut deinceps exponatur. Pignus 14 in rebus mobilibus dicitur propriè cõſtitui, hypotheca in immobilibus[e]. Eſt autem pignus aut conuentionale, aut prætorium, aut iudiciale. Conuentionale conſtituitur tam expreſsè, per conuentionẽ hominis[f], quàm tacitè, per diſpoſitionẽ legis 15, quomodo bona eorum qui cẽſentur, uice pignoris tributis

6. Vti poſſidetis.
7. De tabulis exhibendis.
8. De liberis exhibẽdis.
9. De precario & Saluiano interdicto.
10. De ædificijs priuatis.
11. De op. nou. nunc.
12. De op. publ.
13. De ratiocinijs operũ publicorum, & de patribus ciuitatum.
14. De pignor. & hypoth.
15. In quibus cauſis pignus tacitè contrahitur.

a uide ff. eod. quor. bono. cum tit. ſeq.
b l. unic. h. tit.
c l. ul. ubi Dd. hoc tit.
d l. 1. 3. 5.
e l. 4.
f l. 2. C. ædific. priuat.
g l. 1. 3. h. tit.
h l. 9. l. penul. hoc tit.
i l. per prouincias. 10. h. t.
k l. 2. 6. 7. 8. h. titul.
l l. 1. 2. 3. 4. 5.
m l. 4. l. nemo. 12.
n l. 10. C. de operib. publ.
o l. 1. l. omnes. 11. h. tit.
p l. omnes. 7. hoc tit.
q l. ædificia. 13. cum ll. ſeqq.
r l. ſi quãdo. c.
s l. nemo. 12.
t l. ſi quando. 15.
u l. ſi qui. 9.
x l. turres. 17.
y l. pen. h. tit.
z l. antep. penult.
a l. 16. h. tit.
b l. ult. h. tit.
c l. unic. h. tit.
d in princip. Inſtitut. quibus modis tollatur obligatio.
e §. item Seruiana. Inſtitut. de action. l. pleb. 237. §. fina. de uerbor. ſignificat. l. ſi rem. §. 1. de pignoratitia actione.
f l. 1. de pignor. act.

tributis obligata ſunt[a], illorum qui cum fiſco contrahunt, eidem[b]: poſſeſsiones omnes uectigalibus non tantùm ordinarijs, ut decimis[c], ſed etiã indictionibus extraordinarijs[d]: & fortaſsis etiã pro annuo canone, quãuis id alij negent[e], fructus prędiorum ruſticorum[f]: illata in prædium urbanum penſionibus[g]: res dotales neceſsitatibus primipili[h]: bona mariti pro tutela coniugis[i]: nauis, domus, aliàue res quælibet, nummis in reſtitutionem refectionemq; illius mutuò datis[k]: bona prælatorum[l], tutorum & curatorum etiam, magiſtratuum aliorumq;[m] adminiſtrationi[n], etiam patris quo ad dolum (non etiã culpã[o]) lucrumq; prioris coniugij[p] liberis conſeruandum: ſicut & matris[q]: bona deniq; maritorum doti[r], alimentis[s], paraphernalibus[t], donationi propter nuptias uxoris[u]: bona furis & aliorum delinquentium, pro malè ablatis[x]: teſtatoris pro legatis & fideicommiſsis[y]: fundus aſsignatus alimẽtis, pro his ipſis[z]: hæreditas legitimæ[a]: res empta pecunia militis[b] uel pupilli[c], his quorum eſt pecunia. quòd non obtinet in alijs, qui ad emendam rem mutuum dant. non enim tacitam in re empta hypothecam habent[d], pręterquam in militia empta[e], ſed tantùm priuilegium perſonale[f]. Conſtituitur autem omne pignus

a l. 1. h. tit.
b l. 2. h. tit.
c Negu. de pignor. parte 2. memb. 4. num. 126.
d l. impp. ubi Bart. de publia. Iaſ. poſt Aretin. in l. apud Iulianum. §. hæres. de legat. 1. Bald. l. 1. §. qui ſi nemo. quod cuiuſ. uniuer. Neguz. nu. 125. Socin. conſi. 243. Tho. de collect. in princip. numer. 3.

e Neguz. de pignor. parte 2. memb. 4. num. 126. f l. 3. h. tit. g l. 4. de pac. l. ult. h. tit. Neguz. ibid. num. 128. h l. 4. h. tit. i l. penul. h. t. l. 2. C. quan. mul. tu. off. k l. 1. D. eod. Neguz. nu. 161. l Neguz. de pign. part. 2. memb. 4. nu. 126. m l. ſi nutu. ad municipa. gloſ. l. 2. h. t. Neg. ib. nu. 119. n l. pro officio. C. de adm. tut. uid. Neg. nu. 123. 124. o l. cum oportet. §. ult. & §. non autem. ubi gl. Bart. Bal. C. de bon. quæ lib. Neguz. de pign. 2. part. 4. membro. num. 13. p l. ſi quis prioris. §. in illo. ſuprà de ſecun. nup. Neguz. præall. loc. num. 19. q l. hac edictali. §. omnibus. C. de ſecund. nupt. Neguz. ibid. num. 20. r l. unic. §. & ut plenius. C. de rei uxo. act. l. aßiduis. C. qui potior. s Angel. §. fuerat. Inſtitut. de action. Socin. conſil. 41. uolum. 4. per l. Lucius. qui pot. in pign. Neguz. ibid. num. 51. t Iaſ. in d. §. fuerat. in fin. & l. maritus. C. de procur. Bar. & Bald. l. ult. per illum text. C. de pac. conuen. Neguz. ibid. nu. 63. u l. ubi adhuc. ubi Bald. C. de iur. dot. d. l. aßiduis. C. qui pot. Neguz. ibi. num. 64. x Neguz. ibid. num. 124. per c. parochiano. de ſepul. l. ſancimus. C. de ſacroſ. Eccle. Bald. & Salic. in l. furti. C. de furt. y l. 1. 2. C. comm. de lega. Neguz. numer. 157. & an in donatione cauſa mortis. num. 162. z Bart. in l. 2. l. Lucius. de alimen. legat. Neguz. num. 164. a Neguz. num. 164. Bald. conſil. 171. uolum. 1. b gloſſ. l. quamuis. C. de pigno. Bart. Bald. Sal. in l. licet. C. qui pot. Neguzanz. num. 163. c l. idemq;. ubi Bart. & Dd. qui pot. in pig. num. 163. d Neguz. numer. 163. e l. ult. cum Authen. ſequen. C. de pignor. f l. quod quis. ubi gloſ. de priuil. credit. Bart. l. interdum. qui pot. Bal. l. quamuis ex ea. C. de pignor. & in l. licet. C. qui pot. Salic. in Authent. quo iure. quæſt. 2. eod. tit. Neguzanz. numer. 163.

in rebus debitoris proprijs, non alienis 16. nam quæ in bonis non ſunt noſtris, pignori obligare rectè nequimus 17: ut nec ea quę prioribus creditoribus, eoq́; potioribus 18 ſunt oppignorata: aut in quibus alij creditores in priorum creditorum ius, debitam his ſcilicet ſoluendo pecuniam & hypothecam ad ſe transferendo, ſucceſſerunt 19: quæq́; à priore creditore iure pignoris ſunt diſtracta 20: aut quæ res cum alijs ſunt communes 21. Nemo enim poteſt ius ſocij deterius reddere [a]: & proinde nec partem in re communi illius obligare [b], cum ſit aliena [c]. Prætorium pignus 22 conſtituitur per miſsionem in bonorum poſſeſsionem [d], à prętore factam. Iudiciale, cum in cauſa iudicati, ut rei iudicatæ, quomodo diximus, ſatisfiat, per modum executionis [e], res condemnati debitoris pignori capiuntur 23 & diſtrahuntur. Illud ex edicto conſtituitur iure prætorio [f] (unde & nomen eſt [g]:) hoc extra edictum atque ordinem [h]. illud ex contumacia [i]: hoc ex condemnatione & re iudicata [k]. Illud in rem abſque priuilegio temporis, inter eos qui ſunt eiuſdem tituli [l]: hoc in perſonam, habita prioritatis temporis ratione [m]. illius poſſeſsionē miſſus occupat [n], non ut dominium acquirat, ſed pignori incumbat [o] temporibus arbitrarijs [p]: hoc non occupat is cui ſatisfaciendum ex iudicato eſt, ſed ex officio capit executor [q], poſt quadrimeſtre rei iudicatæ [r], & diſtrahit ex forma legis [s], poſt duos menſes ultra quadrimeſtre illud elapſos [t], ut uictori de precio ſatisfiat [u]. Effectus autem pignoris in genere ſunt complures. Primus, ut creditor illo uti poſsit etiam ad oppignorandum 24, non tamen frui 25. Licet enim omnis pignoris cauſa, hoc eſt fructus, acceſsiones, partus [x], &c. naturam principalis obligationis atque nexus hactenus ſequantur [y], ut pignori ſint [z], & teneri poſsint, citra nouā aliquā conuētionem,

16. Si aliena res pignori data ſit.
17. Quę res pign. obligari poſſ. uel non, & qualiter pignus contrahatur.
18. Qui potiores in pignore habeantur.
19. De ijs q in prio. creditorū ius ſuccedunt.
20. Si antiquior creditor pig. uēdiderit.
21. Si communis res pignorata ſit.
22. De prætorio pignore: & ut in actionibus etiā debitorū, miſsio prętorij pign. procedat.
23. Si in cauſa iudicati pign. captū ſit.
24. Si pignus pign. datum ſit.
25. De partu pignoris & omni caſu.

a uide ff. de ſeruit. & com. diuidun.
b l. 1. hoc tit.
c §. religioſū. Inſti. de rer. diuiſ.
d l. miſsio. pro empto. l. 1. 2. hoc tit. l. 3. §. 1. de reb. cor. l. qui legati. C. ut in poſſ. leg.
e iuxta l. à diuo Pio. 15. de re iudica.
f l. 3. C. ut in poſſ. lega.
g Cuiac. obſ. li. 5. cap. 30.
h l. ſi pignora. 50. de euict.
i l. Fulcinius. 7. & t. t. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat. Dd. ad l. ſi finita. §. Iulia. de damn. infect. Spec. de 1. & 2. decreto.
k l. 2. 3. & tot. tit. ſuprà de execut. rei iudic.
l l. cum unus. 12. ubi Alber. de reb. auth. iudię. poſſid.
m l. ſi & iure. qui pot. in pign.
n l. 2. l. cum remp. ſuprà qui pot. in pign.
o l. 3. ne uis fiat ei. l. 15. §. fin. de bon. auth. iud. l. 5. ut in poſſeſſ. legat. cum ſimilib.
p Cuiac. d. cap. 30. lib. 5. per l. prætor eſt. 1. l. ſi ſunt. §. non autem. de dam. infect. l. 3. §. ult. de acquiren. poſſeſſ. l. pen. l. ult. ff. de bon. auth. iudic.
q l. 2. h. t. ſi in cauſa iudica. l. à diuo. 15. de re iudic.
r l. ult. ff. de uſur. rei iudic.
s d. l. à diuo Pio.
t l. debitoribus. 31. de re iudic. l. 1. C. Theod. de diſtract. pignor. Cuiac. obſ. lib. 3. cap. 39.
u d. l. à diuo. §. 2. 3. cum ſequen. de re iudic.
x l. reſtituere. 85. de uerb. ſignific. l. cum fundus. 31. in princ. ſi cert. peta.
y l. cum principalibus. 139. de reg. iur. l. hi qui acceſsionis. de fideiuſſ.
z l. 1. h. t. l. 4. l. pignoribus. 22. ff. de uſur.

nem[a], etiãſi res ipſa principalis abſq; pacto expreſſo[b] uel tacito[c] retineri ita nequeat: tamen non cedunt lucro creditoris: ſed primùm uſuris[d], deinde ſorti imputãtur[e]: niſi pactum de fructibus lucrãdis interuenerit: quod ἀντίχρησιν uocatur[f]: & ualet etiam ſupra legitimum uſurarum modum[g], propter incertitudinem fructuum[h], niſi fraus uſuraria aliunde appareat[i]: etiamſi certa pecuniæ pœna, quæ ſemper certa eſt[k], puta quadrupli adiecta, ni intra conſtitutam diem ſolutum ſit, ad moderationem iuſti interuſurij reducatur[l]: cæterùm rediguntur etiam fructus ad legitimum modum uſurarum, cum nulla eiuſmodi pactio interuenit, & creditor eos pro uſuris[m] retinet, ſicut ex conuentione etiam nuda retinere poteſt[n]: quanquam petere niſi ex ſtipulatione nõ poſsit[o]. Facilius enim retentio tanquam exceptio indulgetur, quàm exactio uelut actio[p]. Quare etiam abſq; pacto uidetur creditor de fructibus rei ſibi pignoratæ ad iuſtam uſurarum mẽſuram retinere poſſe[q]: cum iniquum fuerit, & bonę fidei, qua pignus initur[r], diſſentaneum, debitorẽ gratuita pecunia uti[s], creditorem fructu pecuniæ ſuæ ſimul & pignoris carere[t], atq; ita ſuũ ſibi officium damnoſum eſſe[u]. Secũdus effectus eſt, ut niſi facta ſit pignoris remiſsio 26, aut expreſsè per conuentionem, qua conuenit ut ab hypotheca diſcedatur[x]: aut tacitè, puta reddendo principale chirographum[y], inq; uenditionem pignoris cõſentiendo[z] retinendi illius ius creditor habeat, etiam in aliam cauſam quàm cuius gratia obligatum eſt: puta ob pecuniam chirographariam, quæ citra ſecuritatem, mutuo fortè data eſt, & tantùm chirographo confeſsionis, de accepta debitaq; pecunia confecto, credita atq; cauta 27. manet enim retinendi pignoris ius, donec & illa debitio diſſoluatur. Tertius, ut niſi fiat ſolutio, diſtrahi pignus poſsit 28: quam diſtractionem debitor im-

26. De remiſsione pignoris.

27. Etiam ob chirographariã pecuniam pignus reneri poſſe.

28. De diſtractione pignorũ.

a l.4.l.pignorib.22.ſ.de uſur.l.cum debitor.8.ff.in quibus cauſ.pign.
b l.1.de pign.act.
c l.3.4.de pact.t.t.hic et ff.in quib.cauſ.pig.tac.
d l.2.ſ.de pac.pig.l.ſi ea.14.ſup.de uſur.l.cum debitor.8.ubi gl. & Dd. in quib.cauſ.pig.tac.contrah.
e l.2.h.t.l.1.ſ.de diſtrac.pig.l.1.2.ſ.de pign.act.l.ſi dominiũ.ſ.de pigno.l.ex prædijs.11.ſ.de uſur.
f l.ſi is.11.§.1.de pignorib.l.ſi pecuniam.33.

B 3 pedire

de pign.act.Cuiac.obſ.lib.3.cap.35.Molin.de uſur.quæſt.32. g Cuiac.obſ.lib.8.cap.17. h l.ſi e.c.l.ſi oleo.23.l.ſi ea.11.C.de uſur. i l.cum non frumentum.16.ſup.de uſur.Neguz.trac.pig.5.memb.partis 5.num.10. k l.3.de in litem iuran. l l.cum allegas.15.ſ.de uſur. m l.uſuræ.34.de uſur. n l.4.l.pignorib.22.ſ.de uſur. o d.l.pignorib.22.ſ.de uſur.ita accipe quod dicitur, abſq; ſtipulatione non deberi,l.Titius.26.de præſcrip.uerb.l.10.§.ſi quis.mandat. p l.ſumptus.49.de rei uend. q l.cum debitor.8.in quib.cauſ.pign.Cuiac.obſer.lib.8.cap.17. r §.actionum.Inſt.de actio. s d.l.cum debitor. t l.fructus.12.ſuprà de actio.empt.l.initio.5.ſuprà de pact.int.emp.& uend. u l.ſed ſi quis.7.quemad.teſta.aperian. x l.5.ff.quib.mod.pig. y l.creditricem.7.h.t.uide l.3.& 4.de pact. z d.l.4.h.t.l.Caius.de pig.act.

pedire nequit 29, niſi iniuria neq; ſoléniter fiat 30: hoc eſt, nõ ſeruata lege uenditionis, ſi expreſſa ſit [a]: aut cum dicta non eſt, omiſſa trina [b] denunciatione, teſtato [c] facta [d]: quo caſu etiam uendicatione, à quolibet poſſeſſore reuocari alienatum poteſt [e]: aut niſi debitor luere rem uenum expoſitam per ſolutionẽ eius uelit 31. Quartus, quòd hypothecæ obligatio tranſeat utrinq; in hæredes creditoris & debitoris in ſolidũ 32: quamuis obligationes alioqui perſonales inter hos pro hæreditarijs portionibus ipſo iure diuidantur [f]. Quintus, ut niſi obſtet creditori exceptio pecuniæ cautæ, nõ numeratæ 33, ius etiam dominij 34, in pignore, quando diſtrahi commodè nequit [g], impetrare à Principe ſolenniter poſt biennium poſsit. Nã ſolenni quadam, pręſcriptaq; legibus ratione eſt impetrandum [h]: non etiam improbatis in pignorum cauſa [i] legis commiſſoriæ pactis, in quæ circumuenti neceſsitate debitores facilè ſe dimittant, inducendum 35. Vſu quandoq; uenit etiam, ut executio per exceptiones, quarum nonnullæ poſt ſententiam in executione opponi poſſunt [k]: aut per præſcriptiones 36, quę dilatoriè ad moderandam uel alio modo inſtituendam executionem, opponuntur [l], aliquandiu impediatur [m]: ut ſi res quæ in executionem capitur, excipiatur eſſe litigioſa 37, ſic ut diſtrahi, aut in ſolutũ dari nequeat [n]. Tollitur executio nouis ſtipulationibus 38, dũ tamen non inutilibus 39, per reos debendi, expromiſſores 40, fideiuſſores, mandatores 41: nouatione, delegatione 42, ſolutione, liberatione 43: puta remiſsione debiti [o], & pacto liberatorio: uel acceptilatione 44: quæ ciuilis quædã & imaginaria

29. Debitorem uenditionem pignorum impedire non poſſe.
30. Si uendito pignore agatur.
31. De luitione pignoris.
32. Si unus ex pluribus hæredibus creditoris uel debitoris partem ſuam debiti ſoluerit uel acceperit.
33. Si pignoris [illegible]on uentionẽ numeratio pecu. ſecuta nõ fuerit.
34. De iure dominij impetrando.

a l. 4. de pign. l. ult. §. de iur. dom. impe.
b l. 4. de pig. act. qua etiã opus eſſe, cũ nihil de pignoris uenditione conuenit, oſtendit Paul. lib. 2. cap. 5. & 13. quia tunc actum intelligitur ne ueneat. l. 3. in fin. quæ res pig. oblig.
c l. 4. §. de diſtrac. pig. Cuia. obſ. lib. 5. cap. 31.
d l. ſi is qui. 75. de furt. d. l. 4. d. l. ult. Paul. lib. 2. cap. 5. & 13. §. 2. Inſtit. quib. alie. lic. ubi dixi.
e l. 2. l. pen. h. t.
f l. ult. h. t. l. ea. §. famil. herciſc. l. 2. §. de hæred. actio.
g l. fin. h. t.
h d. l. ult.
i uide tit. 29. lib. 1. de feud. dato in uicem legis commiſſoriæ.
k l. Neſennius. 41. §. ult. de re iudic. l. ex diuerſo. §. ult. de re iudic. cum ſimil. d. l. 1. ſuprà de iur. & fact. ign.
l l. 2. & 3. ff. de except. Inſtit. eod.
m l. 1. ſuprà de iur. & fact. igno. l. eleganter. §. ſi poſt. de cond. indeb. l. poſt rem. de tranſactionib. l. ſi fideiuſſ. de dol. excep. l. fin. ſuprà ſi ex falſ. inſtr. l. à [illegible]uo Pio. §. ſi ſuper rebus. de re iudica. cum ſimil.
n l. 2. cum ſeq. hoc tit. in Authen. de litigioſ. uide omnino Panormitan. & Dd. c. unic. de alienatione iudicij mutandi cauſa.
o l. tale. 41. l. 34. de pact. tot. tit. de lib. leg.

35. De pactis pignorum. 36. De exceptionibus & præſcriptionib. 37. De litigioſis. 38. De contrahenda & committenda ſtipulatione. 39. De inutilibus ſtipulationibus. 40. De duobus reis ſtipulandi & promittendi. 41. De fideiuſſoribus & mandatoribus. 42. De nouation. & delegationibus. 43. De ſolutionibus & liberationibus. 44. De acceptilationibus.

45. De euictionibus.
46. Creditorem euictioné pign. non debere.
47. De patria poteſtate.
48. De adoptionib.
49. De emancipation.
50. De ingratitudine liberorum.
51. De poſtlim. reuerſis, & redemptis ab hoſtib.
52. De infant. expoſitis liberis & ſeruis, & de ijs qui ſangui nolentos nutriendos acceperunt.
53. Quæ ſit longa conſuet.
54. De donation.
55. De donationib. quæ ſub modo, uel ſub conditione, uel ex certo tẽpore cõficiuntur.
56. De reuocandis donat.

ginaria eſt ſolutio, ac ſtipulatione Aquiliana plerumq; cõſtat [a]: quia hiſce modis tollitur omnis obligatio [b], & conſequenter executio [c]: excepta euictionis cauſa 45, quæ quemlibet ſoluentem nihilominus obligatũ tenet [d] (quia pro non ſoluto eſt, quod euinci poteſt [e]) præter creditorem qui pignus diſtraxit 46. Et hic quidem eſt progreſſus atq; exitus ordinariorum iudiciorum ciuilium. Quia uerò ſuprà poſuimus [f], alia quædam eſſe extraordinaria, quæ imploratione officij iudicis ſummariè atq; arbitrariè expediantur: ideo poſtquam de illis hactenus dictũ eſt, hæc quoq; obiter ſunt attingenda: in quibus extra ordiné, implorato nimirũ iudicis officio [g], pro rerum perſonarumq; uarietate, uariè proceditur: ut cum quæſtio incidit de patria poteſtate 47, & liberorum erga parentes cõtumacia, arbitrio patris, uel iudicis, ſi atrocior ſit, coercenda [h]:

δεινὰ γὰρ κατὰ γαῖαν ἐρίννυες εἰσὶ τοκήων,

ut eſt in Orphei uerſu: de controuerſijs inter patrem & filios (quos inter uerum iudicium eſſe non poteſt [i]) natis [k], ex ea re ſummariè cognoſcendis [l]: de adoptionib. 48, emancipationibus 49, quæ & ipſæ ſummariè abſoluuntur [m]: de ingratitudine 50 liberorum, quam propter emancipationes reuocandæ [n], non libertates adimendæ [o] ſunt: de ijſdem captis ab hoſtibus, & poſtliminio reuerſis aut redemptis 51, aut infantibus (id quod capitaliter punitur [p]) expoſitis 52: de longa conſuetudine 53: quæ an iuri præpollere debeat [q], præſidis cauſa probata eſt cognitio [r]: de donationibus 54 uel puris, uel ſub modo, conditione, aut ex certo tempore 55, inter uiuos priuatim conficiendis. uel quod ſummatim abſq; cauſæ cognitione fit [s], ad acta, quando precium quingentorum aureorum excedũt, inſinuandis [t]. Nam iure ueteri donationes non erant ſpecies contractus [u], ſed generalis quidã acquirendæ rei modus [x], de quo extra ordinem prætores cognoſcebãt [y]: ſiue ageretur de implendis, ſiue de ijs reuocandis 56: non quidé pœnitentia [z], amiſsione inſtrumẽti [a], nec ex reſcripto [b], ſed

a §.2. Inſtit. quibus modis toll. ob. l. ult. h. t. l. 6. 8. 13. ff. eod.
b Inſtit. quib. mod. toll. obl.
c l. ſi reus paratus. de iudic.
d l. Iulianus. 131. §. 1. de uerb. obl. t. t. de euic. hic & ff.
e l. quod euincitur. 151. de reg. iur. l. nõ quocunq;. l. 1. ff. de leg. 1. uide Tiraquell. de retrac. cõuen. §. 2. gl. 1. nu. 26.
f ad tit. de iudicijs.
g l. quòd ſi minor. §. ult. de minor.
h l. 3. ubi gl. & Dd. h. t.
i l. 4. de iud.
k l. 4. h. t.
l gl. & Dd. d. l. 4.

m l. ult. h. t. §. ſerui. Inſtit. de libertin. n l. unic. h. t. o l. ult. C. de pat. pot. p Nouell. 153. de infan. expoſ. q l. 3. h. t. quæ accipienda eſt de conſuetudine legem præcedenti, ut l. 5. de iure. calum. l. 1. h. t. non ſequente, l. de quibus. 31. de legib. c. 1. & to. diſt. 11. r l. 1. uerb. ſtatuet. C. quæ ſit long. conſuet. s l. donatio. 25. h. t. de donat. Angel. poſt gl. & Dd. §. aliæ. 2. Inſtit. de donat. l. pen. h. t. t l. 25. 26. 27. 30. 31. 32. 34. 36. h. t. de donat. u l. 3. §. 1. de act. x Inſtit. de donat. in prin. y inde ff. de donat. & de precar. z l. 3. h. t. a l. 1. h. t. b l. 5. hoc tit.

ſed propter ingratitudinẽ donatarij [a] probatam [b], ſi atroces iniurias in donatoré effuderit, uel manus ei impias intulerit, uitæ periculum, bonis diſpendium attulerit, pactis nō ſteterit [c], aut donator liberos poſtmodum ſuſceperit [d], ſiue de donationibus cauſa mortis factis 57 tractaretur. quod genus inſtar ultimarum eſt uoluntatum [e], quo ad inſinuationem [f] & teſtes [g], & poſtquā in eſſe productū eſt [h]: ſecus quo ad conſtitutionem [i] & cauſam efficientem, ſeu reſpectu perſonarum, quas peræquè ut in reliquis contractibus oportet ad id eſſe aptas, & (ut aiunt) qualificatas [k]. Item cum quæritur de pœnis cœlibatus, & propterea de decimarijs ſeu decimis ex lege Papia 58 exigēdis. Etenim lege Papia Poppæa, quæ M. Papio & Q. Poppæo coſſ. ſub Auguſto de maritandis ordinibus lata eſt [l], inter alia cautum fuit, ut quę ciuis Roma. teſtamento, orbis hominibus relinquerentur, eorum decima pars auferretur, & redigeretur in fiſcum: quæ pœna primùm inter coniuges ſublata eſt [m], cum per illos nō ſtet, quo minus liberis Reſpub. augeatur: poſtea uerò ut libertas cōtrahendi nuptias ſit amplior, generaliter eſt antiquata [n]: ſicut ediuerſò priuilegia ac iura trium liberorū 59, quæ olim ſpeciali Principis beneficio concedebantur [o], hodie ius commune facta ſunt. Atq; hactenus quidem de iudicijs ciuilibus, tam ordinarijs quàm extraordinarijs dictum eſt: quibus ita perluſtratis, ad alterum genus iudiciorum, uidelicet criminalium, eſt tranſgrediendum.

57. De donat. cauſa mortis.

58. De infirmandis pœn. cœlib. & orbitatis, & de decimarijs ſublatis.

59. De iure liberorum.

a l.1.7.penult. ult.h.t.
b l.1.2.pen.ult.
c l.ult.h.t.
d l.antep.h.t.
e l.ult.h.t.l.12. de public. in rem act.
f l.ult.h.t. Tiraq.l.ſi unquam.uerb. donatione. C.de reuo. dona. Ferra. in for.lib.dona. Schurff. conſ.6. 46. cent.1.
g d.l.ult.
h Schurff.d. cōſ.6. Guid. Pap. deciſ. 325.poteſt. num.5.
i Schurff.d. conſ.6.
k uide latiſſimè Tiraq. de legib. cōnub. uerb. contracter. num.58.cum ſeq.
l uide Dionē. & c.quædam.diſt.2.
m l.2.h.t.
n ut patet ex rubr.hic, de pœn.cœlib.
o uide Pliniū lib.epiſt.ad Traian. & Martial.

LIBER IX.

IN quorum aditu de perſonis quæ criminalia ſuſtinent iudicia [a], nempe accuſatore, ueluti huius litis principe, tum iudice atq; reo quæritur. De accuſatore, qui nā accuſare poſsint, uel non poſsint 1. Accuſare poſſunt omnes qui non prohibentur [b]. Prohibētur alij ob ſexum, ut mulieres, niſi ſuam iniuriam perſequantur [c]: alij ob ætatē, ut minores ſine authoritate tutorū & curatorum [d]: alij ob dignitatem & ordinē, ut milites: excepto ſi ſe uindicent [e]: alij ob turpitudinē, ut rei criminis [f], infames [g]: alij ob charitatem & reuerentiam, ut alumnus alumnum [h], frater fratrem [i], præterquam in leuioribus [k]: libertus patronum [l]:

1. De ijs qui accuſa. nō poſſunt.

dome-

a c.forus.de uerb.ſignific. b c.ſanè. pen.15.q.3.uide l.qui accuſare.8.cū ſeq.cod. & cauſ.3. quæſt.4. c l.4.5.9.10.12.h.t. d l.2.h.t. e l.nō prohibētur.8.h.t. f l.1.l.antep.h.t. g l.criminis.15.h.t. h l.iniquum.17.h.t. i l.ſi magnum.12.h.t. k l.ſi ſororem.18.h.t. l l.ult.h.t.

domeſtici & familiares patremfamil.[a] extrà quàm in crimine maieſtatis[b]. Hęc de accuſatore. De iudice porrò quęritur, apud quem[c], qua forma & modo inſcriptionis, futuriq; deſcriptione iudicij, accuſatio ſit inſtituenda 2. Iudices hîc competentes ſunt, quibus ius gladij, merumq; imperium ęſt[d], quorumq; in iuriſdictione uel domiciliũ habet reus, cuius forum actor ſequitur[e], uel delictum admiſit[f]. De reo uerò in quæſtionem uenit, qui'nam rei peragi poſsint[g], & quemadmodum accuſatione inſtituta in iure exhibendus ſit reus, aut ad locum delicti, uel ſi miles ſit, ad magiſtrum militum[h] tranſmittendus 3, cuſtodiendus 4: in publica ſcilicet magiſtratus cuſtodia, non in carceribus priuatorũ: qui omnino ſunt interdicti 5, niſi ut ad 24. horas nocens detineri poſsit, donec iudex accerſatur[i]. Item quis ordo aut exitus iudicij, ſi reus uel accuſator pendente lite mortuus fuerit 6, aut naturali[k], aut uiolenta & ſibi conſcita morte[l]. Deinceps de ſingulis accuſationum ſpeciebus ac iudicijs: & qua, quæq; delicta, lege accuſentur & coerceantur. Iudicia autem eiuſmodi aut ſunt publica, aut priuata, aut extraordinaria[m]. Publica à populo dicta[n] ſunt, quæ publica aliqua lege de publico crimine ita cõſtituuntur, ut ſint publici iuris, & ad populum ac Rempub. uelut iniuria affectam, pertineant[o]: ut cum quęritur de eo qui Deo[p], regi regum & domino dominãtium, aut Imperatori maledixit 7. Eſt enim crimen hoc læſæ maieſtatis 8: quod l. Iuliæ publico iudicio, etiam in liberis nocentum[q], atq; adeò defunctis[r], circumſcripto omnis dignitatis priuilegio[s] coercetur: quanquam maledicta quibus crimen ſeditionis aut conſpirationis abſit[t], repentino aliquo calore, petulantiæ temulentiæ'ue in ſe congeſta, leuius[u]: in diuinam Maieſtatẽ effuſa, grauius[x], pro pietate Chriſtiana Impp. æſtiment, atq; animaduertãt: item de adulterio matrifam.[y] quod capitale eſt[z], aut ſponſæ alienæ[a], quod mitius & arbitrariè punitur[b]: & ſtupro 9 uiduæ aut uirgini, præ-

C

2. De accuſation. & inſcriptionibus.

3. De exhibendis & tranſmittendis reis.

4. De cuſtod. reorum.

5. De priuatis carceribus inhibendis.

6. Si reus uel accuſator mortuus fuerit.

7. Si quis Imp. maledixit.

8. Ad l. Iul. maieſtatis.

9. Ad l. Iuliam de adult. & ſtupro.

a *l. penult. h. t.*
b *d. l. penul. hoc tit.*
c *l. 1. 4. 6. 7. 8. 18. hoc tit. de accuſ.*
d *Bal. l. cum propon. u. ſ. de bon. author. iud. Boer. deciſ. 215. num. 33. fac. l. 1. de offic. eius.*
e *l. ult. ſ. de for. compet.*
f *l. 1. ubi dixi. ſuprà, ubi de crimin.*
g *uide l. hos. 12. D. eod.*
h *l. 1. h. t.*
i *Bart. l. capite, num. 3. de adulter.*
k *l. 1. 2. 3. 4. 5. hoc tit.*
l *l. 4. h. t. uide ff. de his qui ſibi mort.*
m *l. 1. de priua. delic. ubi dixi. & de extra. crim. et publ. iud.*
n *in princ. Inſtit. de pub. iudic. ubi dixi. l. bona. 15. de uerb. ſignif.*
o *in princ. Inſtit. de pub. iudic. ubi dixi, & ff. eod.*
p *§. ult. in Authen. ut non luxurien. cont. nat. Nouell. 77. Leuit. 24. ubi pœna mortis præſtituitur.*
q *l. 5. hoc tit.*
r *l. pen. l. ult. hoc tit. §. 2. Inſtit. de pub. iudic.*
s *l. 3. hoc tit.*
t *l. 5. hoc tit.*
u *l. unic. hoc tit.*
x *d. §. ult. ut non lux. in Auth. Nouell. 77.*
y *l. 6. §. 1. l. ſtuprum. 35. de adulte.*
z *l. quamuis. 30. in fin. hoc tit.*
a *l. ſi uxor. 13. §. 1. de adult. l. propter. 7. hoc tit. Cuiac. obſer. lib. 6. cap. 16.*
b *Salic. l. cum. 18. hoc tit. de adult. Angel. in tracta. malefic. che hai adulterato, numer. 16. 65. Alex. conſil. 165. uiſis. uolum. 7.*

ni, præſertim nondum uiripotenti [a], pupillæ'ue cuius quis tutor fuerit 10 (nam omne eiuſmodi flagitium, in his quibus imperari poteſt, ſtuprum eſt [b], & quidem penè uiolentũ) aut dominæ cuius quis ſeruus ſit, oblato 11: quod quidem ui commiſſum, capite [c]: citra uim, damno bonorum, aut relegatione, etiam fuſtigatione in humilioribus punitur [d]. Sed & dominam, ſi tamen honeſta ſit [e], quæ occultè cum ſeruo rem habuit, capitali ſentẽtiæ, ſeruũ ipſum ignibus lex dedit [f]: quod qui ad illuſtres nobiles'ue noſtri temporis, quę cum miniſtris ſuis non ſeruis conſuetudinẽ habent, extendere uolunt [g], nimis faciunt duriter, præterq̃ legis ſentẽtiam & rationem. Item de ui publica, quæ fit cũ armis & turba, cuius pœna eſt deportatio [h]: & priuata 12, ſine tumultu armisq́; facta, quæ tertia bonorũ parte multatur [i]: quo etiã [k] raptus uirginũ & mulierum (in quibus maritatis adulterium raptui coniungitur, & acrius uindicatur [l]) etiam ancillarum [m] meritò refertur 13: qui raptus niſi per inſecutum cõiugium mitigetur [n], in ingenuis pœna capitis & amiſsionis bonorũ [o], in non ingenuis, ſupplicio tantùm, ſaluis bonis [p] punitur: non modò in authoribus, ſed ijs etiam qui rapinæ affuerunt [q], ſiue inuitis, ſiue etiam uolentibus mulieribus [r], dummodo parẽtibus eius inuitis, fuerit perpetratum. Quod tamen ſtatutis plerunq; non obtinet [s], quia raptus propriè uiolentiam denotat [t]: uerba autem ſtatutorum propriè ſunt accipienda [u]. ſed & huius pœnæ acerbitatem duntaxat obtinere, quando ſtuprũ, ſeu carnalis copula ſecuta eſt, receptius uidetur [x]: qa. uis cum ſtupro tum concurrit, & duplex delictum maiore pœna dignum eſt [y]. abſq; hoc arbitrariæ locum eſſe uolũt: etiamſi hanc alij diſtinctionem repudiẽt [z], maximè ex ordin. Imperij & Saxonico iure, quo uis per ſe capitalis eſt [a], cumprimisq́; ſi conatus ſtuprãdi acceſſerit [b]. Ab hac tamẽ ui ab-

10. Si quis eam cuius tutor fuerit, corruperit.

11. De mulier. quæ ſe proprijs ſeruis cõiunxerint.

12. Ad l. Iul. de ui publica ſeu priuata.

12. De rapt. uirginum ſeu uiduarum, nec non ſanctimonialiũ.

a l. ſi quis. 38. §. qui nondũ. de pœn. uide Ang. Clar. lib. 2. Boſſ.
b uide Angel. tractat. maleſic. cbe bai adulterato. Clar. lib. 5. ſent. uerb. ſtuprum. uide l. ſtuprũ. 35. de adult.
c l. 1. de extraord. crim.
d §. item lex Iulia. 3. Inſt. de publ. iud.
e l. ſenatores. 47. de ritu nupt.
f l. unic. h. t. de mul. quæ.
g ut Ang. in trac. maleſic. cbe bai adulterato. nu. 53. Paul. Gril. de pœn. omnifar. coit. quæſt. 6. nu. 7. Boſſ. eod. tit.
h §. item. 7. Inſt. de pub. iud. l. 10. §. ult. ad l. Iulia. de ui.
i d. §. item. l. qui dolo. 10. in fin. de ui pub. l. 1. l. ult. de ui pri. l. hos accuſare. 12. §. omnib. de accuſat.
k §. item lex Iulia. 7. uerſic. ſin autem. Inſt. de pub. iudic.
l l. unic. l. 1. h. t.
m l. unic. §. antepen. h. t.
n ita uidetur colligi ex No. 143. c. penul. de rapt.
o l. unic. in princ.
p l. unic. §. & ſiquidem.
q d. l. unic. in fin. §. item. 7. Inſt. de pub. iud.
r l. unic. h. t. uide omnino Boſſ. de rap. nu. 15.
s Boſſ. de rap. nu. 5.
t Alex. Caſt. & Dd. l. ſi ex immẽdi. in princ. ne quis eũ, &c.
u glo. et Dd. præſertim Sal. l. 1. ſup. de nox. act. l. 1. §. ſi is qui. de exercito. act.
x Clarus lib. 5. ſent. §. raptus. Opin. com. tom. 3. Anan. c. cũ cauſa. de rapto. Cepoll. cõſ. 57. latè Hipp. l. unic. h. t. Boer. deciſ. 310. nu. 4.
y d. l. unic. uerſ. quæ multo magis.
z Boſſ. de rapt. nu. 14. cũ ibi allega.
a art. 13. li. 2.
b Cla. li. 5. de rapt.

14\. De emendatione ſeruorum.
15\. De emendatione propinquorum.

ui abſunt priuatæ ſeruorũ 14 aut propinquorũ 15, ut filiorũ [a], domeſticorũ [b], diſcipulorũ [c], mercenariorũ [d], ſuorũq; hominũ [e], quia ſeruitutẽ quandã ſeruiunt [f], emendationes ſeu caſtigationes. Vim enim nõ facit qui ſuo iure utitur [g], nec iniuriã [h], qui emendandi potius quàm cõtumeliæ cauſa, domeſticũ uel propinquũ coercet, lenius [i] etiã, adhibitis uerberibus [k] & flagellis [l], plagisq; mediocribus [m], ſicut & Sapiẽs præcipit [n]: Ne pudeat crebræ caſtigationis liberorũ, & malũ ſeruũ uerberibus cruentare. ſine tamen infami iniuria [o], hoc eſt, abſq; atrocitate uel inboneſtate [p]. Nimia enim etiã præceptoris ſæuitia, culpæ aſsignatur [q]: & uel ipſorũ parentũ poteſtas non in atrocitate cõſiſtere debet [r], ſed pietate. Et hæc quidẽ crimina publicis legis Iuliæ iudicijs uindicãtur. Lege porrò Cornelia puniuntur ſicarij 16, nõ tantùm qui prorſus occidũt, ſed etiã hominis necãdi cauſa ambulãt, armãtur, inſidiãtur [s], cũ telo ſunt [t], aut in magiſtratu cõtra hominis necẽ quid faciũt [u]. Sed hodie nõ ſecuto euẽtu, per generalẽ quandã conſuetudinẽ pœna mitigatur [x]: niſi fortè uis, ut ſuprà dixi, publica, præſertim atrox acceſſerit [y]. Quod cũ ita ſit, putandũ eſt nõ æquè facilè atq; impunè occidi poſſe aggreſſorẽ, ſicut olim [z]: cum aggreſſus ipſe capitalis per ſe foret [a]. Eãdẽ lege tenẽtur & parricidæ, hoc eſt, qui intra quartũ [b] propinquitatis gradũ cõiuncto manus attulerũt: quanquã qui parẽtes uel liberos occidũt 17, ex l. Põpeia [c] ſuppliciũ acerbius ſuſtineant. Itẽ malefici 18 & mathematici [d], qui ueneficijs & malis artibus (quas tam diſcere quàm docere prohibitũ eſt [e]) hominum uitæ ac ſaluti inſidiantur. quod & ipſum homicidij ſpecies eſt: nã plus eſt hominẽ extinguere ueneno quàm gladio [f]. quod genus quia non modò uiuentes, ſed & mortuos polluere, cõtrectare, atq; adeò ſpoliare ſolet [g]: ideo & de ſe-

16\. Ad l. Cornel. de ſicarijs.

17\. De ijs qui parentes uel liberos occiderint.
18\. De maleficis & mathematicis, & ſimilibus.

C 2

a *l. aut facta. 16. §. 1. uerb. à parente. de pœn. l. 2. 3. C. de pat. pot.*
b *c. duo nomina. 23. q. 4. Alex. conſ. 75. uiſis. nu. 1. 2. uolum. 3.*
c *d. l. aut facta. §. 1. l. 5. §. ult. cum l. ſeq. ad l. Aquil.*
d *Alex. d. cõſ. 75. cum ibi allega.*
e *Bald. l. unic. C. emend. ſeruorum num. j.*
f *l. 4. de uſu et hab. Theoph. §. 1. Inſt. eod. l. 1. §. familiæ. §. ſi filiusfam. de ui et ui arm. l. ſi libertus. de furt. l. reſpiciendum. § furta. de pœn.*
g *l. factum. 197. de reg. iur. l. 3. § pen. quod ui aut clàm. l. prætor. §. ſi quis. de oper. nou. nunciat.* h *l. iniuriarum. de iniur. l. 3. de lib. hom. exhib.* i *l. 5. §. ult. ad l. Aquil.* k *l. aut facta. 16. §. 1. de pœn.* l *d. Auth. ad hæc. Alex. d. cõſ. 75.* m *Auth. ad hoc. uerb. plagis mediocrib. caſtigare. C. de Lat. lib. toll.* n *Eccleſ. 42. 33. Prouerb. 10. 13. 23. 29.* o *§. ult. Inſt. de his qui ſunt ſui uel al.* p *Alex. d. cõſ. 75.* q *l. præceptoris. 6. ad l. Aquil.* r *l. 5. ad l. Pomp. de parricid.* s *l. 1. §. 2. ff. eod. l. is qui. 7. h. t.* t *l. aut facta. 16. §. euẽtus. 7. de pœn.* u *l. 9. de ſicar. l. antepen. C. de quæſt.* x *Specul. de accuſa. §. 1. num. 7. Bald. Cyn. & D. d. d. l. is qui cum telo.* y *d. art. 13. lib. 2. & in ordin. imp. l. 3. §. aduerſus. 7. de ſepul. uiol.* z *l. 2. 3. h. t.* a *d. l. 2. 3. d. l. is qui cum telo.* b *l. 1. l. pen. ad l. Pomp. de parricid.* c *d. l. penult. ad l. Põp. de parric. d. §. ult. Inſt. de publ. iud.* d *uide Pan. c. 2. de ſortileg. c. illos. cũ ſeq. 26. q. 2.* e *l. pen. h. t. l. 8. C. Theodo. eo.* f *l. 1. h. t.* g *l. 4. h. t. de ſepul. uiola.*

de ſepulchro uiolato 19 publicum capitis [a], metalli [b], relegationis [c] iudicium, quaſi de ui [d] & ſacrilegio [e], in illos eſt conſtitutum, qui ſepulchra quouis modo uiolant: quanquam & priuata & extraordinaria etiam actio hoc nomine præſtò ſit: quod omnium ferè delictorum eſt ius commune [f]: ſcilicet ut de his agi poſsit uel ciuiliter ad intereſſe & pœnam ciuilem pecuniariam [g], uel extra ordinē ad arbitrariam [h], uel etiá publico iudicio ad capitalem [i]: odio nimirum nocētum [k], quo pluribus iudicijs & animaduerſionibus coerceantur. Sunt etiá iudicia publicà conſtituta l. Fauia de plagiarijs 20, etiá ſeruis [l], qui in alienos liberos inuolát, liberū hominem uel ſeruum alienū ſupprimūt [m]: quo nomine pœna capitis hodie damnantur [n]: l. Viſcellia 21 de libertis, qui in dignitates & munera ingenuorum dolo malo, hoc eſt, non impetrato aureorum annulorum iure, ſcienter irrepſerunt: quod à falſo non multum abeſt: id quod l. Cornelia de falſis 22 regulariter deportatione, interdū pœna quoq; capitali [o], ſed plurimùm arbitraria [p] coercetur: quanquam & conſtitut. teneant eos, atq; puniant: qui ſibi falſò quid adſcribunt in alterius teſtamento 23 ualente [q], nō inualido [r] (nec enim falſum committitur, niſi in ſcriptura, quæ fidem mereatur [s]:) aut qui falſam monetam cudunt 24 (niſi ante perfectionem pœnitentia ducti deſiſtant [t]:) quiq; nomen ſtatū'ue fraudulenter [u], nō uerbo [x] tantùm, ſed actu aliquo ad aliū decipiendum immutát 25. Itē l. Iulia de ambitu 26, repetundarū 27, de pecunia contra legē pro officio nundinato in magiſtratu accepta [y]: de crimine peculatus 28, hoc eſt, furto pecuniæ publicæ [z]: & ſacrilegij 29. quæ crimina arbitrariè puniri, paulo antè oſtenſum eſt [a]: certè in minoribus officijs etiá ſummo ſupplicio uindicata paret [b]. & de ſeditioſis 30, in quos grauiſsimè pœna mortis, aut arbitraria animaduertitur [c], authoribus in furcam tollendis, aut beſtijs ſubijciendis, aut deportandis [d]: quiq; plebem audent aduerſus

uerſus

19. De ſepulch. uiolato.
20. Ad l. Fauiam de plagiarijs.
21. Ad l. Viſcelliā.
22. Ad l. Cornel. de falſ.
23. De his qui ſibi aſcrib. in teſtam.
24. De falſa moneta.
25. De mutat. nominis.
26. Ad l. Iul. de ambitu.
27. Ad l. Iul. repetundarū.
28. De crimine peculatus.
29. De crimine ſacrilegij.
30. De ſeditioſis, & de ijs qui plebē audent contra Remp. colligere.

a l. 3. §. aduerſus. 7. D. eo.
b d. l. 3. §. 7. et l. ult. ff. eo. l. 2. h. t.
c l. ult. D. eod.
d l. ſepulchri. 8. de ſepulch. uiol.
e l. 5. uerb. pœna ſacrilegij. h. t.
f l. unic. infrà ad l. Viſcell.
g ut in l. 2. C. de ſep. uiol.
h l. ult. de fur. uide Bart. l. ullum. de priua. delic.
i uide Cuiac. de extraord. crim. & de priuat. delict.
k §. ſic itaq;. uerſ. planè. Inſtit. de actio.
l l. lege. 12. de manumiſſ. l. in bello. 12. §. ſi deportatam. 10. de capt. & poſt. reuer.

m l. pen. eo. l. ſi abducta. 10. ſ. de fur. n l. 7. l. ult. h. t. o l. ubi. 22. uer. poſt probationē. ultimo ſupplicio, ſi id exigat magnitudo. uel deportatione. h. t. l. 1. §. ult. l. ult. h. t. §. itē lex Cornelia. 6. Inſtit. de publ. iudic. p l. 13. 21. antep. ff. eo. Dd. d. l. ubi. q l. 1. §. ex illa. 5. l. ſi quis. 6. & paſſim, de falſ. r Bart. & Dd. l. 1. §. ex illa. 5. de falſ. uide tamen contrà, Molin. conſil. 31. n. 4. 11. 12. conſ. 33. num. 10. s Caſtr. conſ. 130. lib. 1. Dd. præalleg. loc. t l. qui falſam. 19. de falſ. u l. falſum. 13. de falſ. ubi dixi. x uide Tiraq. de nobilita. cap. 13. y l. 1. D. eod. z l. ult. D. eod. a ff. eod. ad hos tit. b l. 2. ſ. de his qui ex publ. rat. lib. 10. c l. 1. ubi gl. h. t. d l. ſi quis. 38. §. authoris. 1. de pœn.

uerſus Rempubl. colligere [a], aut contra ſacras iuſsiones & mandata principum defendere [b]: denique qui tumultuoſis clamoribus, quenquam in publico contumelioſa interpellatione proſcindunt, & petulantia uerba ad inuidiam cuiuſquam in uulgus palàm iactant [c]: quos ſi hæc uetus honeſtaq; ſanè diſciplina plecteret etiamnum ſeuerius, & pœna ſeditioſorum, puta fuſtigationis, aut etiã gladij [d], furcæq;, quæ turbatoribus pacis debetur [e], coërceret [f], minus metuenda eſſent mala publica priuataq;: quæ iuſto Dei iudicio, profligatæ extremæq; huius ætatis improbitati, & furoribus impunè modò graſſantibus, debentur & imminent. Nam quanto nunc impunius boni à malis, pij ab impijs ludificantur: tanto propius diluuium iręe diuinæ, & Sodomitica excidia abeſſe certiſsimum eſt. Nam & Apoſtoli inter prænuncia aduẽtus Domini ſigna, hanc quæ eſt ante oculos irriſorum [g], maledicorum, ingratorum [h], calumniatorum [i], ἀφιλαγάθων [k], proditorum [l] ſemẽtem atq; turbã numerant. Et Dominus ipſe [m] reliquis hoc quoq; τεκμήριον adiungit: καὶ διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν ψυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν. Sed ſurdis canitur fabula, uelut urgentibus Rempubl. fatis uſuuenire ſolet. Et hæc quidem ſunt publica de delictis iudicia: in quibus hoc tenendum eſt, neque ea priuatis ac ciuilibus eâdem de re actionibus (ſicuti de omni delicto uel criminaliter uel ciuiliter agi poſſe diximus [n]) nec contra has criminalibus & publicis impedimento eſſe, quo minus utræq;, non tamen æquè principaliter ſimul [o] exerceri cõmodùm poſsint 31. Sunt autem, ut antè poſui, præter hæc, etiam priuata ad pœnam pecuniariã certam, aut extraordinaria ad pœnam arbitrariam [p] incertam de delictis, priuatis ſcilicet & minoribus, iudicia prodita: ut de crimine expilatæ hæreditatis 32 iacẽtis: quæ cùm nullius adhuc, antequam adeatur, ſit, in ea propriè furtum non committitur [q], ut alio iudicij titulo quàm furti hîc fuerit opus. Itẽ de ui bonorũ raptorum 33, tam ciuiliter ad quadruplũ intra annũ, pòſt ad ſimplũ [r]: quàm criminaliter ad pœnã uis publicę priuatę'ue [s], aut extraordinariam [t]: quo etiam concuſsiones, hoc eſt,

31. Quando ciuilis actio præiud. criminali, & an utraq; ab eodẽ exerceri poſſit.

32. De crimine expilatæ hæreditatis.

33. De ui bonorum raptorum.

a rubr. h. tit.
b l. 1. hoc tit.
c l. 2. h. tit.
d l. capitaliũ. 28. §. ſolent. 2. de pœn.
e l. ult. in fin. ff. de re mil.
f d. l. 2. in fin. hoc tit.
g 2. Petr. 3. 3. Extremis tẽporibus erũt ἐμπαῖκται. Iud. 18.
h 2. Tim. 3. 2.
i 2. Tim. 3. 3.
k 2. Tim. 3. 3.
l 2. Tim. 3. 4.
m Matt. 24. 12.
n l. fin. de furt. l. ult. de iniur. uide quæ dixi de priuatis delictis, & ibi Bartol. l. ult.
o l. penul. l. ult. & tot. tit. ſuprà de ordine iudicior. ubi dixi. Bartol. l. interdum. de publ. iud. l. 2. §. 1. de ui bonor. rapt. l. ſi quis. C. de ui publ. & priua. & hac l. unic. C. quand. ciuil. act. latè Maran. Specul. aureo, parte 4. diſtinct. 1. num. 18. 19. 20. cum ſequen.
p uide ff. ad hos tit. l. 3. de ſepulc. uiola. l. ult. de iniur. cum ſimilibus. Bartol. l. cum creditor. §. qui furem. de furt. Maran. præalleg. loc. nu. 20.
q l. hæreditariæ. 70. de furt.
r l. 1. 2. D. eod. & Inſtitut. eod.
s l. hoc iure, 152. de regul. iur.
t arg. l. ult. de furt. l. ult. de iniur.

 exactiones

exactiones officiorum & magiſtratuum, quibus ſupra debitum ſubiectos expilant [a], referantur. Nam etiam eiuſmodi, tãquam ui extorta, in quadruplum reddi debẽt [b], & concuſsio ipſa punitur arbitrariè [c]. De crimine ſtellionatus 34, qui in ciuilibus dolus eſt [d], nec pœnam legitimam habet, quia nec legitimum crimen eſt [e]: ſed extra ordinem tẽporario metallo, remotiõe ab ordine, aut relegatione [f], etiam cum periurio cõmiſſum eſt [g], coërcetur. Et de iniurijs 35, facto, uerbo [h], ſcripto [i], etiam ſigno mordenteq; geſtu [k] illatis: quæ tam ciuiliter æſtimatoria actione [l], quàm criminaliter arbitraria coercẽtur [m]. Ad ciuilem referri poteſt, cum petitur reuocatio & palinodia [n]: quia nihil fiſco petitur, ſed ut parti ſatisfiat [o]. Ac de famoſis libellis 36, quibus non tantùm cõtumelia fit cum iniuria, ſed certum aliquod & famoſum crimen obijcitur: quod genus quia maiorem ac durabiliorem, magisq; publicam contumeliam inurit [p], eo grauius ex pœna talionis uindicatur [q]. Item de abigeis 37, qui pecora abigunt, & graſſatorum inſtar, quoties cum armis faciunt, puniuntur [r]: & de aggerum Nili perfoſſoribus 38, qui tamen ob ſummam quam publico inferũt cladẽ, ut nunc aggerũ maritimorũ & aliorum [s] perfoſſores, flãmis iure conſumũtur [t]: deq; latronũ aut aliorũ reorum occultatoribus 39. At iſtiuſmodi ſanè tam publica q̃ priuata & extraordinaria iudicia, cõtra facinoroſos ſunt cõſtituta: qui quidẽ ſi accuſati ſubterfugiãt, requirẽdi ſunt, & eorũ bona annotãda 40: ſin cõpareant, & factum negent, quęſtionibus ſubdendi 41, ſiquidem indicia urgeant ac probẽtur idonea [u], nec aliæ probationes præſtò ſint [x], & de cauſa capitis [y], aut etiam ſtatus [z], quæ capitali comparatur [a], pœnaq; corporis [b], agatur. Sin autem cõfiteantur, uel ita cõuincantur, ut negare rectè non poſsint [c], coërcendi: & niſi abolitionibus 42, puta ſpeciali uel generali 43, uel præſcriptione 44 criminalis quæſtionis [d], cuius inſtantia duos intra annos à litis conteſtatione computandos [e], ius uerò omne in ſtupris, quinquennio

34. De crimine ſtellionatus.
35. De iniurijs.
36. De famoſis libellis.
37. De abigeis.
38. De Nili aggeribus non corrũpendis.
39. De ijs qui latrones uel alijs criminibus reos occultauerint.
40. De requirendis reis.
41. De quæſtionibus.
42. De abolitionib.
43. De generali abolitione.
44. Vt intra certa tẽpora criminalis quæſtio terminetur.

a c. militare. 23. q. 1. gl. c. ultim. 14. q. 5.
b c. quoniam. 18. diſt. gloſ. d. c. ult.
c uid. D. eod. de cõcuſſio.
d l. 3. hoc tit.
e l. 3. §. 1. eod.
f l. 3. §. ult.
g l. ult. eod. de qua uid. Cuiac. li. 2. cap. 19. obſ.
h l. 1. §. 1. eod.
i l. 5. §. ultim. eod.
k tot. tit. D. & Inſtitut. & hic de iniur.
l l. item. 15. §. 1. eod.
m l. ult. eod.
n conſtit. 42. part. 2.
o ita Mynſin. obſ. 98. cent. 2. quamuis contrà Maran. par. 4. diſt. 1. num. 2. & Paris de Put. in ſynd. uerb. compoſitio.
p Zaſ. l. cum lex. de legib. uid. quæ dixi tit. D. de iniur. q l. unic. h. tit. uide 5. q. 1. & glo. fin. art. 16. Land. lib. 1. r uide l. 1. D. eod. s gl. in fin. artic. 16. li. 2.
t l. unic. h. t. u l. 3. 4. 8. h. tit. l. 1. 18. 20. ff. de quæſt. ubi dixi. x l. 8. ubi Hipp. eod. tit.
y l. 1. l. 6. l. 8. ff. eod. z l. ſuper. 9. h. tit. a Iaſ. repet. l. admonendi. num. 280. de iureiur.
b Damhoud. in pract. cap. 35. num. 4. Bart. num. 11. 12. & Dd. l. 2. l. pen. §. 1. de publ. iudic.
c l. qui ſententiam. 16. h. tit. de pœnis. d l. 1. 2. h. tit. l. 5. ſup. de adult. l. querela. 12. ſupr. de falſ. e l. ult. h. t. l. properandum. 11. in prin. ſup. de iudic.

45. Ad ſenatuſconſ. Turpil.
46. De calumniatoribus.
47. De pœnis.
48. Ne ſine iuſſu principis certis iudic. liceat confiſcare.
49. De bonis proſcriptorũ ſeu damnatorum.
50. De bonis eorum qui mortẽ ſibi conſciuerunt.
51. De ſenteˇtiam paſſis & reſtitutis.

a l. 5. ſuprà de adult. ubi Salic. quoſdam caſus excipit, ut et Iaſ. l. tranſigere. §. de trãſact.
b l. querela. 12. ſupr. de falſ. Cuia. lib. ob. 4. cap. 14.
c Guid. Papa deci. 221. per doctrinã gl. Bald. Salice. l. ſicut. uerb. facult. item. C. de præſc. trigin. annorum. Boër. deciſ. 344. numer. 1. 2. 3. Franc. Balb. de præſcrip. par. 1. quæſt. 8. uide etiam Panorm. Felyn. c. ad aures. de præſcript. Mynſing. obſ. 28. cent. 3. fac. l. 1. §. ultim. de quæſtion. et quæ latè tradit Hipp. in prac. §. opportunè. num. 7. 8. 9. cum ſequen.

quennio [a], in alijs uicennio [b] præſcribitur, ſic tamen ut exceptio præſcriptionis obijci debeat [c], periculum ſit diſcuſſum, aut certè ob tergiuerſationem 45 uel calumniam 46 ex S.C. Turpiliano, in ipſum aduerſarium deriuatum, pœnis legitimis puniendi 47: bonis etiam eorum, ex Principis tamen iuſſu 48, cum inferiores iudicãt, confiſcatis 49: quomodo damnatorum bona, iure Codicis & Pandectarum, non etiam indiſtinctè Nouel. [d] publicari ſolent, ut & eorum qui pro damnatis habentur, cuiuſmodi ſunt, qui ſibi mortem conſcientia ſceleris conſciuerunt 50: niſi paſſi eiuſmodi damnationis ſententiam, aut à lege ob alterum eiuſdem criminis conuictum [e], aut gratia ac beneficio ſummi Principis [f] in integrum reſtituantur 51, uel per indulgentiam, quo modo bona & honores non recuperantur, pœna tollitur [g]: uel per reſtitutionem, qua etiam opinio, dignitas, patrimonium redditur [h]: non etiam fructus interea percepti [i], nec quæ tertio acquiſita ſunt [k]: ſi quidem ſit reſtitutio gratiæ, de qua hîc agitur. Nam reſtitutio iuſticiæ [l], quæ declarat ex apparente iuſticia iniuriam damnato factam eſſe, omnia præter bona fide conſumpta in integrum, proindeq; hæc quoq; reducit [m]: niſi Princeps aliter determinârit [n].

LIBER X.

Poſteaquam expoſuimus de iudicijs, ac iuris quæſtionibus ciuilibus & criminalibus: ſequens eſt, ut de fiſcalibus, quæ priuilegio aliquo & iure ſingulari, non communi reguntur atque expediuntur, & potiſsimùm ad ſummi Principis arbitrariam cognitionem pertinent [a], ultimo tandem loco tractatio inſtituatur. Hæc autem ferè triũ ſunt generum: alia enim propriè ad ius reſq; fiſci pertinent, de quibus in libro decimo: alia ad munera à priuatis fiſco & Reip. præſtãda, eorũq; excuſationes, de quib. in libro undecimo: alia ad dignitates: q̃ & ipſę quędã munerum

d Authen. bona damnator. hoc tit. Nou. 134. in fin. e l. 1. de ambitu. Cuiac. obſ. lib. 7. cap. 28. f l. 4. de pœnis. & tot. hoc tit. l. 1. §. 5. de poſtul. in l. 2. ubi gloſſ. de ſenat. g l. antepenult. hoc tit. h l. 1. ff. de interdict. l. 1. l. antepenult. hoc tit. i c. grauis. de reſtitut. ſpoliat. k Iaſ. num. 70. & Dd. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de liber. & poſthum. l Iaſ. & Dd. d. §. & quid ſi tantum. & d. c. grauis. l. uideamus. 38. §. in Fauiana. de uſur. Roman. conſil. 454. Chaſſ. conſuet. Burgun. de feud. §. 2. in princip. numer. 20. m Iaſ. d. §. & quid ſi tantùm. num. 71. per l. 1. §. ult. de quæſt. l. quòd ſi minor. §. Scæuola. de minoribus. n l. ſi debitor. hoc tit. l. 2. 4. ff. eod. a l. 1. 2. ad l. Iul. de ambitu.

munerum perſonalium ſpecies ſunt[a]: de quibus in libro duodecimo. Primò igitur agitur de iure fiſci 1, quod in bonis uacantibus[b], & damnatorum[c], non etiam ante damnationem mortuorum[d] habet: de conueniendis fiſci debitoribus 2, eorumque fideiuſſoribus[e]: de fide & iure haſtæ ſeu auctionis[f] fiſcalis: & adiectionibus[g], hoc eſt licitationibus[h] & addictionibus 3, quæ plus licitantibus obtineri his in ſubhaſtationibus ſolent[i]: & niſi ſolenniter fiant, reuocari in integrum cum fructibus[k] poſſunt[l]: ritè uerò factæ, nec per reſcriptum exemplo aliarum uenditionum[m], neque minoris ætatis prætextu reuocantur[n]: de uenditione rerum fiſcalium cum priuatis communium 4: quæ contra iuris regulas[o], à ſocio fiſco uniuerſæ diſtrahi[p], nec tamen[q] euictione aliqua retrahi[r] repetíq;, ab ipſo præſertim fiſco & ſtationibus[s], hoc eſt, manſionibus, in quibus officia fiſcalia conſiſtebant[t], poſſunt 5. ſed ſi quid ex uſu fiſci uenditum ſit, id ſtatio alia ab alia, poſterior à priore repetere poteſt[u]. De his qui ex rationibus publicis mutuam pecuniá acceperunt 6: quę res pœna quadrupli[x], aut etiam capitali[y], coercetur: quéadmodum fiſcus in ueris debitionibus, non etiam pœnis[z], alijs creditoribus præferatur 7: de uſuris fiſcalibus 8, quę ex debitionibus rerum creditarum exigi poſſunt[a], pro pœnis uerò aut mulctis fiſco debitis exigi non poſſunt[b]: de ſentétijs contra fiſcum latis 9, etiam intra triennium[c] retractandis, quamuis iure communi ſententiæ omnes poſt decem dies in rem iudicatam tranſeant[d], neque uel reſcripto uel nouę prętextu ꝓbationis reſcindi poſsint[e]: de bonis inteſtatorum uacantibus, & incorporatione 10, hoc eſt, de bonis eorum qui ſine hærede deceſſerunt[f], non in æraria ciuitatum[g], ſed in corpus fiſci publicum ſolenniter[h] redigendis: de eorum bonorũ, uel criminum[i] ex quibus publicatio ſequi poteſt[k], delatoribus 11, & pœnis accuſatorum[l] eiuſmodi grauiſsimis[m]: ſi uel extra neceſ-

1. De iure fiſci.
2. De conueniendis fiſci debitoribus.
3. De fide inſtrumentorũ & iure haſtæ fiſcalis, & de addictionibus.
4. De uẽd. rer. fiſcaliũ cum priuatis comunium.
5. Ne fiſcus rẽ quã uendidit euincat.
6. De his qui ex public. rationib. mutuam pecuniam acceperunt.
7. Pœnis fiſcalib. creditores pręferri.
8. De fiſcalib. uſuris.
9. De ſententijs contra fiſcum latis retractandis.
10. De bonis uacantibus & incorporatione.
11. De delatoribus.

a *l. honor. 14. et paßim de muneribus & honor.*
b *l. 1. ff. eod.*
c *l. 4. l. defenſionis. 7. l. ul. hoc tit.*
d *l. ult. h. tit.*
e *l. 1. 3. 4. hoc titul.*
f *l. 1. h. tit.*
g *Cuiac. ſic legit.*
h *d. l. 1. infr. de uend. reb. ciuit. l. 2. ĩ. de loca. præd. ciuil. l. pen. infr. de omni agro deſer.*
i *uide Bud. et quæ dixi de in diem addict.*
k *l. 1. hoc tit.*
l *l. 2. hoc tit.*
m *l. 3. ſuprà de reſcind. uendit. l. unpp. de priuileg. credit.*
n *l. 5. hoc tit.*
o *l. 1. 3. 4. ult. ſup. de com. rer. alien. 1.*
p *l. 4. hoc tit. l. 2. ſuprà de com. rer. aliena.* q *ſupr. de quad. præſcript.* r *contra regulas uendicationum & euictionum* s *l. 1. 2. h. t.* t *l. 1. ſuprà de compenſ. l. 2. ſuprà de ſolut. Cuiac. hîc.* u *l. 1. in fin. hoc tit.* x *l. 1. hoc tit. l. antepe. ſuprà de iure fiſc.*
y *l. 2. hoc tit.* z *l. 1. hoc tit. l. in ſumma. l. quod placuit. l. ſtatius. § ul. de iur. fiſc.* a *l. 2. & 3. hoc tit.* b *l. 1. hoc tit.* c *l. 1. hoc tit.* d *l. ult. ſuprà ut lite penden. l. 4. cum ſequen. ſuprà de re iud.* e *l. 2. 4. 5. eod. tit.* f *l. penult. hoc tit.* g *l. 1. hoc tit.* h *l. 3. l. ult. hoc tit.* i *l. 1. de iure fiſci.* k *l. pen. h. t. in lib. Cuiac.* l *l. ſenatus. 15. l. deferre. 18. de iure fiſci.* m *l. 2. 3. 4. 5. h. t. l. 7. 15. ff. de iure fiſci.*

neceſsitatem officij [a], aut falſò deferant [b], aut ſine fiſci patrono [c], aut ſi dominum quamuis etiam uerè, excepta Maieſtatis cauſa, traducant. Tales enim in exemplum omnium proditorum, ſeueriſsimè etiam ignibus [d] ſunt coercendi [e]. De petitionibus huiuſmodi bonorum ſublatis 12: ne quis ſcilicet fiſco oblata petere audeat, ſub ſpecie prætextuq; munificentiæ principalis: quaſi dignum ſit Principis magnificẽtia [f], hæc elargiri potius quàm ſibi retinere [g], neu quis memorialiũ & ſecretariorum aulę, de eiuſmodi, ſcripturam actáue conficiat [h], niſi Princeps motu proprio, nemineq; poſcente, de his aliquid largiatur [i]: quo conſultum eſt uerecundiæ Cæſaris, ne in nonnullis, puta bene meritis, aut prępotentibus, inuerecunda petentium inhiatione conſtringatur, ut pudore uictus etiá non concedenda tribuat [k]. At nunc tralatitium eſt, pudet dicere, non mortuorum, ſed uiuorũ etiam ſucceſsiones & feuda ſub euentum caducitatis à dominis poſtulare, clàm & abſq; uaſalli conſenſu: quod tamen iure prohibetur [l], & per ſe turpe eſt, ac probroſum [m], eoq; nullum [n]. De his qui ſe deferunt 13, cùm incapacibus ipſis bona alioqui uacantia relicta ſunt: ut ſcilicet præmio maiore quàm eſt delatorum [o] (qui tantùm quartam, unde quadruplatores dicti, aut octauam accipiũt [p]) nempe triente aut ſemiſſe bonorum honorentur [q]. Item ſi liberalitatis Imperialis ſocius, unus ſcilicet ex his quibus communiter à Principe aliquid, puta prædium, datum eſt, nullo relicto hærede deceſſerit: ut ad cõſortem potius ſolatium, quàm ad aliam perſonam, etiam fiſcum, pars decedentis perueniat 14. Item de theſauris repertis, qui & ipſi fiſco denunciari ſolent [r], ut aut inuentori & domino loci [s] relinquantur 15, cum in proprio uel alieno ſcilicet ſolo inuenti ſunt [t]: aut ſi in publico pro dimidia ſaltem parte fiſco uendicentur [u]. De annonis, tributis 16, indictionibus 17, quæ extra ordinem, ſupraq; conſuetum tributum, ob aliquam neceſsitatem, puta belli, exigi ſolent [x]: & de ſuperindicto 18, hoc eſt augmento indictionum: his ſcilicet ad neceſsitatem rei gerendæ necdum ſuppeditantibus: cuiuſmodi non

D niſi

12. De petitionibus bonorum ſublatis.

13. De his qui ſe deferunt.

14. Si liberalitatis Imperialis ſocius ſine hærede deceſſerit.

15. De theſauris.

16. De annonis & tributis.

17. De indictionib.

18. De ſuperindicto.

a l.2.hoc tit. b l.pen.h.tit. c d.l penult. d l.pen.h.tit. in C.Cuiac. e l.ult.h.tit.in Cod.uulg. f Bal. c.1. §.ſi uero in totũ. qual. olim feud.po. g ut nũc fit in feud. Cano. c. 2. de feud. c.1. per quos fiat inueſt. Chaſ. in con ſue. Burg. de feud. h l. ult. h.tit. i l.1.in fin.h.t. k l.1.hoc tit. l arg. l.ult.C. de pac. Dd. c. cum uerò. de his qui feud. da.c.1. ubi gloſſ. qui ſucc. feu. teneat. Iſer. c. 1. §. prætere ea. de prob. feu. alie. per Fed. Socin. conſil. 167. Pariſ. conſil. 21. num. 41. uolu.1. deciſ. Neap. 292. Port.conſ.9.nu.53. m l.quidam.30. §.ult.de donat. n l.5. C.de legib.d.l.quidam. §.ult. o l.2.l.ſenatus.15.de iure fiſc. p Cuiac.l.2.ſup.de delato. q l.unic.h.tit. l.edicto.23.l.pen.de iur.fiſc. r l.1.l.3.§.pen.§.ult.de iur.fiſc. s d.l.3.§.ult. t l.unic. uerb.in ſuo uel alie.hoc tit. u uide d.l.3.§.pen.de iur.fiſc.c.1.quæ ſunt rega. §.theſauros. Inſtit.de rer.diuiſ. x l.1.in uerb.quo iam non extraordinarium, ut hactenus, &c.h.tit.

niſi ſummus Princeps [a], aut qui ex conceſſu huius uel im memoriali uſu, quod uice priuilegij eſt, ius eiuſmodi præſcripſit [b] ex iuſta cauſa, conuocato ad hoc concilio, & con ſenſu impetrato ſubditorum, imponere poteſt [c]: de exactionibus ordinariorum tributorum 19, qua nimirum ratione exigi, & in fiſcum redigi debeant. De ſuperexactionibus 20, quæ ultra debitum à ſubditis officiales extorquent, eoq; in duplum (furti enim ſpecies eſt) his qui indebitè ſoluere coacti ſunt, reſtituere exemplo publicanorum [d] compelluntur [e], ac capitali etiam pœna, ſi in eiuſmodi concuſsionibus perſeuerent, afficiuntur [f]: de capiendis à debitore & diſtrahendis pignoribus [g] tributorum non ſolutorum cauſa 21: de apochis publicis 22, quæ ſoluentibus debitoribus à fiſco, in probationem factæ ſolutionis dantur [h], ut pleniſsimam pariant ſecuritatem [i], exceptionem non numeratæ pecuniæ excludant [k], præſumptionem ante triennium retrò ſemper ſolutum fuiſſe inducant [l]: & de deſcriptionibus curialium qui munera ſuſtinent, ſolenniter authoritateq; præſidis ad acta faciendis [m], ſingulisque quadrimeſtribus cum rationibus exactorum munerum ad præfectum prætorio tranſmittendis [n]: ut ex illis ſcilicet appareat, quantum quiſque debeat & præſtet, & ſoluere fiſco teneatur: néue quid in fraudem plebeiorum & inopum, ac ad gratiam & exonerationem locupletum uel gratioſorum, hac in parte excogitari poſsit [o]. De canone, hoc eſt penſitatione & cenſu [p] largitionalium titulorum 23, muneribusq; quæ ſubditi ſponte & dono, præſertim calendis Ianuarij, pro auſpicijs noui anni [q] domino largiuntur: aut quæ ad largitiones principales, ut inde munificentiam Imperator exerceat, à reliquis fiſci rebus ſecernuntur. Item ne à collatoribus ſeu exactoribus operæ ſub prætextu tributorum indebitè exigantur 24: néue è diuerſò quenquam ab exactione immunem gratioſè prætermittant 25. De frugibus conditis in publico horreo 26, tam erogandis (ueteribus ſcilicet & corruptis, quæ ſeruãdo ſeruari amplius nequeãt [r]) quàm importandis & cuſtodiendis (ſcilicet recentibus, quæ ſeruari conditæ poſſunt) aut in neceſsitate [s] publica famis [t], belli, &c. nouis ſpeciebus frugum coemendis: in-

dicta

19. De exactorib. tributorum.

20. De ſuperexactoribus.

21. De capiendis & diſtrahendis pigno. tributorũ cauſa.

22. De apochis publicis, & de deſcriptio. curialium, & de diſtributionib. curialibus.

23. De canone largitionalium titulorũ.

24. Ne operæ à collatoribus exigãtur.

25. De immunitate nemini cõcedenda.

26. De cõditis in publicis horreis.

a Bartol. Rebuff. & Dd. hic. l. 1. de iudic. c. 1. quæ ſint regal. Laſ. l. de quibus. nu. 45. de legib. per l. 2. ſ. nou. uectig. tl. l. placet. ſ. de exc. mun. lib. 10.

b c. ſuper. 26. §. 1. de uerb. ſignific.

c uide Thom. tract. de collect. circa prin. Chaſſ. conſue. Bur. des iuſt. §. 4. Matt. de Aſflict. et Dd. c. unic. quæ ſint regal. et hic.

d l. 1. & t. tit. de publ.

e l. unic. h. tit.

f l. unic. h. tit.

g l. 2. h. t. l. penul. ſupr. de conuc. fiſci deb.

h l. 1, 2, 3. ult. h. tit.

i l. 3. l. pe. h. t.

k l. ult. h. tit.

l l. pen. h. tit.

m l. 1. hoc tit.

n l. 1. h. t. uide Nou. 128. cap. 3. quæ quotannis hoc demum fieri uult.

o l. 1. hoc tit.

p l. 2. C. de iur. emphyt. c. potuit. de locat.

q ĩ. de oblat. & uot. lib. 12.

r l. lex quæ. C. de adm. tuto.

s l. 1 in uerb. urgente neceſsitate. h. t. ut nem. lic.

t Boet. de conſol. lib. 1.

dicta ſubditis coemptione à fiſco: cui omnes, penes quos illarum rerum inuenitur copia, uendere debent, & à qua coemptione nemini ſe excuſare licet 27: quod munus *ſitonia* uocatur. De collatione prædiorũ donatorum à Cæſare, uel releuatorũ à tributis [a], eiuſdem beneficio: quæ tamen releuatio ne reditus publici minuantur (nã remiſsio oneris alicui facta, non reliquis contributoribus, ſed fiſco nocet [b]) peti non debet [c]. De trãslatis ex una pręſtatione in aliam prædijs, puta ut pro frugibus pecuniam præſtẽt: uel adæratis, hoc eſt leuius taxatis & æſtimatis ad tributum commodè præſtandum 28. De collatione æris 29, quam prouinciæ metalliferæ facere coguntur, aut pecunia pro ære inferenda [d]. Item de officio diſcuſſorum 30, qui rationes fiſcales ab alijs tractatas & oblatas fiſco, iterum diſcutiũt & recognoſcunt, adq; calculum & examen, ne qua fraus committatur, reuocant. Atq; hęc quidem hactenus de his quæ ad fiſci rationes, & publicum patrimonium atq; penſitationes pertinẽt. Sequitur, ut altera pars de oneribus ſcilicet, muneribusq; publicis fiſco præſtandis, & eorum excuſationibus (de quibus multa quoque extra ordinem uariè prodita ſunt) perpurgetur. Ac primò de decurionib. 31, & eorũ filijs: & qui decuriones habeantur, & quibus modis à fortuna curiæ liberẽtur. nam ad horum præcipuè collegia ſeu curias [e], in ciuitatibus munera pertinẽt: quippe quorũ authoritate, cõſilio, opera, tanquã magiſtratus municipalis [f], quæcunq; à municipijs & communitatibus quibuſq; præſtãda ſunt, expediantur, & pręſtentur. De ſeruis aut libertis ad decurionatum aſpirantibus 32: & ſi hi abſq; iure aureorum annulorum aut reſtitutione natalium [g], cum cõſcientia conditionis ſuæ, id attentarint, arbitrariè puniendis [h]. De prędijs decurionum ſine decreto non alienandis 33: ne ſcilicet diuenditis bonis aliò migrare, & ſuas decurias deſerere temerè poſsint. De quarta ex bonis decurionum, quibus extranei, & à conſortio curiæ alieni hæredes ſuccedunt, in collegio retinenda 34: ne per mortem decurionum, ſine liberis, qui alioqui locũ decedẽtis patris implẽt [i], decedentium, & alienigenis familiam relinquentium, imminutionem aliquam decuria patiatur: reliquo hæreditatis dodrante ad hæredem quidem redeunte, ſed cum hoc onere, ut de bonis immobilibus, puta terrę iugeris, certã quotãnis pẽſionem curię pręſtet [k]: quę cẽſus pręſtatio eãdẽ ratione alijs, qui

27. Vt nemini liceat in coempt. ſpecierũ ſe excuſare, & de munere ſitoniæ.
28. De collatione donatorũ uel reuela. aut trãslatorũ ſeu aderatorum.
29. De collatione æris.
30. De diſcuſſorib.
31. De decurionib. & filijs eorũ, & qui decuriones habentur & quib. modis à fortuna curiæ liberentur.
32. Si ſeruus aut libertus ad decurionatum aſpirauerit.
33. De prędijs decurionũ ſine decreto nõ aliẽãdis.
34. Quando & quibus quarta pars debetur ex bonis decurionum: & de modo diſtributionis eorum.

a Nou. 163. de releuat. tribut.
b Iacob. tract. de homag. num. 38. per doctrinã Angel. in l. ſi unus. §. item ſi pactus. & §. ſed ſi generaliter. ubi Baldus de pact. & in l. inter debitorem. eod. tit. gloſ. l. uacuatis. C. de decur. lib. 10. uide etiam Chaſ. in conſuetu. Burg.
c l. 1. de collat. prædio.
d l. unic. h. tit.
e Nou. 45. ne Iudæi, &c.
f l. 2. ſupr. de mag. munic.
l. 2. ſuprà de defenſ. ciuit.
g l. unic. ſuprà ad l. Viſe.
h l. 1. 2. h. tit.
i ĩ. de fil. offi. lib. 12. & ĩ. de decur. & cor. fil.
k l. 1. ſuprà de apoch. publ. l. 16. C. Theodoſ. de agen. in reb.

qui fundos lucratiuo titulo, puta donationis, legati, &c. à decurionibus cõſecuti ſunt, imponitur 35. Intereſt enim Reip. ad faciliorem 36 munerum expeditionem, & ſuſtentationem curiæ, impenſasq́; tolerandas, non modò decuriones, ſed ipſorum quoq; bona in collegio retineri: ut & ſalaria ſumptusq́; ad munera neceſſarij ex ijs ſuppeditari, & retentis patrimonijs, in officio decuriones quoq; retineri poſsint: qua etiam ratione ex ciuitate in uillas & rus habitandi gratia migrare prohibẽtur 37, uidelicet ut commodius & coràm, non impèditi agricolatione, muneribus neceſſarijs perfungantur. Præter decuriones autem & reliqui municipes 38 munera capiunt, (unde & dicti ſunt[a]) ac ſuſtinere debent, ad id cùm exemplo, tum authoritate iuſſuq́; decurionum compellendi[b]: qui aut ſunt originarij, hoc eſt ciues, aliquo loco oriundi[c], nati[d], uel manumiſsi 39: qui & ipſi originem patroni ſequuntur[e]: quia cum libertate naſci quodammodo in uitam ciuilem uidentur, cum ſeruitus mortalitati comparetur[f]: aut uoluntarij, puta ſponte curialium numero ſe aggregantes, ut incolę[g], domicilium alicubi ſuo delectu & arbitrio conſtituentes 40: quos non dubium eſt forum illic ſortiri, & proinde muneribus ſubiacere[h]. Munera autem uel ſunt perſonalia: ut honores, qui inter patrẽ & liberos non ſunt continuandi: uel patrimonialia 41, quæ patrimonijs, publicæ utilitatis gratia, & ad ditãdum aduerſus imminẽtes neceſsitates, fiſcũ, indicũtur[i]: pręſtãturq́; & ſuſcipiuntur aut à coactis ex neceſsitate parendi, & quidem regulariter 42: aut ſpõte & ultrò à uolũtarijs 43, quod raró in patrimonialibus, in honoribus uerò & perſonalibus ſæpe uſuuenit, ut cum illi munera non detrectãt, qui uacationem, excuſationẽ & immunitatem ab ijs habent: aut à Principe impetratã 44, quæ uacatio ad extraordinaria 45, non etiã ad ordinaria munera legibus indicta[k] pertinere intelligitur[l]: aut decreto decurionũ cõceſſam 46, aut iure communi indultam. Datur enim iure cõmuni ex iuſtis quandoq; cauſis excuſatio 47: certis muneribus, à quibus nemini ſe excuſare liceat, exceptis 48: ut ſunt angariæ, parangariæ, plauſtra, aliaq́; miniſteria, quæ ad expeditionem iter faciẽtis Principis debẽtur, & à uicinis prędijs exigun

a *l. 1. ubi dixi ad municipal. l. munus. 18. de uerbo. ſignific.*
b *l. ult. & tot. tit. de mun.*
c *l. 1. l. ult. ad municip.*
d *d. l. 1. l. municipes. 228. de uerb. ſign.*
e *l. 6. §. ult. l. 22. 23. 25. ad municipal.*
f *l. ſeruitutẽ. de reg. iur.*
g *l. domiciliũ. 20. ad municip. l. pupillus. 239. §. incola. de uer. ſignific.*
h *l. incola. 29. l. libertus. 17. §. 3. ad municip. l. 1. 2. l. ultim. de incol. h. tit. l. 1. ĵ. de murileg. uide Thoma. tract. de collec. §. pauperes. nou. 12. 13. cum ſeq.*
i *l. 2. h. tit. uide ff. eod. de muner.*
k *l. unic. h. tit.*
l *l. cui munerís. de mune. & hono.*

35. De imponẽda lucratiua deſcriptione.
36. De prębendo ſalario.
37. Si curialis relicta ciuitate rus habitare maluerit.
38. De municipibus & originarijs.
39. De incolis, & ubi quis domiciliũ habere uidetur: & de his qui ſtudiorũ cauſa in alia ciuitate degunt.
40. De honoribus & munerib. non contĩnuãdis inter patrem & filium, & de interuallis.
41. De muneribus patrimoniorum.
42. Quẽadmodum ciuilia munera indicuntur.
43. De his qui ſpõte publ. munera ſubeunt. 44. De his qui à Principe uacatio. acceperunt. 45. De uacatione publici muneris. 46. De decretis decurionum ſuper immunitate quibuſdam concedenda. 47. De excuſat munerum. 48. De quibus munerib. uel præſtationibus nemini liceat ſe excuſare.

exiguntur[a]: itemq́ quæ ad pontium[b], uiarum, murorum conſtructionem[c], frumenti, aliarumq́ ſpecierum neceſſariarum comparationem[d], tranſuectionem[e] cũ opus eſt, requiruntur. Excuſatio autem conceditur aut ſolida ab omnibus muneribus: aut ex parte: uidelicet non à proprio munere, ſed duntaxat ab alijs, quæ ab hoc ſunt ſeiuncta: ut tanto commodius ſuæ quiſq; functioni uacare poſsit. Excuſationem ſolidam & omnimodam à perſonalibus, non etiam patrimonialibus[f] præſtãt, ætas 49, minor[g], eorum præſertim qui in aliqua uniuerſitate, qualis olim erat Berytus, optimis diſciplinis operam nauant[h], uel ſenilis annorum 70[i]. Item morbus 50, ut cæcitas[k], articularis morbus[l], & podagra[m] tanta, quæ propriorum negociorũ curationem impediat[n], eoq́ à publicis etiam perſonalibus[o] ſcilicet unumquemq; pro ſe, nõ quo ad alium, ueluti filiũ, parentem[p], excuſare debet. Et numerus liberorum ſuperſtitum quinq;[q]: ſic tamen, ut filij ætatis legitimæ pro patre munera ſuſcipiant[r], etiam patrimonialia, poſtquã pater eis facultates ceſsit[s]. paupertas 51 tenuiore in cenſu deprehenſa & declarata[t]. profeſsio liberalis operæ, quæ ſuſtinetur, & qua Reipub. commodatur, aut commodari poteſt[u]: ut profeſsio liberaliũ doctrinarum, Medicinæ 52, Grammaticæ, Oratoriæ[x], Philoſophiæ[y]: eorum tamẽ qui iudicio ſeptem artificum[z], & decreto decurionum[a], abſq; colluſione[b] probati, & intra numerum ſint[c], non ſupranumerarij[d], neq; necdum probati[e] aut improbati[f], uelut ſtudentibus minus utiles[g] moribus aut facũdia reperti[h]: non poetæ[i], calculatores[k]: athletæ tamen, athleticiq́ certaminis 53 profeſſores ita, ſi non minus quàm tribus coronis honorati ſint[l]. Excuſat etiam militiæ 54 armatę togatæ ue, aut cauſaria miſsio, hoc eſt, ob cauſam aliquam neceſſariam, puta ualetudinis, uulnerũ, ante legitimum militiæ tempus completum, impetrata: aut honeſta, impletis ſcilicet ſtipendijs miſsio ex lege facta 55: & quod perinde ualet, ius ueteranorum, ante conſummatos militiæ annos ex aliqua cauſa, ut quia honeſtis uulneribus bene meritus miles multatus ac debilitatus, bello deinceps inutilis ſit, à Principe conceſſum[m]: quæ ſic accipienda ſunt, ut excuſationem à perſonalibus, non etiam à patrimonialibus[n], iuſtam pariant. Ex parte aliqua excuſationem præbet, ſcilicet

49. Qui ætate uel profeſsione ſe excuſant.

50. Qui morbis ſe excuſant.

51. De his qui numero liberorum uel paupert. excuſat. meruerũt.

52. De profeſſorib. & medicis.

53. De athletis.

54. De his qui non impletis ſtipendijs ſacram. ſoluti ſunt.

55. Quib. munerib. excuſ. hi qui poſt implet. milit. uel ad uocationẽ per prouinc. ſuis commodis uacan. cõmorantur, &c.

a l.1.2.h.t.
b l.ad exact. 7.C.de ſacroſ. Eccl.
c l.ult.h.t.
d d.l.ult.
e l.1.l.ult.h.t.
f l.2.l.ult.h.t. qui ætat.
g l.3.l.8.de muner.
h l.1.2.h.t.
i l.3.§.2.de muner.§.itẽ maior. Inſt. de excuſ.tut. l.ult.h.t. ubi pro lx.lege lxx.
k l.1.h.t.
l l.2.h.t.
m l.3.h.t.
n l.3.h.t.
o l.2.h.t.
p l.ult.h.t.
q l.3.5.6.h.t.
r l.ult.h.t.
s l.4.h.t.
t l.ult.h.t.
u l.1.2.ſup. qui ætat.
x l.2.l.ult.h.t.
y l.ult.h.t.
z l.pen.h.t.
a l.5.h.t.
b l.8.h.t.
c l.5.h.t.
d d.l.5.
e d.l.8.
f l.2.h.t.
g d.l.2.
h l.7.h.t.

i l.3.h.t. k l.4.h.t. l l.unic.h.t.de athlet. m uide ff.de priuil.ueterano. n l.2. l.4.de priuileg.ueteran.l.1.de uetera.uide Dd.l.1.qui ætate uel profeſsione.

cet eodem modo à muneribus magis perſonalibus quàm à patrimonialibus, conductio uectigalis publici 56, conditionis uilitas, muneribus honeſtioribus minus idonea: ut libertinitas 57, infamia 58, reatus 59, exilium 60, patria item poteſtas 61. nam iniquum eſſet, ex una familia plures ad idem munus cogi [a]: præſertim cum etiam pater pro decurionatu filij obligetur, niſi diſertè nominationi contradicat [b]: & promiſſa ab eo pro filio muneris æditio, uelut cómune hæreditatis onus, in alios etiá ſucceſſores & cohæredes liberos omnes transferatur 62. Deniq; muliebris ſexus 63. nam munera tantùm ſexui cógruentia tolerant [c]. legationes 64 de uolũtate conſilij, & cum authoritate ſuperioris decretæ [d]: quæ etiá poſt reditũ biennij uacationẽ indulgent [e], ſi longinqua, ut tranſmarina, nó ſi proxima legatio fuerit [f]. artificium 65, architecturæ, aquæductuum, picturæ, geometriæ, ſtatuariæ, & conſimiliũ, quę breui ſeu albo noticiaq; ciuitatis, ut neceſſaria publico, ſunt cópreheniſa: quorum artifices ab alijs perſonalibus muneribus, tutelis exceptis [g], excuſantur: ut diſcendis artibus ociũ ſit accommodatum: quo magis cupiát & ipſi peritiores fieri, & ſuos filios erudire [h], & ut par ſit docédi ac diſcendi ſtudium, ſuſcipiantq; data immunitate docendos in utilibus artificibus, ij qui docere ſufficiunt [i]. Excuſationem etiam præbet, ſiquidẽ alij nominentur potiores 66, non tantùm gradu generis, ſed etiá facultatibus [k], nec tá ordine, quàm etiá facultate [l], probata potioris cauſa [m] ab eo qui electus eſt, eius tamen periculo, tanquam fideiuſſoris [n]. Itẽ ſi probari poſsit propter inimicitias 67, ut aliquis munere negocioq; uexetur [o], creationem factam eſſe [p]. Non enim ex inimicitia, ſed æſtimatione ueri, & commodo Reipub. delectis ijs qui meritis & facultate digniſsimi ſunt [q], creationes fieri debent [r]: imò puniuntur, qui aliquẽ uexandi cauſa nominát [s]. Atq; eiuſmodi excuſatione aliqua approbata, ſicut probari omnis debet [t], etiam ſumptus qui in hanc litem erogati ſunt, recuperantur 68: quos tamen ſucceſſores facere nó tenentur, ſi poſt creationẽ quis deceſſerit 69. neq; enim hoc nomine conueniri poſſunt [u]: cũ iudicia perſonalium munerum cum perſona extinguantur [x]. Eadem ratione non ab omnibus, ſed præter ſuum munus propriũ à reliquis perſonalibus excuſationem habent, qui certis alijs

56. De conductorib. uectigaliũ fiſci.
57. De libertinis.
58. De infamibus.
59. De reis poſtulatis.
60. De his qui in exilium dati, uel ab ordine moti ſunt.
61. De filijsfam. & quemad. pro his pater teneatur.
61. De periculo ſucceſſorum parentis.
63. De mulieribus, in quo loco munera ſexui congruentia, &c.
64. De legationib.
65. De excuſat. artificum.
66. De potioribus ad munera nominandis.
67 Si propter inimicitias creatio facta ſit.
68. De ſumptuum recuperatione.
69. Si poſt creationem quis deceſſerit.

a l.3.h.t.
b l.1.2.ult. h.t.
c l.pen.§.de his qui mun. l.unic.h.t.
d l.ult.h.t.
e l.2.h.t.l.1.D. eod.l.2.§.de bono.
f l.2.h.t.
g l.geometriæ. de excuſat. tut. Cuiac. l. 3.§.de mun. patrim.
h l.1.h.t.
i l.2.h.t.
k Paul.lib.2. ſent.tit.28.
l l.honores. de decur.
m Paul.præall.loc.l.ad ſubeunda. 46.§.de decur.
n l.2.de fideiuſſ. & nomina.tut.
o l.6.§.penult. de excuſ.tut.
p l.unic.h.t.
q d.l.46.§. de decur.
r l.unic.h.t.
s l.ſeueriter. C. de excuſat.tuto.
t §.qui autem. 16.Inſtit. de excuſat.
u l.unic. h.t.
x l.1.C.de ſuſpect.tut.l.pen.ff.eo.§.ſuſpectus.4. Inſtit.eod.

alijs muneribus Reipnb. pręſtandis defungútur: nimirum ut á cæteris feriati, propriam ſuam functioné commodius exequi atq; obire poſsint [a]: ut qui ipſis muneribus exigendis & recipiendis præſunt, tabularij: qui tabulas eorũ quę publicè debentur & inferuntur, conficiunt [b]: ſcribæ, logographi, rationũ deſcriptores & cenſuales 70: qui operam ſuam magiſtro cenſus in cenſualibus rebus conficiendis præſtant [c], & in prouincijs cenſus ac patrimonia deſcribunt [d]: ſuſceptores 71, qui pręſunt annonis & tributis ærarij recipiendis [e]: præpoſiti, qui horreis publicis, in quibus ſpecies fiſcales deponuntur [f]: arcarij, qui his quę in arcam præfecti prætorio inferuntur, ſuſcipiendis [g], operam nauant: ponderatores 72, qui aurũ quod fiſco penditur, ponderant & examinant: & perſecutores auri publici 73, hoc eſt, qui illud exigunt & tranſmittunt [h] (qui tamen ex eo nihil iuſto diutius retinere [i], multo uerò minus quippiam uſurpare debent 74) uel auri coronarij 75: quod in coronis aureis, publicæ gratulationis & rerum bene geſtarum nomine, Principi offerri ſolet [k]: & Irenarchæ 76, qui quieti ac paci (ut nomen indicat) per prouincias tuendæ præſunt, & inuigilant, curæq; habent, ne ob exactionem munerum, populares & prouinciales tumultuentur: eoq; illis indulgere debent, ut pro argẽti, quod debetur & præſtandum eſt, precio, aurum, uel contrà pro aureis nummis argenteam monetam, facta æquali æſtimatione, inferre theſauris principalibus poſsint 77. Nã ſi in priuatis debitionibus, nedum uolente, ſed inuito etiam creditore, ſiquidẽ nihil eius interſit, recepta eſt alterius quàm quæ debetur monetę ſolutio [l]: multo certè magis id publicis prouincialiũ neceſsitatibus eſt indulgendũ, Cæſaris præſertim, uelut creditoris, generali lege id permittẽte: qui & ad ſubleuandos amplius ſubditos, auri luſtralis collationem remiſit [m]: quę antea exigebatur à mercatoribus, & tenuioribus alijs: qui patrimonia & res ſoli cũ nõ poſsiderẽt, eo ne planè eſsẽt immunes, neúe hac occaſione plures ab emptione rerũ ſoli & agrorũ cultura abſtinerẽt, pecuniáq; omnẽ in expertẽ onerũ negociationẽ locarent, ſingulis antea luſtris certã auri quantitatẽ, quod inde luſtrale dictũ eſt, inferre cogebátur. Cæterùm qui nõ mercaturã honeſtam [n], ſed

70. De tabularijs ſcribis logographis & cenſualibus.

71. De ſuſceptoribus præpoſitis & arcarijs.

72. De ponderatorib. & auri illatione.

73. De auri publici perſecutorib.

74. De ijs quę ex publica collatio. illata ſunt, non uſurpandis.

75. De auro coronario.

76. De Irenarchis.

77. De argenti precio quod theſauris infertur, & auri luſtral. collat.

a l.1.2. ſup. de excuſ. artif.
b l.1.l. miſsi.§. de exact. trib. l.2.§. de immunitat. nem. concedend. l.1.§. de cenſib. l.2.ſ. de iur. fiſc.
c l.2. & l.4. C. de princ. agen. in reb. lib.12. l. conſulta. l. teſtamenta. C. de teſtam. l. 1. C. Theo. de ſtud. lib.
d l.1. ff. de mune. & hono. uide D. Cuiac. hîc.
e l. cum poſſeſſor. in fin. de cenſibus.
f l.2. h.t. uide Cuiac. in l. 9 ſ. de iur. fiſc.
g l.1.ſ. de ijs qui ex publ. rat. mut. l. 3. ſ. de canon. largitio. l. ult. h.t. uide Cuiac. hîc.
h l.1. h.t.
i d.l.1.
k uide Capitol. in uit. Anto. Py. l. ult. C. Theod. de aur. coron. l. pen. ſ. de indic.
l l. Paulus. 99. ubi gl. & Dd. de ſolut. & l.2.§. mutu. ſi cert. pet.
m l. ult. h.t.
n Cic. lib.3. Offic. l.2. uerb. mercaturæ honeſtati tamen conſcia. ſ. de Epiſc. & cler. & ſ. de com. & mercato.

ſed improbum fœnus [a] exercent, etiam poſſeſsiones non habeant, nihilo tamē minus omnibus patrimonij contributionibus (nam à perſonalibus honeſtis ob infamiam [b] arcentur [c]) etiamnum fungi debent [d].

a l. improbum. 20. ſ. ex quibus cauſis infa. irrog.
b d. l. improbum.
c l. 2. ſ. de dignita. lib. 12. l. infamia. 8. ſ. de decurionibus.
d l. filij. 22. §. ult. ad municipal.

LIBER XI.

Atque hi quidem pecunijs in fiſcum inferendis administrant, eoq; à reliquis muneribus excuſationē habēt. Speciebus porrò, quæ in horrea Auguſti inferuntur, ex prouincijs, unde debentur, tranſportandis, ſeruiunt, nauicularij & naucleri publici 1, qui hoc unum munus debent, à reliquis oneribus, unà cum prædijs ſuis, liberi & immunes 2. In qua etiam conditione ſunt priuati, qui naues habēt, atq; nauigant: fiſco enim in tranſportandis ſpeciebus operam dare, eoq; reliquis tantiſper oneribus uacare debent 3: adeò quidem, ut naui annona publica onuſtæ, priuatum onus imponi non poſſit 4, quin periculum & damnum naufragij 5 fiſco præſtandum ſit [a]: quod priuati alioqui non præſtant [b], ſed fiſco, ceu domino [c], illata & deuecta pereunt: qui & aliàs ex priuatorū naufragijs compendium quærere, resq; priuatorum tempeſtate fortè eiectas ſibi uendicare non debet [d]: cum illud in priuatis pro crimine ſit, & confiſcatione bonorū omnium [e] à politico magiſtratu, excommunicatione uerò ab eccleſiaſtico coerceatur [f]. His addantur metallarij, qui metalla eruūt 6: ac procuratores metallorum, qui his præſunt: murileguli 7, ſiue conchilioleguli 8, qui murices, quorū ſanguine purpura tingitur, aliasq; conchas marinas unionibus & margaritis grauidas, legunt & piſcantur: & gynæciarij, qui in contexendis gynæceo Principali ueſtibus ac monilibus, laborant. Item procuratores rerum ad gynæceum pertinentium: & monetarij, qui cudendæ monetæ ſeruiunt: bactagiarij, quorum eſt proprijs iumentis res ad ærarium pertinētes tranſuehere [h]: & baphij [i], qui tingendæ murice Imperatoriæ purpuræ ſunt addicti. Dico, Imperatoriæ: quia reliquis purpura uti nō licet 8, ac ne ueſtibus quidem holoueris, ſeu (ut nunc loquuntur) holoſericis & auratis: quarum tamē uſus tantùm maribus interdicitur, permittitur uerò quadamtenus mulieribus [k], quoniam has cultus & ornamenta magis decent quàm uiros. Dico, eſſe addictos: nam horum omnium qui hæc munera præſtant, certa habebātur corpora & collegia: quibus artifices

a l. unic. h. t.
b l. 4. h. t.
c l. pignus. C. de pign. act.
d l. 1. h. t.
e Auth. nauigia. C. de furt.
f c. 3. de raptoribus.
g l. ult. h. t.
h l. 4. h. t.
i de curſ. pub. lib. 12.
k l. 1. 2. 4. h. t.

1. De nauicularijs ſeu naucleris publicas ſpecies tranſportantibus.
2. De prædijs & omnibus rebus nauiculariorū.
3. De nauibus non excuſandis.
4. Ne quid oneris publico imponatur.
5. De naufragijs.
6. De metallarijs & metallis & procuratoribus metallorum.
7. De murilegulis et gynæciarijs & procurat. gynæcij & de monetarijs & bactagiarijs.
8. De ueſtibus holouer & auratis, & de tinctione ſacri muricis.

fices unà cum familijs ſuis ita erant addicti & incluſi [a], ut ad aliud munus, aliam'ue fortunam aſpirare, alio etiá onere grauari non poſſent: ſed quiſq; ſuo munere fungi cogerentur [b], & ab alijs excuſationem haberent neceſſariam: ut & fabricenſes 9: quod eſt corpus eorum, qui in publicis fabricis & armamentarijs, haſtas, loricas, tela, ſcuta, & ſimilia bellica inſtrumenta & arma faciunt [c]: hisq; conſimiles, alio tamē in opere, artifices Palatini, qui uel expendæ ueterum numiſmatum ac aureorum ſolidorū æſtimationi præſunt 10: uel frenis & ſellis equeſtribus ac baltheis, Principum familiæ & palatio (nam reliquis eiuſmodi ornamenta parari non poſſunt) margaritas, ſmaragdos & hyacinthos aptant atq; intexunt 11. Item claſsici milites 12, claſsibus atq; nauibus publicis tuendis aſsignati: decuriales urbis Romæ 13: qui ſcrinia Senatus ſeruāt, acta publica excipiunt & perſcribunt. Itē corporati certis collegijs 14, ut piſtores 15, ſuarij 16, ſuſceptores uini publici, & qui ex corporatis eiuſmodi deſtinantur arcēdis incendijs, collegiati 17: & chartoprati, qui tranſmittendæ & diſtrahendæ chartæ ac papyri publicæ, curam gerunt. Item nūmularij, qui nummorum ac monetarum permutationibus, examinationibus, &c. in publico pręſunt, & ut argentarij, publicas contractuū rationes tenent atq; cōficiunt [d]. Profeſſores liberalium artium urbis Romæ, ſeu Conſtantinopolitanæ 18, qui præ cęteris ſunt priuilegiati & honorati 19. Nam Conſtantinopolis, translata eò imperij ſede, nō modò ius Italicum, ſed ipſius etiá ueteris Romæ priuilegia omnia, præter Eccleſiaſticū primatum [e], de quo magna tamen fuit contentio, eſt cōſecuta 20: ſecundū quam Berytus, Syrię metropolis, magna olim erat eminentia 21, quòd ob pulchritudinem atq; amœnitatē, ſtudiorum nutrix, & altera poſt regias urbes Academia doctrinarum eſſet [f]. Fuit autem præcipua, quod quidem ad hoc munerū, in quo nunc uerſamur, argumentum attinet, populi urbis Romæ, & deinceps Conſtantinopolitanæ, prærogatiua, quòd illi alendo, canonem frumentarium 22, hoc eſt annuum frumentum 23, & aliam annonam ciuilem 24, puta oleum, porcinam, bubulam, præſtare ac ſuppeditare gratis, prouinciales cogerentur: quæ annona præcipuè indigentibus & mendicis inualidis, non ualidis 25 (nam hi ad

E labores

9. De fabricenſib.
10. De uet. numiſmatis poteſtate.
11. Nulli licere in frenis equeſt. &c. & de artificibus palatinis.
12. De claſſicis.
13. De decurialib. urbis Rom.
14. De priuileg. corporatorū urbis Ro.
15. De piſtoribus.
16. De ſuarijs & ſuſceptorib. uini, & cæteris corporatis.
17. De collegiatis & chartopratis ac nummularijs.
18. De ſtudijs liberalibus urb. Romæ & Conſtantinopolitanæ.
19. De honoratorū uehiculis.
20. De priuilegijs urb. Conſtantinopolitanæ.

a l. 2. 3. 4. de fabricenſ. infrà.
b l. 1. & t. tit. de murile.
c l. ult. ſ. de ſeru. fugit. & paſſim hoc tit.
d l. quædam. 9. §. nummularios. ff. de æden. ubi dixi.
e c. renouantes. 22. diſtinc.
f conſtit. omnem. §. hæc autem. & §. illud. in proœm. Pandect.

21. De metropoli Beryto. 22. De canone frumentario urbis Romæ. 23. De frumento urbis Conſtantinopolitanæ. 24. De annonis ciuilibus. 25. De mendicantibus ualidis.

labores urgendi ſunt[a]) diſtribuebatur. Itèm nautæ Tyberini, qui commeatum eiuſmodi in ueterē urbem Romam conuehunt 26: & frumentarij Alexandriæ 27, quò omne Aegypti frumentum atq; annona comportata, ſuſcipiebatur & excutiebatur: eiusq; ciuitatis corporati & primates 28: qui omnes à ſordidis muneribus, cum digniora ſuſtineant[b], excuſantur: ut & qui cæteras Imperij ciuitates 29, earumq; res publicas adminiſtrant 30, aut ex neceſſitate aliqua, puta æris alieni, cumq; debita ſolénitate[c] diſtrahunt 31: inter quos tamen ciuitatū debitores 32 nō numerantur, quibus antè honores gerere, quàm æs Reipub. diſſoluerint, interdictum eſt[d]. Ac illiuſmodi quidem adminiſtratores ſi quid in officio cōmiſerint, hoc ordine exiguntur, ut ipſi prius, deinde horum nominatores 33, qui ad munera publica uocati, pro ſe alios eiuſmodi, uelut potiores nominarunt[e], & ideo pro his interceſsiſſe, & idoneos præſtare eoſdem uoluiſſe intelliguntur[f]: deniq; fideiuſſores 34, quos initio functionis cuiuslibet publicæ dari per ſatiſdationes uſitatum eſt[g], conueniantur 35. Ab his tamē diſtant actuarij publici: nam hi ſerui ſunt Reipub. ſtipulationibus contrahendis, & rationibus ſcribendis atq; tractandis prępoſiti[h]: quod ad munus, cum proprium ſit ſeruorum uniuerſitatis[i], liberi homines inuiti cogi non debent 36. Porrò adminiſtratores eiuſmodi, de quibus iam eſt dictum, quanquam à ſordidis & ſua prouincia alienis muneribus excuſentur, nō tamen à neceſſarijs 37, præſertim quæ patrimonij reſpectu imponūtur: ut ab angarijs[k], hoc eſt, iumentorum & plauſtrorum ad publica transferenda præſtationibus[l]: in quas ſi qui ſumptus fiant, ij pro rata ab eiuſdem curiæ muneriſq; collegis ſuſtinētur & repetuntur. Nam ex officio quod ſimul adminiſtrauerunt, geſſeruntq;, aut gerere debuerunt, cum omnes pro uno ſint[m] & teneantur[n], hoc nomine[o] conueniri rectè poſſunt 38. Inter hos autē etiam curatores ciuitatum[p] recenſentur: ſeruis & actuarijs publicis uelut Epiſcopi impoſiti[q], ſolutionibus item recipiendis, liberationibusq; debitorum faciendis[r], uniuerſitatis nomine prępecti 39. Et horum quidem collegia atq; munera ſunt honeſtiora. illorū ſordi

a gl. & Dd. l. unic. h. t.
b l. 1. h. t.
c l. ult. ubi Dd. hoc tit.
d l. 1. h. t. uide eā. de oblig. ad ratio.
e l. 1. ſ. de potior. ad mun. nomi. l. ad ſubeunda. l. honores. ſ. de decur. lib. 10. l. 2. de mag. conue. Paul. lib. 2. tit. 28. 29.
f l. 1. l. 4. de mag. cōuen.
g l. unic. h. t. l. 2. §. pen. l. 3. §. ult. de ad. rerum ad ciuit. pertinen. l. 1. in princ. de mag. conueniend.
h l. 1. ſ. de ſolut. & liber. deb. ciuit.
i l. 6. §. irritum. de inuſt. rup. irr. teſta. d. l. 1. ſ. de ſol. et lib. deb. ciuit.
k l. 1. h. t.
l l. nullus. 7. ſ. de fabricēſ.

26. De nauticis Tyberinis.
27. De frumento Alexandrino.
28. De Alexand. primatib.
29. De iure Reipub.
30. De adminiſt. Rerumpub.
31. De uendē. reb. ciuitatis.
32. De debitorib. ciuitatum.
33. De periculo nominatorum.
34. De periculo cor. qui pro magiſtratibus intercedunt.
35. Quo quiſque ordine conueniatur.
36. Ne quis liber inuitus actum Reip gerere cogatur.
37. Sumptus iniūcti muneris ad omnes collegas pertinere.

m l. magiſtratus. 25. ad municip. n l. 2. de ad. rer. ciuit. o uide l. 2. 3. de ad. rer. ad ciuitat. pert. p l. 2. & t. t. de ad. rer. ciuit. q l. unic. h. t. r d. l. unic. h. t.

38. De his qui ex officio quod adminiſtrarunt, cōueniuntur. 39. De ſolutionibus & liberationibus debitorum ciuita.

ſordidiora, eoq; minorem habẽtia excuſationem à muneribus, præſertim pecuniarijs, ut ab auri luſtralis collatione [a], qui lenocinium alendis ſcenicis [b], & alijs leuis notæ mulieribus exercent: aut ſpectaculis aut ſcenicis ludis 40 expenſa publica 41 ſeruiunt: aut aquæductibus purgandis 42, gladiatorum ludis exhibendis 43 (qui hodie penitùs ſublati ſunt [c]) uel feris uenandis 44, uel maiumæ 45 (ludi id naualis, teſte Suida, genus erat [d]) operam locant, armaq; his in uilibus operis 46, non tamẽ inſcio Principe, tractant. Item agricolarũ corpora à ſeruili conditione non multum diſtantia 47: quorum alij ſerui ſunt, ut cẽſiti [e]: alij liberi quidẽ, ut coloni: qui tamẽ terram ueluti glebæ aſcripti dimittere nõ poſſunt [f]: cum etiam cenſiti ſint, cenſibus aſſcripti [g], quiq; ex iugationibus terræ & ſi terram nullam poſsideát, pro ſuo ſuorumq; capite ex ea quæ à capite tantùm cenſis exigitur capitatione [h], à qua ciues nunc ſunt immunes 48, tam cenſum dominis fundorum, (qui tamẽ ſupra conſtitutum exigere, & grauare eos nõ poſſunt 49) quàm Reipub. tributa & capitationes pendunt [i]: ut coloni Palæſtini 50, Thracenſes 51 (quos tamen ut Aulæ Conſtantinopolitanæ proximos, & ea re præ cæteris aliàs ſatis oneratos, capitationes non tenent [k]) Illyricani 52, & alij ruſticani, uicos incolentes: qui ſicuti ſubterfugere tributa non debent, neq; deſerere terram, ſed illi uelut addicti, conſtitutionibus pœnalibus adhæreſcere atq; immorari coguntur [l], & ad fraudanda tributa publica, fugiendosq; labores (nam defenſionis cauſa licet [m]) potentiorum patrocinijs ſeſe dedere prohibẽtur 53: ita econtrariò, à cultu terræ ad nullum aliud munus & obſequium auocari debent 54. Et adeò quidem coloni fundis, quos colunt, ſunt addicti: ut etiamſi proprij ſint eorum, tamẽ non liceat habitatoribus metrocomiæ, loca ſua ad extraneum, ſed tantùm ad uicinum eiuſdem metrocomiæ incolam, uenditione, aut alio quouis titulo transferre 55: unde ius retractus, quod hodie in plerisq; ciuitatibus uicini obtinent [n], manaſſe uidetur. Dicitur autem Metrocomia, eodem modo quo Metropolis: quæ ſicuti caput eſt ciuitatũ

E 2 in pro-

40. De ſpectaculis & ſcenicis & lenonib.
41. De expẽſis publ. ludorum.
42. De aquæductibus.
43. De gladiato. penit. tollen.
44. De uenatione ferarum.
45. De maiuma.
46. Vt armorũ uſus inſcio Principe interdictus ſit.
47. De agricolis & cenſitis & colonis.
48. De capitatione ciuium cẽſibus eximenda.
49. In quibus cauſis colo. cenſiti dominos accuſare poſſunt.
50. De colonis Palæſtinis.
51. De colonis Thracenſib.
52. De colo. Illyricanis.
53. Vt nemo ad ſuum patrocinium ſuſcipiat ruſticanos uel uicos eorum.
54. Ne ruſticani ad ullum obſequium deuocentur.
55. Non licere habitatoribus metrocomiæ loca ſua ad extraneum transferre.

a l.ult.h.t. de ſpectacul. Cuia. Nouel.14.
b de his uide l. 5.C.de Epiſ. aud. & Noueh.51.
c l.1.h.t.
d uide Alciat. hic.
c l.litibus.19. & l. cum ſcimus.21.h.t.
f d.l.litibus.19.
g l.2.§. in quibus cauſ.col.
h l.1.§. ne ruſtica. ad ull. ob.
i l.1.de colo. Thracenſ.
k l.1.h.t.
l l.unic. de colon. Palæſtin.l.unic. de colon. Thracenſ. l. unic. de colo. Illyr.§.
m c. recepimus.8.in fin. uerb. ad iudicium perceptæ protectionis.c.ex parte.2.de priuilegijs. Schurf.cõſ. 23. quod ueritas.num.1.2.cent.3.Cuiac.hoc tit. ubi deſiderat l. 2. & in l. quidam.132. de uerbo. obligat. n uide Dd. l. dudum. C. de contrah. empt. Tiraq. de iur. retr. Matt. de Affl. de iur. pro.

in prouincijs, ita Metrocomia Grȩco ſimiliter nomine dicitur caput atq; mater uicorũ, qui ciuitatibus ſubiacent[a]. Licet autem pro ſuo quiſq; capite qui poſſeſsiones nõ habent, proq; fundis, ſi quos poſsideant, uicarij, qui uicos incolunt, hoc eſt, coloni & ruſtici cenſum debeant: tamẽ pro alterius, puta uicini cenſibus atq; debitis, moleſtari non poſſunt 56: cum iniquiſsimum fuerit alium pro alio conueniri[b], nec æqualiter cenſuum præſtationẽ, pro numero perſonarũ in capitationibus, pro modo uerò facultatum & bonorum ac prædiorum in reliquis cenſibus diſtribui. His autem cenſibus 57 deſcribendis, & (ut nunc loquuntur) taxandis, præſunt cenſitores ſeu cenſores, qui cenſus agunt: item peræquatores & inſpectores, qui actum cenſum inſpiciunt, emendant, & peræquant: releuantes ſcilicet prædia, quibus grauior quàm pro fructu cenſus impoſitus eſt, & aggrauantes ea quæ cenſita ſunt leuius[c]: operamq; dantes, quo agri deſerti & inculti, uel à domino derelicti, colantur, & ad tributa pendenda aptentur 58: eaq; re ſteriles agri & infrugiferi fertilibus ad culturam adiungantur. Porrò inter cenſuales agros ſunt & limitrophi 59, alimenta & commeatum prȩbentes[d] limitaneis militibus & præſidiarijs, qui in limitibus Imperij Rom. cõtra hoſtiũ incurſum excubant. A' quibus diſtant terræ & paludes & paſcua limitanea, uel caſtellanorũ: nam hæc omni iure ad milites limitaneos, ſeu caſtellaneos pertinẽt[e]: illi uerò limitrophi agri nõ ſunt militũ, ſed uel publici, uel priuati: & hoc ſolùm munus præſtãt, ut legionibus, quȩ in terris limitaneis propter hoſticũ cõmorantur, annonã ſuppeditent. Quẽ in uſum ſciendũ eſt etiam paſcua publica 60, uel priuatæ rei, fundoſq; patrimoniales Principis, & ſaltuenſes, hoc eſt, ſaltibus & nemorib. obſitos, ſolere ſub certis muneribus penſitationibuſq;, ad ſuſtentationẽ exercituũ limitaneorũ, qui hoſtilib. incurſionib. alijſq; militiæ malis impediti, agriculturæ ſufficere, indeq; annonã ſibi idoneã parare nequeunt, uel ad alias Reipub. neceſsitates præſtãdas, aut in emphyteuſin dari (unde & emphyteutici nominãtur) aut elocari 61, unà cũ mancipijs & colonis patrimonialiũ & ſaltuenſium & emphyteuticorũ fundorũ 62: qui ſi aufugiant, ad terram cui addicti ſunt, retrahi debent 63. Atq; hi quidẽ fundi ſub certis & ordinarijs muneribus ac functionibus, ita conceduntur priuatis fruendi: ut quo ea munera

a l. qui ex uico. 30. ad municip.

b ſup. ne fil. pro pat. ne ux. pro mar.

c l. 10. j. de fund. pat. l. penul. & l. ult. j. de anno. & trib. l. 12. & l. 14. C. Theod. de cenſ. l. ult. C. Theo. de loca. fin. iur. emph.

d l. 1. b. t. l. nulli. §. 1. de fund. patr.

e l. 2. 3. b. t.

56. Vt nullus ex uicaneis pro alienis uicaneorum debitis teneatur.

57. De cenſib. & cenſitorib. & peræquatorib. ac inſpectorib.

58. De omni agro deſerto, & quãdo ſteriles fertilib. imponuntur.

59. De fundis limitrophis, & terris & paludibus & paſcuis limitaneis uel caſtellanorum.

60. De paſcuis publicis & priuatis.

61. De fundis patrimonialib. & ſaltuenſib. & emphyteuticis & conductorib. eorum.

62. De mãcipijs & colonis patrimon. & ſaltuenſiũ & emphyteuticorũ fundorũ.

63. De fugitiuis colonis patrimonialibus ſaltuenſ. & emphyt.

munera præſtare facilius poſsint, à reliquis, extraordinarijs præſertim, excuſentur 64. Neq; uerò fundi tãtùm Auguſtales rei priuatæ, ſed & ſaltus diuinæ domus 65, ſeu dominicę 66, hoc eſt neceſsitatibus aulę, & cellario culinęq; Principis aſsignati [a]: unà cum agricolis & mancipijs dominicis 67, tamia item prædia 68, ad cellã penumq; Principis pertinentia: (ταμᾶον enim cellarium ſeu penus dicitur) & publica [b], aut publicata, quæ ad fiſcum ſpectant, cum colonis itidem, eorũq; familia & liberis [c], elocari, uel in emphyteuſin ita dari poſſunt: locatio ad tempus, emphyteuſis in perpetuũ. illa mercede ad fructus comparata: hæc ſub certo canone annuo, qui in recognitionem directi dominij pręſtatur: quãobrem in illa ſi nihil fructuum capiatur, nihil mercedis debetur [d]: in iſta ſecus eſt [e]. illa nec dominium nec poſſeſsionem transfert [f]: hæc utrunque, ſaltem utiliter [g]. Cõductorem propter ſuas neceſsitates, quæ prouideri non potuerunt [h], aut ob penſionẽ non ſolutam, aut quòd malè in re uerſetur, exigere dominus poteſt [i]: emphyteutam non æquè [k]. Et hoc quidem locationis & emphyteuſeos diſcrimen: rei uerò priuatę & publicę illud: quòd priuata ſunt, quę in re priuata & patrimonio Principis habẽtur: publica, quę fiſcalia, ut quę fiſco ex bonis proſcriptorum obuenerunt [l]: item ciuitatum & templorum prædia [m], quæ eodem modo ſub reditibus in emphyteuſin dari 69 aut elocari ſolent 70. Nam & Eccleſiæ bona pro publicis habentur [n]: in quorum tamen emphyteuſi quædam ſunt ſingularia: ut quòd hic canon redigatur ad fructuum ęſtimationem: quòd niſi intra bienniũ ſoluatur, expelli emphyteuta poſsit: quòd ad uitam, uel tertiam ſolùm generationem, non in perpetuum, niſi ex manifeſta Eccleſię utilitate, & certa cum ſolennitate in ſcriptis, ut reliqua Eccleſiæ negocia contractusq; uniuerſi [o] emphyteuſis ea conſtituatur [p]. Atq; eiuſmodi quidem qui conducunt, conductores, procuratores, ſiue actores prædiorum fiſcalium & domus Auguſtæ 71 nominantur: quibus tamen Palatini milites & curiales aggregari non poſſunt: cùm his ad cõductionem prędiorum fiſcaliũ accedere non liceat 72. Cæterùm iſti cõductores, quia reditus publicarum neceſsitatũ tolerant, & pendere cogũtur 73:

E 3 ideo

64. De collatiõe fun. patrim. & emphyt.
65. De fun. rei priuatę & ſalt. diuinæ domus.
66. De fundis & ſalt. rei tamiac.
67. De agricol. & mãcip. dominicis uel fiſci, ſiue rei public. uel priuatæ.
68. De prædijs tamiacis, & de ijs qui ex colonis dominicis alijsq; liberæ conditionis procreantur.
69. De diuerſ. pręd. urb. & ruſti. templ. & ciuit. & omni red. ciuili.
70. De locat. præd. ciui. uel fiſcali. ſiue temp. ſiue rei priuatę uel dominicæ.
71. De conduc. & procur. ſiue actor. pręd. fiſc. & domus Auguſtæ.
72. Quibus ad conductionem prædiorum fiſcalium accedere non licet.
73. De collat. fundo. fiſcal. uel rei priua. uel domin. uel ciuita. uel templo.

a l. ult. ȷ. de priuil. diuin. domus.
b l. 1. ſuprà de fun. rei priu.
c l. 1. hoc tit.
d l. ſi merces. 25. §. uis maior. locat.
e l. 1. C. eod.
f l. 2. C. de præſcr. 30. ann.
g l. 1. 2. 3. C. eo. tit. §. 3. Inſti. de locat.
h Bal. num. 2. et Dd. d. l. 3.
i l. 3. C. de loc.
k l. 2. ubi Iaſ. & Dd. ſup. de iur. emphyt.
l l. ult. ubi differentia rei fiſcalis et priuatæ iſta traditur. ȷ. de collat. fund.
m l. 5. ſ. de pag. & ſacrif.
n gl. c. pen. diſtin. 1.
o l. iubemus. 14. §. ul. ſ. de ſacr. eccl. c. 1. de cenſib. in 6. uid. Redo. de reb. eccle. alien. cap. de ſubſcrip. nu. 5. & 6. qui de iur. cano. non putat neceſſariã ſcript. ad ſolẽnit. ſed tãtùm ad probat.
p uid. ad l. iubemus. 14. cũ Auth. ſeq. ſ. de ſacr. eccl. et in Auth. de al. et emphy.

ideo ab alijs muneribus, potiſsimùm extraordinarijs, ſunt immunes 74. Ab his autem prædijs excipiendę ſunt res illæ Cæſaris, quæ nullo titulo priuatis concedi, aut in eorum uſu eſſe poſſunt: ut greges dominicorum equorum 75, palatia [a], & domus dominicæ 76, lucus Daphnenſis [b] circa Antiochiam precioſiſsimis cupreſsis óbſitus, & Perſeæ per Aegyptum arbores magnificentiſsimæ 77.

LIBER XII.

HActenus de muneribus patrimonialibus & perſonalibus, quæ magna ex parte honore uacant, eorumq; excuſationibus tractatum eſt. Nunc ultimo tandem loco ad honores & munera dignitate 1 pollentia, quæ & ipſa à reliquis excuſationem & immunitatem uariam præbent, eſt perueniendum: in quibus ſunt Prætores 2, magna olim (ut ait Boetius [a]) poteſtas, nunc inane nomen, & ſenatorij cenſus grauis ſarcina. Nam ſub Auguſtis poſterioribus, præturæ honorem qui ſuſcipiebat, ſuis ſumptibus circenſes & ſcenicos ludos exhibere cogebatur [a]. Inſuper & pro gleba, proq; ſuis fundis & poſſeſſionibus, aurum glebale: qui gleba carerent, aurum oblaticium, id eſt follem (numini aurei id genus eſt [b]) & ſeptem ſolidorum functionem ſenatores eiuſmodi inferre cogebantur: quibus oneribus cōſtitutione Valentiniani tandem ſunt liberati [c]. Item conſules 3 (qui tamen ad eam dignitatem obtinendam largitionibus ambire, & in uulgus pecuniam ſpargere non debent [d]) præfecti item & magiſtri militum, & patricij, quorum dignitas ſub Auguſtis [e] par eſſe cœpit conſulari, ſicut & præfectorum prætorio & urbi 4: quanquam hi in magiſtratu ſunt, & functione: patriciatus autē non tam adminiſtratio eſt quàm dignitas [f], uelut olim ſenatoria [g], cui adſcripti, parentes Principis & uelut patres patriæ cenſebantur [h], ut nunc in Gallia patres Franciæ: & qui ſunt in fraterno cum Principe aurei Velleris, Michaelis, &c. ordine: in quem allecti, fratres Principis ſunt & nominantur. Item præpoſiti ſacris cubiculis, & cubicularij 5, multis priuilegijs ornati [i], atque illuſtres [k]: Quæſtores magiſtri officiorum, comites ac præfecti ſacrarum largitionum & theſaurorum

74. De priuilegijs domus Auguſtæ uel rei priuatæ: & quarū collat. excuſa. habeant.

75. De grege dominico.

76. De Palatijs & domib. dominicis.

77. De cupreſsis ex luco Daphnēſi & Perſeis per Aegypt. non excidendis uel uēdendis.

1. De dignitatibus.

2. De prætoribus & honor. preturæ & collat. & gleba & claui & follib. & ſep. ſolid. functione ſublata.

3. De conſulibus, & non ſpargendis ab his pecunijs, & de præfectis ac magiſtris militum, & patricijs.

4. De præfectis prætorio ſiue urbi, & magiſtris militum in dignitatibus exæquandis. 5. De prępoſitis ſacri cubiculi, & de omnibus cubicularijs, & priuilegijs eorum.

a uide l. penul. ult. ſup. de operib. pub.
b uide de hoc & arborib. Perſidos Conar. Var. reſol. li. 4. c. 7.

a Boet. 3. de conſol.
b l. 2. & 3. C. Theod. quorum appell. non recip. l. 3. C. Theod. de ſicar. l. 5. 21. C. Theod. de prætor.
c l. 2. h. tit.
d d. l. 2. h. tit.
e §. fin. Inſtit. quib. mod. pat. pot.
f l. 3. h. tit. de conſulib.
g l. 1. cum ſeq. de ſenat.
h l. ult. ſupr. de emancip. l. 5. ſuprà ad l. Iul. maieſt.
i l. 1. h. t.
k l. ult. ī. qui iuriſd.

6. De quæſtorib. magiſtris offi. & comitibus ſacrar. largitionũ & rei priuatæ.

rum ac rei priuatæ 6: uir ſpectabilis primicerius, hoc eſt decanus & præpoſitus ſeu primus notariorum ſcribarũq; Cancellariæ, ut nunc loquuntur, Palatinæ: qui quòd reliquos chartarum proceres, quos iam nominant ſecretarios, honore & dignitate authoritateq; anteibat: Græco nomine in Aula, nimirum Græca Conſtantinopolitana ſic eſt appellatus [a]. κηρὸς enim ceram, κήρωμα tabulam ceratam, in qua antiquitùs ſcribebatur, ſignificat. Ab eiuſmodi igitur tabulis ut antea Codicem dictum oſtendimus: ſic & primicerij notariorum primates appellati: ut apud Renatum Frigeridũ in hiſtoria Honorij & Theodoſij, quanquam & aliorum officiorum principes eodem nomine cenſentur: uelut Vegetio lib. 2. primicerij in officio præfectorum prætorio: Amminiano Marcellino lib. 18. primicerius protectorum. Et in uita Martiani primicerius ſcholæ candidatorum. Eam dignitatem non fuiſſe minimam, ſed, ut hic dicitur, ſpectabilem, oſtendit Caſsiodorus epiſtola. libr. 6. in forma comitiuæ ſacrarum & primiceriatus: Ad publicæ, inquit, feſtiuitatis indicium, locum quoque primiceriatus adiungimus. Parum eſt autẽ, quòd prouinciarum iudices ſuæ ſubiaceãt dignitati: ipſis quoque chartarum proceribus confirmas officium: dum perfectum non creditur, niſi à te fuerit pro ſolennitate completum. Veſtis quoq; ſacra tibi antiquitùs noſcitur fuiſſe commiſſa: curas quoque littorum, aduentitia lucra, prouiſionum comites, negociatores, quos humanæ uitæ conſtat eſſe neceſſarios, huic poteſtati conſtat eſſe ſubiectos. Nam quicquid in ueſtibus, quicquid in ære, quicquid in argento, quicquid in gemmis ambitio humana habere poteſt precioſum, tuis ordinationibus obſecundat. Suidas, πριμικήριος ὁ πρῶτος τάξεως τῆς τυχούσης. Primiceriatum etiam

a Alciat. blc.

7. De primicerio, & ſecundicerio, & notarijs.

domeſticatũ dici oſtendit hîc ex epiſtola Athalarici regis Gothorum Alciat. & primicerium etiã primochiriũ quaſi à manibus primum dici: cuius poteſtas, quod quidem ad Secretarios & Cancellariam attinet, penes eum nunc eſt,

8. Vt dignitatum ordo ſeruetur.

quẽ à re Cancellarium modò nominamus. Erát autem olim à primo alter ſecundicerius, & deinceps notarij ſecretorũ actorum, hoc eſt, Principis ſecretarij, ſeu à ſecretis 7, non uno omnes loco ſed alij primo, alij ſecundo, atq; ita

9. De magiſtr. ſacrorum ſcriniorum.

deinceps ulteriore gradu politi, ut ordo perſonarũ & temporis, quo in officio fuiſſent, itẽ & dignitatũ ſeruaretur 8: & his impoſiti magiſtri ſcriniorum 9, uiri ſpectabiles [b], qui

b l. eos. ſup. de excuſ. muner.

qui nunc uel Cancellarij ſunt, uel Cameræ à ſecretis & conſilijs: comitesq; conſiſtoriani 10, hoc eſt, aſſeſſores intimi Principis cõſiſtorij, in quo legatos audit, & de cauſis Imperij, atq; alijs grauioribus cognoſcit [a], qui nunc cõſiliarij priuati ſeu ſecreti conſilij nominãtur. Comites & tribuni ſcholarum 11, ſcholis ſcilicet (quæ olim militaris ac ciuilis diſciplinæ multiplices, ut nunc apud Turcas, habebantur, copioſo reditu atq; commodo abundantes) agentium in rebus [b] præpoſiti [c]: comites & præfecti rei militaris 12: comites archiatri ſacri Palatij 13, qui nunc abſq; dignitate comitatus (quem titulum honorarium, Cõſtantinus ſuos honorare ſatagens, primus præcipuis officijs adiecit [d]) medici corporis Principis nominantur. Comites qui prouincias regunt 14: Profeſſores, qui in urbe Conſtantinopolitana, profeſsione 20. annorum ex lege meruerunt comitiuam 15. Item ſilentiarij, hoc eſt excubitores, in conſiſtorio ſeu palatio Principis ad limen excubantes [e]: qui nunc ferè eſſe uidentur quos Apparitores & ianitores curiæ appellant: & hiſce præfecti decuriones 16, domeſtici ſatellites Principis, & protectores corporis 17: in quibus eminent prępoſiti laborum 18, hoc eſt, eius uexilli, quo ueluti cuſtodũ præcipuo robore ualidiſſimaq; manu tãquam triarijs Princeps in primis nitebatur, & ad omnes omniũ periculorũ laborumq; (unde nomen factũ) caſus, præcipuè utebatur [f]. Proximi (à magiſtris ſcilicet, de quibus ſuprà dictũ eſt) ſacrorũ ſcriniorũ: & his accẽſi ſeu attributi Cornicularij, quos & Commentarieñſes uocant [g]: cæteriq; qui in ſacris ſcrinijs militãt 19: quibus in ſcrinijs annotationes uel pragmaticæ ſanctiones, reſcripta principum, preces & cognitiones æduntur, reponuntur & ſeruantur [h]: ut eſt ſcrinium memoriæ, ſcrinium epiſtolarum, ſcrinium libellorum, ſcrinium diſpoſitionum, largitionum [i], &c. Item agentes in rebus 20, hoc eſt ſeruientes Principi, non in literata conſiſtorij uel ſcrinij militia [k] ut ſuperiores: ſed in actu Reipub. officijsq; publicis, tam togatis quàm militaribus, horumq; præpoſiti ſeu principes 21: in quibus ſunt curioſi 22, ad quos cura publici curſus ſpectat: hodie magiſtri poſtæ nominantur: Palatini ſacrarum largitionum & rerum priuatarum 23, hoc eſt apparitores & miniſtri, ſeu miniſteriani Palatini (nomen id generale eſt omnium officiorũ, Palatio deſeruientium ſtationarijs.

a Ammi. Marcell. lib. 15.
b j. de priuat. ſchol. l. 3. ſ. de offi. mag. offic.
c j. de princ. agen. in reb.
d Euſeb. li. 4. de uita Conſtantin. uide D. Cuiacium ſ. de comit. & tribun. ſcholar.
e l. 3. h. tit.
f uide Cuiac. hoc tit.
g l. 2. h. t. ubi Alciat.
h l. ult. ſ. de aquæduct. l. omnium. ſ. de teſta. l. 2. j. tit. prox.
i l. 1. & t. h. t.
k l. 8. ſ. tit. 1.

10. De comitib. conſiſtorianis.
11. De præpoſitis & tribunis ſcholarũ.
12. De comitib. rei militaris.
13. De comitibus & archiatris ſacri Palatij.
14. De comitib. qui prouinc. regunt.
15. De profeſſor. q in urbe Conſtan. ex lege meruerunt comitiuam.
16. De ſilentiarijs & decurionibus eorũ.
17. De domeſticis & protectorib.
18. De præpoſitis laborum.
19. De proxim. ſacrorũ ſcriniorum, ceter. qui in ſacr. ſcrinijs militant.
20. De agẽtibus in rebus.
21. De principib. agentium in rebus.
22. De curioſis & ſtationarijs.
23. De Palatinis ſacrarum largitionum & rerum priuatarum.

uictium) comitum largitionum, uel rerum priuatarum [a]: ſtratores 24, probandis equis præfecti, & Principi conſcendenti apparentes [b]: Caſtrenſiani, & miniſteriani 25: pars regię familię, ſeruitijs & miniſterijs Principis interioribus in aula & caſtris deuota: ut prægustatores, pincernæ, & menſæ cubiculoq; Principis inſeruientes, & in his præeminentes decani 26. Item menſores caſtrorum, hoſpitium Principis præparantes 27, quos nunc Fourerios nominant: quorum omnium qui in ſacro Palatio militát, uariæ ſunt (pro militibus enim habentur [c]) immunitates, uariaq; priuilegia 28: ut & ſcholarum 29, quæ ſub magiſtris officiorum erant ad undecim numero [d]: in quibus ad militiam & alias artes Reipub. utiles, iuuentus cum reditu fructuque ſtipendiorum annuorum, quam militiam quoq; uocant [e], erudiebatur [f]: undeq; ad officia ciuilia & militaria, probatæ ſpectatæq; indoles (prout etiam nunc Turcis uſitatum eſt) eligebátur. Et hic quidem eſt primus dignitatum ordo, uidelicet Senatorius, & eorum qui propriè curiæ, curisque ac miniſterijs Principis ſunt dicati, eoque in iure noſtro comites Principis [g], in ſacris literis Eunuchi [h] appellantur: qui tamen iura militiæ, indeq; caſtrenſe peculium, & alia militaria priuilegia obtinent 30. Alter & ſecundus ordo, eſt equeſtris dignitas 31, & perfectiſsimatus 32. Eſt autem equeſtris ordo propriè eorum qui militant, uel militare poſſunt: qui tamen duplici militia, uel dignitate forenſi & militia uti ſimul non debét 33. Militiæ ultimus finis eſt, ut pax quæratur [i]: ſubordinati, defenſio, recuperatio, pœna [k]. Sed pax in imperijs & rebuſpub. ſecundum Platonem inane nomen eſt, ex ſex cauſis, quæ alibi recẽſentur [l]. Parum ergo de pace [m], plurima de bello & re militari legibus noſtris cauta ſunt. Ad militiam cogit ſupremus Princeps [n] etiam inuitos [o], uelut ad neceſſarium [p] reipubl. munus [q], eos ſcilicet, qui militare poſſunt, nec excuſationem [r] aut uacationem [s] immunitatemque [t], aut commeatum [u] à militia habent. Poſſunt

F autem

24. De ſtratoribus.
25. De caſtrenſiarijs & miniſterianis.
26. De decanis.
27. De mẽſoribus.
28. De priuilegio eorum qui in ſacr. Palat. militant.
29. De priuileg. ſcholarum.
30. De caſtrenſi Palatinorum omniũ peculio.
31. De equeſtri dignitate.
32. De perfectiſsimatus dignitate.
33. Qui militare poſſ. uel nõ poſ. & deſer. ad militiã uel dig. aſpir. & ut nemo duplici militia uel dig. & militia ſimul utatur.

a de his ſuprà lib. 1.
b uide Cuiac. ibi.
c l. ult. ſupr. de excuſ. tutor. & curat.
d l. ult. ſupr. de locat. uide Cuiac. lec. 11 in l. 1. ſ. de anno. ciuil.
e Nou. 53. cap. optimum. §. l. ult. C. de pig. No. 97.
f l. ult. ſ. de tyron.
g ſupr. de offi. comit.
h Gen. 37. ubi Cal. Actor. 8. in fin.
i Cic. lib. 1. Offic. c. noli. 3. quæſt. 1.
k d. c. noli. c. quid culpatur. c. apud. 23. q. 1. c. iuſtum. 23. q. 2.
l glo. uerb. pacem. c. 1. de ſenten. & re iudic. lib. 6.
m in uſib. feud. tit. duobus. de pace tenen. & in ordin. Imperij. & extrà de treug. & pac. cuiuſmodi titulus nullus extat in iure ciuili. n l. penult. ſ. de re milit. in Auth. ut armo. uſus inſcio principe. Bart. & Dd. l. hoſtes. 24. de cap. & poſtlim. reuer. o No. 116. de militib. Panorm. & Dd. c. ſicut. ult. de iureiur. c. olim. de reſtitut. ſpol. p l. 1. de teſt. mil. l. aduoca. 14. C. de aduoc. q l. 4. l. in bello. 12. de re milit. l. liber. 17. b. tit. r uid. ſ. qui æta. ſe excuſ. cum ſeq. s ff. de uac. & exc. mun. t ff. de iur. immun. de priuil. uetera. u l. qui mittuntur. 33. §. ult. l. miles. 34. ex quib. cauſ. ma. l. milites. 13. §. 1. cum l. ſeq. de re mil. l. 1. 2. 3. cum ſeq. infr. eod.

autem militare omnes, qui non prohibentur. Prohibentur decuriones [a], coloni, ſaltuēſes [b], ſerui [c], deniq; omnes cohortalis uel curialis conditionis homines [d], negociatores 34, debitores, reiq; pecuniarum aut criminum [e], qui fugiendæ litis, pœnæq; cauſa nomen dant [f]. Cæterùm qui à militia excuſentur, ex ijs quę de excuſatione munerum dicta ſunt [g], intelligi poteſt. Ad milites autem pertinet tota res ratioq; militaris 35, quę pro publica cauſa habetur [h], quomodo ſcilicet ad militiam ordinentur [i], ſacramento adigantur [k], in claſſes numerosq; referātur [l]: deq; eorum uſu [m], officio [n], diſciplina [o], translatione [p], iudicijs [q], priuilegijs [r]: quibus etiam ſolatia [s] ijs debita accenſentur: puta ſtipendia [t], caſtrenſe peculium 36, erogatio militaris annonæ 37, eiuſdemq; excoctio 38, nimirum panis militaris [u], & translatio atq; tranſmiſsio, ueſtes militares 39, earumq; canon atque exhibitio [x], aut pro ueſte pecuniæ repræſentatio [y]. Super hæc metata ſeu ius hoſpitij, quod ab omnibus abſque excuſatione ulla, facientibus iter militibus debetur & eſt præbendum 40: & epidemetica, hoc eſt precia quibus ſe redimunt opulentiores ab hoc onere militum ſuſcipiendorum: quæ pòſt ſunt abrogata: ne hoc prætextu quaſi concuſsione, à militaribus hominibus prouinciales emungi pecunia poſsint [z]. Quāquam ijdem prouinciales ſalgama 41, hoc eſt quęlibet ſale cōdita, puta carnes, herbas, & ſimilia (quæ ita condita durant in longum, neq; putreſcūt, & neceſsitatem cōmeatus in exercitu ſubleuant) pręſtare militibus, non etiam ſalgami gratia, culcitras, ligna, oleum debent [a]. Denique & ius commeatus 42, hoc eſt abeundi poteſtas, quæ ex iuſtis cauſis ad tēpus uel in perpetuū, militibus à tribunis cohortium, aut præpoſitis militum, uel etiam à Principe uariè cōcedi ſolet. Militū aūt plura ſunt genera, ſiue ordines [b]: ut tyrones 43, infimus militię gradus [c]: cuſtodes limitū Imperij, de quibus ſuprà dictum eſt: & littorum atq; itinerum 44, qui in id excubias agunt, ne illicitæ merces mari aut terra tranſuehantur, & ut portoria ac uectigalia præſtentur [d]: ueterani, non qui iniuſſu ducis militiam deſeruerunt 45, ſed qui honeſtè impletis armorum ſtipendijs ac temporibus iuſtis, dimiſsi ſunt 46: eorumq; filij, qui in parentum demortuorum locum ſuccedunt & admittuntur 47: à quibus

34. Negociatores ne militent.
35. De re militari.
36. De caſtr. pecul. mil. & præfec. annon.
37. De erogat. milit. annon.
38. De excoction. & translatione militar. anno.
39. De militar. ueſte.
40. De metatis & epidemeticis.
41. De ſalgamo hoſpitib. non præſtand.
42. De cōmeatu.
43. De tyronibus.
44. De littorū & itinerum cuſtodia.
45. De deſertor. & occultator.
46. De ueteranis.
47. De filijs officialium & militū qui in bello moriūtur.

a l.2. hoc tit.
b l.3. hoc tit.
c l.penult. & ult. hoc tit.
d l.4. h. tit.
e l.ult. de re milit.
f l.3. h. tit.
g lib.10. & 11.
h l.2. ſupr. ubi de ratio.
i uide gl. Sax. lib.1. art.27.
k l. ex co. 43. de teſta. mil. l. ex militari 11. de re militar.
l l. neminem. 17. l. ecōtrà. 14. h. tit.
m No. 116. de militib.
n d. No. 116. l. 13. 15. 16.
o l.11. 12. 13. cū ſeq. h. t.
p l.12. 13. 14. h. tit.
q l.ult. h. t.
r l.13. 15. 16. hoc tit.
s l. ead. 13. in fi. com. præ. l. poſt duos. 15. ſup. de aduoc. l. unic. ſup. de anno. & cap.
t l.1. h. tit.
u l.1. & 2. h. t.
x l.1. & 2. h. t.
y l.3. h. t. z l.ult. h. t. Nouell. 120. & 134. a l.unic. hoc tit. b uide l.ult. C. de locat. & cond. c l.ult. hoc tit. d l.unic. hoc tit.

à quibus, quemadmodum & à reliquis ſubiectis, uota pro ſalute Principis initio ingredientis anni concipi, & munera Principi in auro offerri ſolent 48. Præterea numerarij (hoc eſt tabularij [a]) qui nomina militum numerant & conſcribunt, rationesq; putant: Scribas ſeu Clericos bandarum ſiue uexillorum hodie uocant: actuarij, qui & ipſi rationes tractant [b]: & chartularij adiutores, ſcriniarij, exceptores ſedis excelſæ, hoc eſt præfecti prætorio, cæterorumq; militarium iudicum & ciuilium 49: ac præcipuè numerarij ducis exercitus, ſiue ampliſsimæ ſedis, hoc eſt præfecti prætorio: qui omnes cingulum habent, & militię ordinem tenent [c]: eoq; & curſu publico uti poſſunt 50: quem ad uſum cogunt angaria, hoc eſt iumenta, naues, plauſtra, ad tranſuectionem rerum bellicarum per uiam regiam: ſeu parangaria, hoc eſt, eadem illa tranſmiſsionis adminicula, extra uiam publicam (per quam curſus publicus ſtat) iuſſu pręfecti prætorio (cui ſoli proficiſcendi extra uiam curſus publici, poteſtas libera eſt [d]) à prouincialibus exigunt atque poſtulant. Quibus curſu publico ita utentibus, tractatoria diplomata dari ſolent, adſcriptis ſtatiuis & manſionibus, in quas diuertant, & unde alantur, ac uictum & angaria ſumant 51. Apparitores quoque præfectorum prætorio 52 in militibus numerantur [e], & apparitores præfecti urbis 53 ac magiſtrorum militum 54, proconſulum & legatorum 55, comitis Orientis 56, & cohortales 57 officiales præſidum uel conſularium, & principes cohortalis officij: ac corniculari, hoc eſt, officiales qui præſunt cornibus ſecretarij [f], Græci [illegible] nominant, ac ſunt in officio & miniſterio præfecti prætorio [g]: & primipilares, qui ad annonam militibus ſuppeditandam, ſolenniter & cum diplomate ad limites imperij, ubi milites excubant, deſtinantur [h] & mittuntur. Item apparitores præfecti annonæ 58, & aliorum iudicum: alijque diuerſa officia ſuſtinentes 59: qui ſcilicet probatorio Principis ſymbolo, hoc eſt, inſtrumento ſeu diplomate, Principis manu ſubſcripto, electi ſunt & approbati [i]. Item Palatini executores aut exactores: qui rei alicuius exequẽdę gratia, à Principe in prouincias mittuntur 60: quibus omnibus officialibus & apparitoribus, perinde atque aduocatis & reliquis militibus

F 2 armatę

48. De oblatio. uotorum.
49. De numerarijs, actuarijs, chartularijs ſiue ſcriniarijs & exceptoribus ſedis excelſæ, cęterorumq; iudicũ tam militariũ quàm ciuilium.
50. De curſu publ. & angarijs & parangar.
51. De tractatorijs & ſtatiuis.
52. De apparit. pręf. prætor. & priuil. eor.
53. De apparit. pręf. urb.
54. De apparito. magiſt. milit. & priuil. eorum.
55. De apparit. pc. & legati.
56. De appar. comi. Orient.
57. De cohortalibus princ. cornicularijs ac primipilarijs.
58. De apparitor. præfect. annon.
59. De diuerſ. offic. & apparito. iudic. & probatorijs eorum.
60. De executorib. & exactorib.

a l. duos. 13. §. de ſuſceptor. l. 1. h. t. de numerar.
b l. 5. ſup. de erogat. milit. uid. C. Theodo. tit. de numer. actor.
c l. 3. hoc tit.
d l. 2. h. tit.
e l. 3. h. t. l. 2. §. de app. magiſt. milit. l. 4. in uer. militar. §. de diuerſ. offic.
f uide Cuiac. in l. 2. §. de prox. ſacro. ſcrin.
g l. 1. §. de appar. præfec. prætor.
h l. 6. C. Theo. eod. h. t. uide l. 4. C. de Epiſc. & cler. l. 3. 9. 36. 45. C. Theod. de Epiſcop. & cler.
i l. in hir. 6. l. probatori. 11. 9. h. tit. l. 7. ſup. de mun.

armatæ togatæ'ue militiæ, certa lucra & ſtipendia ſunt ex publico aſsignata 61: ut & commoda primipili 62, hoc eſt, quomodo Theodorus Hermopolitus definit, paſtus & annona militaris [a]: qualis primipili centurionibus inter milites diuidenda ſuppeditari ſolet [b]: ultra quam tamen nihil exigere, uel etiam per concuſsionem extorquere poſſunt. Nam in uniuerſum iudices & officiales nummarij & quęſtuarij eſſe prohibentur: & cōtrà incorrupti eſſe cōtentiq; ſtipēdijs ſuis alieno abſtinere iubētur [c]: adeò ut ne publicę quidem lætitiæ 63, puta rei bene geſtæ aut Coſs. qui ineūte anno electi ſint, aut aliarū rerū, quarū nūcij auidè expectantur, enūciatores, & inſinuatores ſacrarum cōſtitutionum uel literarum, quę in prouincijs diriguntur, & à ueredarijs inſinuātur [d] (quibus omnibus alioqui εὐαγγέλια debentur, ac pręſtari ſolēt) immodicū, & ultra id quod legibus eſt pręſtitutū [e], accipere debeāt. Et hæc quidē ſumma eſt earū rerū, quę in Codice Iuſtinianeo, ordine inueniūtur pertractatę: quarū quidē cognitio, cùm omnib. Iuriſprud. foriq; ſtudioſis, tū pręcipuè his qui ad curias principales, & aulicā gubernationē, ac miniſteria officiaq; palatina aſpirāt, q̃ ſit neceſſaria, illa ipſa rerum, quę hactenus enumeratæ ſunt, uarietas, uelut p̄ trāſennā utcūq; oſtēdit.

a uide ſupr. de cobor. prin. cornic. & primipil.
b l.3. ſuprà de cobortal. l.1. & t.h.t. uide de his Halicar. lib. 6. Liuium li.7.
c l.1.ſ.tit.ult.
d l.2. hoc tit.
e d.l.2. h.tit.

61. De lucris aduo. & concuſſ. offi. ſeu apparitorū.
62. De primipil.
63. Publicæ lætitiæ uel conſulum nūciatores uel inſinuat. conſtit. & aliar. ſacrarum uel iudicialiū literarum exſcriptione uel ab inuitis ne quid accipiant immodicum.

DE OECONOMIA NOVELLARVM.

TÀΣ NEAΡΑΣ *ſeu nouas, reſpectu ſcilicet Codicis* [a], *Conſtitutiones, hoc eſt quæ poſt Codicem repetitæ prælectionis ſunt editæ, Iuſtinianus maluit in aliud ſeparatè uolumen transferre, quàm toties faciem Codicis, alijs atq; alijs quotidie adiectis immutare: ſicut ipſius indicat his uerbis* [b]*: Nulla alia extra corpus eiuſdem conſtitutione legenda, niſi poſtea uaria rerum natura aliquid noui creauerit, quod noſtra ſanctione indigeat. Hoc etenim nemini dubium eſt, quin ſi in poſterum melius inueniatur, & ad conſtitutionem neceſſariò ſit redigendum, hoc à nobis & conſtituatur, & in aliam congregationem referatur quæ Nouellarū nomine conſtitutionū ſignificetur. Id nominis ſer-*

a l. ſi quis filium. in fi. C. de inoffic. teſta. Cuiac. in prin. No.
b l. unic. C. de emenda. Cod.

nis ſeruauit Iulianus in Epitome, quæ illas cõtraxit: ad cuius differentiã noſtri integras cõſtitutiones authẽtici titulo nominare maluerunt. αὐθεντικὸν enim ἀπὸ τοῦ αὐθεντεῖν, eſt id unde alia exẽpla trãſſumuntur[a]: hodie originale[b] uocãt: cuiuſmodi certè reſpectu operis illius hic liber iure putatur: quippe ex quo exẽplar illud Iulianus trãſcripſit, & quodãmodo breuiauit ac detrũcauit ſuũ. Eſt igitur Authenticũ, uolumẽ nouarũ conſtitutionũ, quæ poſt Codicẽ Iuſtiniani ſecũdæ editionis, ſunt ab eodẽ promulgatæ, et in Corpus Iuris uno hoc libro redactæ. In quib. ſanè digerẽdis, nulla alia q̃ qualis in Codice, nẽpe tẽporis ratio, neq; tamẽ hæc quoq; ꝑpetuò, deprehẽditur obſeruata: quã tamen & ipſam inſecutis ſubinde ſeculis poſteri immutarũt, diſpunctisq́; tanquam inutili turba localibus quibuſdã & ꝑſonalib. cõſtitutionib. quæ uſum amplius habere nullum uidebãtur, in certas collationes eas dũtaxat redegerũt, & in ſcholis deinceps interpretati ſunt Nouellas, quæ generatim abſq; cõplexu taliũ circumſtantiarũ latæ, omnib. ætatibus ualere ad cauſarũ deciſiones poſſe iudicarẽtur. Sed rectius eſt rã tẽporũ q̃ cõſtitutionũ ordinẽ, uelut in Codice ob multas cauſas factũ eſt, ſic & hic retineri: & quas noſtri conſilio magis audaci q̃ fœlici exterminarãt, in priſtinũ eas locũ unã cũ edictis Iuſtiniani, quæ à Nouell. nõ eſſe ſeparãda rectè Cuiac. admonet, uelut poſtliminio reduci: quoad ſanè eius fieri poteſt, quantũq́; earũ supereſt atq; extat. Nam quædã ab hac iniqua proſcriptione, ſitu credo & neglectione in illa exili lõginquitate interierũt, meliore certè fato dignæ. etenim quod de libris dici etiã malis ſolet, id hic rectius uſurpare licet: Nullã earũ extitiſſe, quæ uel expreſſa diſpoſitione, uel occulta ratiocinatione non aliqua potuerit uſui eſſe. Hũc ergo & nos ordinẽ, qualis initio fuit, ſequẽtes, ſententiã cuiuſq; Nouellæ ſummatim ꝑponemus. Cæterum ne uſitata deſiderẽtur, ad marginẽ uulgatas collationes ſuis cũ titulis ita locauimus, ut quæ Nouellæ quibus collationũ rubricis reſpondeant, quæ à noſtris retectæ, quæ reiectæ, quomodo etiã trãſpoſitæ ſint,.

a l. 2. de fid. inſtr. Paul. lib. 5. Sent. tit. 12. l. ult. quẽ. teſta. aper. l. 4. l. Põponius. 8. famil. her. Cuiac. lib. 5. ca. 25.

b l. 3. in uerb. authentica ipſa atque originalia. C. diuerſ. reſcript. Nouel. 119. cap. 3.

ta ſint, in cõſpectu eſſe poſſit: ideóq; ad memoriã, & allegandi atq; inueniendi adeò promptitudinẽ, tũ maximè cõmodat: cũ, ut ſit, recepta Authentici collationes uel inſcriptiones à noſtris citãtur. At uerò hæc ad aliã quãdam methodum, cuiuſmodi ipſis ab authoribus nulla ſit adhibita, cogere uelle & informare, uideo quidẽ placere nonnullis id operã dãtibus et cõmentantibus, ſed id mei neq; cõſilij nũc quidẽ eſt, nec inſtituti: potius cohortabor iuris ſtudioſos, ut exẽplo Irnerij Iuriſprudẽtiæ inſtauratoris, ſingula Nouellarũ capita, ad eiuſdẽ argumẽti titulos qui in Codice, aut ſi deſint, in Pandectis, Inſtit. & Decretalibus (quæ partes iuris maiore conſtant ordine) occurrũt, tanquã ad caput ſuũ, totũq; corpus, à quo tantũmodo pmulgationis tẽpore diuiduntur, ſolerter referãt, ibidẽq; loco cõgruo, ac uelut in ſede aliqua definitionis, diuiſionis, cauſarũ, effectionũ, adiacentiũ, affiniũ, contrariorũ, &c. quò ptinere potiſſimùm uidebũtur, locẽt atq; diſponãt, ad eã fermè quã ſubieci cõgruentiũ titulorũ indicationẽ: qua aut utãtur ipſi, aut quod magis optamus, aliquã excogitẽt meliorẽ: ita uera, niſi fallor, harum Nouellarum collatio conuenienter inſtituetur. Cæterùm plenior earum interpretatio ex doctiſſ. Cuiacij commentarijs expetatur.

COLLATIO PRIMA.

I.

1. De hæredibus & Falcidia.

CONſtitutio prima eſt inſcripta de hęredib. quorum nomine hîc etiã legatarios, fideicommiſſarios, bon. poſſeſſores, aliosq; ſucceſſores amplectimur: & de Falcidia 1, ut illi uoluntatẽ defuncti impleãt, & legata intra annũ poſt aditionẽ, & poſtquã hoc nomine cõuẽti ſunt, ſoluãt [a], aut relictis careãt [b] (referaĩ ad tit. C. Si omiſſa ſit cauſa teſtamẽti: itẽ ad teſtamẽta, legata, fideicõmiſſa, & cõmunia his iura.) Altera uerò parte hæredi permittitur [c] abſq; fraude & cõfecto inuẽtario [d] de relictis à teſtatore quartã detrahere (ad legẽ Falc. & S.C. Trebel. & l. ult. C. de iur. delib.) Et quędã de quarta legitimę aſpergũtur [e], & ut eã ſine onere hęres habeat [f] (ad Auth. nouiſſ. l. quoniã 32. C. de in off. teſta. & tit. de lib. e. præter.)

II.

2. De non eligendo ſecundò nubentes mulieres, & de alienatione & lucro antenuptialis donationis, & de ſucceſſione carũ filijs ſuis relinquenda.

De nõ eligẽdo ſecũdo nubẽtes 2: uel, ut Nouella habet, ne mu-

a *cap. ult. h. t.*
b *cap. 1. bis igitur. cum ſeq. h. t.*
c *cap. 2. hinc nobis. cũ ſeq. uſq; ad fin.*
d *ſecundum l. ult. C. de iur. delib. d. cap. 2. & 3. h. t.*
e *in princ. h. t.*
f *cap. 1. §. bis igitur. h. t.*

ne mulieres quę nuptias iterát (ná in nó iterátibus, alia diſtinctio ſeruatur [a]) electioné habeát, in qué filiorú donationé ante nuptias, quá de bonis uiri prioris lucratæ ſunt, cóferát: deq; alijs capitulis, ſeu, ut Cuiac. habet de electione ſecúdò nubentiú (prohibita ſcilicet, ut modò dictú eſt, quod primú caput eſt:) & de ſucceſſorib. earú, (quod II. caput habetur, explicans quomodo hæ marito & liberis, hiq; cótrà ipſis ſuccedát:) & de uſufructu donationú propter nuptias (quod tertiú eſt:) & alijs poſtremò capitulis. Summa ergo I. capitis eſt, ne mulier ad ſecúda uota tranſiens, donationé ante nuptias, quá aliàs ex pacto [b] aut alia ratione [c] lucratura erat, pleno iure capiat, neq; uni liberorú [d] cú aliorú iniuria códonet [e]: nec in extraneú, puta maritú ſecundú, ad liberos primi matrimonij defraudandos, alienet [f]: quemadmodú & cótrà uir doté primæ uxoris acquiſitá poſt ſecundas nuptias, ſeruare liberis primi matrimonij, & quidé æquo iure omnib. debet [g] (ad tit. de inoſ. donat. de ſec. nupt. de donat. ante nupt. de pac. cóuét.) Altera pars quæ nouat [h] de ſucceſsione matris in bonis liberorú, præcipuè circa nuptiarú lucra (ad S.C. Tertyll. & de iur. dot. de don. ante nupt.) III. pars eſt de uſufructu eorúdé bonorú parétib. ꝓprietate liberis relinquéda [i] (eod. & ad tit. de bon. ma. de bon. quæ lib. & Inſt. ꝑ quas pſo. no. acq.) IIII. ut donationé ꝓpter nuptias eatenus ex pacto lucretur mulier, quatenus doté realiter dedit, nó quatenꝰ cauit [k] (ad tit. de pac. cóu. & de dote caut. nó num.) Quæ quidé cóſtitutio in partes haſce quatuor obſcurè impliciteq; diſtributa, una putatur ex ijs [l], quas dedita opera cótorſit & obſcurauit Tribon. ut pro cothurno ad nundinationé iuris (pudet dicere) ſeruire poſſet [m]. Sed ex hoc labyrintho filú te Cuiacij Ariadnæum facilimè explicabit.

a No. 98. n7. abrogata l. generaliter. §. ult. l. hac edict. §. ult. l. ſi quis. §. 1. C. de ſec. nupt.
b ut No. 68.
c ut No. 22.
d cótra l. 3. l. generaliter. C. de ſec. nupt.
e in princ. & ca. 1. et No. 22. ca. 2. hoc aút.
f h. t. confer cum No. 98. Cuiac. hic.
g
h §. 2. contra l. hac edictali. §. illud. C. de ſecund. nup.
i §. 3.
k §. ult. h. t.
l ut No. 159. de ſub. fac. in fam. ſeu de reſtit. fideic. & No. 106. et aliæ recantatæ. No. 18. de triente.
m Harmenop. tit. 1. de legibus. Cuiac.

3. Vt determinatus ſit numerus clericorum ſanctiſs. maioris eccleſiæ & cæterarum eccleſiarú huius auguſtiſs. urbis.

III.

De clericis Cóſtantinopolitanis [a]: ut determinatus ſit numerus clericorum in Eccleſijs, auguſtiſſ. & regiæ urbis Conſtantinopolitanæ, (quod ad alias pòſt eccleſias exténſum eſt [b]) ſecundú facultates cuiuſq; ita ut & illis aliméta idonea ſuppeditét, ne inhoneſtis artib. uictú quęrere, & ſecularib. rei familiaris negocijs curá impendere cogátur [c]: neu hæ nimiú oneratę ad inopiá delabátur; (ad tit. de ſacroſ. Eccl. & de Epiſc. & cler.)

No. 159.
a ita habet Cuiac. inſer. Nou. 6. inſ.
b contra tit. ne cler. ſecul. nego. ſe imo miſc. uide diſtinct. 91. per tot.
c

4. De fideiuſſorib. & mandatorib. & ſpóſorib. & ſolutionib.

IIII.

De fideiuſſoribus & mandatoribus & ſponſoribus 4, hoc eſt, ut habet Cuiaciana inſcriptio, pecuniæ cóſtitutæ reis: & de ſolutionibus, [illegible] creditores ex antiquiſs. iure,

iure, cuius hîc fit mentio, & exemplo fiſci, qui ſemper hoc iure uſus eſt [a], primùm aggrediantur principales debitores [b] præſentes, eorumq́; bona excutiant [c]; & his demum non exiſtentibus ſoluendo, tunc ſecundo loco mandatores, aut conſtitutæ pecuniæ reos aut fideiuſſores conueniant. Sin abſint illi, detur petentibus acceſsionibus (cuiuſmodi ſunt fideiuſſores [d]) dilatio, intra quam abſentem debitorem exhibeant: quod ni fiat, aut ſoluant, aut iudiciũ accipere cogantur (ad tit. de fideiuſſ. & de conſtituta pecunia.) Additur de hypothecaria [e], ut pro arbitrio creditoris, contra principalem exerceri poſsit, uel ante perſonalem actionem, uel unà cũ hac [f], prout & iure ueteri [g]: contra interceſſores uerò non aliter quàm excuſsis principalis bonis, exemplo perſonalis, quę in fideiuſſorem datur [h]: aduerſus extraneum uerò nunquam, niſi excuſsis cũ ipſo principali fideiuſſoribus (ad tit. de pigno. & hypothecis & de fideiuſſo.) Quatenus itẽ aliud pro alio creditori ſoluere liceat inuito, nempe non inuento debitoris rebus emptore, ut in ſolutum cum debita euictionis cautione uelut ex empto accipere res eas creditor cogatur [i] (ad tit. de ſolut. bono. ceſſ. & de euict.)

V.

5. De monaſterijs, & monachis, & eorum antiſtitibus.

De monachis [a]. Ne monaſteris cõſtruantur, niſi authoritate Epiſcopi 5, cum precatione fundamenta iacientis [b], monachisq́; abbatem, qui meritis & uirtute potiſsimùm antecellat [c], præficiẽtis: & alia de habitu [d], cõuerſatione [e], profeſsione [f], cõiugijs [g], mutatione uitæ [h], bonisq́; ac ſucceſsionibus [i] monachorum (ad tit. de ſacroſanct. Eccleſ. & de Epiſc. ac cleric. quo loco & de monachis ac monaſterijs agi inſcriptio tituli illius indicat, & extrà de regula. de uot. de conuerſ. coniug. de ſta. monach. &c.)

VI.

6. Quomodo oporteat Epiſcopos & cæteros clericos ad ordinationem perduci. & de expenſis Eccleſiarum.

De Epiſcopis & clericis [a]. Quomodo oporteat 6 Epiſcopos & cæteros clericos integræ famæ [b] & conuenientis doctrinę [c] atq; ætatis [d], ſine ambitu & ſuffragijs, citraq́; nundinationem [e] & alterius cõtradictoris uel poſſeſſoris iniuriam ad ordinationem [f] perduci: intra certum tamen definitumq́; numerũ: ſicut Eccleſiæ, earumq́; miniſtri, circumſcripto eſſe numero ubiuis debẽt: ne ſumptus impenſæ &

a l. non ſolùm. de iur. fiſ. b contra l. 5. cum ſimilib. C. de fideiuſſ. c Auth. præſente. C. de fideiuſſ. d Ubi qui acceſsionis. de fideiuſſ. e cap. 2. ſed neq;. h. t. f d. cap. 2. ſed neq;. g l. perſecutione. 29. C. de pign. h d. cap. 2. ſed neq;. quem tex. ſic intelligit Salic. nu. 3. poſt Bald. in Auth. hoc ſi debitor. C. de pign. i l. 4. C. de euict. l. eleganter. de pigno. act. a ſic habet Cuiac. inſcriptio. b cap. 1. illud. c cap. ult. h. t. d cap. 2. 3. e cap. 4. cogitandum. f cap. 2. 3. 6. g cap. penult. h cap. 1. 5. 7. 8. i cap. 5. 6. cum ſimilib. a Cuiacij inſcrip. b cap. 2. h. t. c cap. 1. §. hæc autem. h. t. d cap. quanta. 14. cap. ſed neq;. e cap. 9. ſed etiam. uerſic. & hanc. f cap. 10. quis autem.

ſæ & onera in imméſum excreſcant & cumulétur [a]: quod antè in Cōſtantinopolitana dūtaxat urbe conſtitutū [b], hîc ad alias quoq; ciuitates & regiones eſt extenſum: cū eadē ubiuis ſit publicæ utilitatis Eccleſiarū & Parochianorū [c] ratio & cauſa (ad tit. de ſacroſ. Eccleſ. & de Epiſc. & cler. & ext. de elec. de tēp. ord. & qual. ord. de ſcrut. in ord. fa. &c.)

COLLATIO SECVNDA.

VII.

DE Eccleſiaſticis bonis & emphyteuſibus [a], ſeu de nō alienandis 1 aut permutandis rebus Eccleſiaſticis immobilibus (nā in mobilibus aliud ius eſt [b]) aut in ſpecialem hypothecam dandis [c], cum ſufficiant generales: niſi ex cauſa neceſsitatis [d], aut ad emphyteuſin [e] temporalem [f], aut alias ob cauſas iuſtas: quæ lex numero hîc annotátur [g] (ad tit. de ſacr. Eccleſ. [h] de iure emphyteutico, &c. & ext. de reb. Eccleſ. non alienan.)

VIII.

De præſidibus: ut iudices 2, hoc eſt prēſides [i], quiq; horum uice fungūtur, ſine ſuffragio *ἀδώρως* fiant (ad tit. C. qui hac Nouella iure abrogatur, de ſuffragio, & qui pro ſua iuriſd. iud. dare dari'ue poſſunt.) Itē de officio [k], poteſtate [l], authoritate [m]: deq; ſalario [n], iureiurādo [o] & cautione [p] magiſtratuum & iudicum 3 (ad tit. de iudicijs & ſportulis. de iuriſd. omn. iudic. de uicarijs. ad tit. qui pro ſua iuriſd. de off. eius qui uic. alt. de peda. iud.)

IX.

Vt eccleſia Romana 4 centum annorum gaudeat præſcriptione: ſubditiтia putatur, nec, authore Schrimgero, inter Grēcas reperitur: ſed hoc fortè ideo, quòd Latinè ad Latinum, hoc eſt Romanū epiſcopum fuerit ſcripta, eoq; à librarijs Græcis ignoratione peregrinæ linguæ omiſſa ſit: ſicut cōtrà Græcas noſtri ſcribere deſierūt. Sanè fit huius mētio paulo pòſt No. 111. q̄ omnē Eccleſiaſticā præſcriptionem ad 40. annos reducēdo, huic abrogare uidetur [q]. Quòd ſi qs uerò potius nō totā conſtitutionē, ſed ea q̄ hîc, ut & alibi [r], de Pōtificio primatu inſerūtur, exiſtimare uolet eſſe ſuppoſititia & interpolata, p me quidē licebit. (Vtcunq; ſit, referatur ad l. ult. cū Auth. ſeq. & tit. C. de ſacroſ. Eccleſ. itē de præſcript. 30. & 40. annorū. & ext. de præſc.)

G x. De

1. De non alienādis aut permutandis reb. Eccleſiaſticis im mobilib. aut in ſpecialem hypothecam dandis creditoribus, ſed ſufficere generales hypothecas.

2. Vt iudices ſine ſuffragio *ἀδώρως* fiant.

3. Iuſiurandum quod præſtatur ab ijs qui officia ſuſcipiunt.

4. Vt eccleſia Romana centum annorum gaudeat præſcriptione.

a cap. ult. ſed neq;. b Nouell. 3. ſup. eod. c extrà de parochi. a ut habet Cuiacij inſcrip. b gl. uerb. huiuſmodi. ca. 1. nos igitur. h.t. c d. cap. 1. nos igitur. cap. 6. ſi autem. d cap. 6. et hoc ī. de aliena. & emph. e cap. 3. emphyteuſin. cum ſeq. f d. cap. emphyteuſin. ca. 4. ſi quis. cap. 7. ſi uerò in perpetuam. g gl. uerb. huiuſmodi. in d. cap. 1. nos igitur. h l. iubemus. 14. cum ſeq. i ca. quod aūt. 12. in fin. h.t. k cap. 1. §. eos. 8. cum ſeq. l cap. nulli. 4. cum ſeq. ca. quod autem. 12. cum ſeq. m d. cap. illud. 12. n d. cap. illud. 12. & cap. penul. & ult. o cap. ſic igitur. cap. interdicimus. 12. gl. in l. ſeq. & t. tit. ſeq. iuſiurand. quod præſtat. p d. cap. interdicimus. q uide Cuiac. de præſc. ca. 31. & obſ. lib. 5. ca. 5. r l. 4. cū ſeq. C. de ſum. Trinit.

X.

De referẽdarijs [a] ſacri palatij 5, qui Principi ſupplicum deſideria recitant atq; referunt, & eiuſdem mandata iudicibus inſinuant [b], quorum ſpectabilis eſt dignitas [c] (ad tit. de officio quæſtoris ſacri Palatij, quẽ nunc Cancellarium uocamus. Hic enim illorum exemplo [d], ſingulorũ deſideria & ſupplices libellos nunc cognoſcit, ſummatimq; ad Principem refert, & eiuſdem ſuper his decreta profert.) 5. De referẽdarijs ſacri Palatij.

XI.

De prima Iuſtiniana [e]: ſeu de priuilegijs Archiepiſcopi Iuſtinianæ primæ (ad tit. de Epiſ.) de ſede præfecti prætorio Illyrici in Pannoniam ſecundam, quæ nunc eſt Bulgaria, hoc eſt Iuſtinianam primam transferẽda, in urbem ſcilicet Achrido Bulgariæ, Iuſtiniani natalẽ, quam amore patriæ, & ſuo nomine, & hoc priuilegio, & Archiepiſcopatu ſeu patriarchatu [f] honorauit: primamq; illis locis ſedem eſſe uoluit (ad tit. de offic. præfect. prætor. Oriẽt. & Illyr.)

XII.

De inceſtis & nefarijs [g] nuptijs 6 (ad eundem tit. C. de inceſt. nupt. de interd. matr.) de naturalibus liberis per ſubſequẽs matrimonium legitimatis (ad l. 5. 10. & 11. C. de nat. libe. & ext. qui fil. ſint legit.) 6. De inceſtis & nefarijs nuptijs.

XIII.

De prętoribus. ut Cuiac. ſeu, ut explicatius in uulg. de plebeijs prętorib. qeti & diſciplinæ populari nocturnę nimirũ ꝓpoſitis: unde ꝓ uigilũ reipub. Ro. ꝓfectis in ꝓuincijs & Cõſtantinopol. habentur [h] (ad tit. de off. præfect. uigil. de offic. præt. de defenſ. ciuitat. de magiſtra. municip.)

COLLATIO III.

XIIII.

De lenonibus 1: ne'ue quo in loco per Imperiũ Romanum lenocinia, proſtibula, uectigaliaq; auri luſtralis his impoſita [a] tolerentur: ultimoq; potius ſupplicio lenones mactentur [b], ut publici adulterij rei [c] lenones mulctentur (ad tit. de adulter.) 1. De lenonibus.

XV.

De defenſoribus ciuitatum 2: qui uice præſidum in ſingulis prouinciarum oppidis iudicant, & magiſtratu funguntur [d], uti eligantur honeſti uiri, fide digni, & per circuitum, præſtitoq; ab electoribus iureiurando, & antiqua ſolennitate obſeruata [e]: utq; nulli liceat incolarũ nã omnes muneribus obligantur [f]) hoc munus reſpuere [g]: ut electi 2. De defenſorib. ciuitatũ.

con-

a hoc ſolum habet Cuiac. inſcrip.
b l. 2. C. de off. eius. No. 113. 114.
c in princ. h. t. uide de his Bart. l. eos. C. de exc. mun. lib. 10. Spec. de ſupplic. Alciat. li. diſpunct. 3. cap. 4.
d Caßiod. li. 6. Epiſt. de reſ.
e Cuia. inſcrip.
f Cuiac. hic.
g inſcriptio Cuiacij, nefarijs, habet: cum inceſtæ & nefariæ idem ſignificent.
h uide Cuiac. hic.
a l. ult. C. de ſpectacul.
b §. præconizamus. h. t.
c l. 6. C. ad l. Iul. de adulte.
d Cuiac. hic per hũc tex. & Nouell. 8. de præſid.
e in princ. & cap. 6. etſi cadere. h. t.
f l. incola. 29. ad munic. p. t.
g c. 1. interim.

confirmentur uel remoueantur à præfecto prætorio, non etiàm prçſide: quanquam ad hunc ab illis ſit prouocatio [a]: babeantq; iuriſdictionem uoluntariam & cõtentioſam in pecuniarijs cauſis ad aureos 300. in criminalibus uerò de leuioribus tãtùm delictis [b], nõ ijs quæ ſunt meri uel mixti imperij [c]: iurent ſe omnia ſecundum leges & ius acturos: biennio ſolùm adminiſtrẽt [d], ut olim quinquennio [e]: præſint teſtamentorum & donationũ inſinuationibus [f]: hocq; nomine acta cõficiant [g], non de ijs quæ iuriſdictione præſidis & imperio perficiũtur [h]: tributa exigant: diſciplinam tueantur: duobus officialibus ſeu executoribus, uno autem exceptore ſeu notario utantur [i] (ad tit. Cod. eundem, de defenſoribus ciuitat. lib. I.)

XVI.

3. De menſura ordinandorũ clericorum.

De clericis (ut habet Cuiac.) ſeu de mẽſura, hoc eſt definito numero clericorũ 3: ut neq; augeatur nec imminuatur: eoq; ex una Eccleſia ubi ſuperabundãt, in aliã, ad ſupplendum deficientiũ ſtatutum numerũ, clerici trãſferantur (ad tit. C. de Epiſc. & cler. & ext. de transla. prælato.)

XVII.

4. De mãdatis Principum.

De mandatis Principum & præſidibus [k] ſeu de mandatis Principum 4, quæ ſunt præcepta præſidum [l] (ad tit. C. eiuſdem inſcriptionis de mandat. Principum.) Præcepta uerò quæ mandatis eiuſmodi prouinciarũ rectoribus dari ſolent, hæc ferè ſunt: ut ipſi adminiſtratores gratis creati [m], debito ordine & modo prouinciã ingrediãtur [n], mundas ſeruent manus, fiſcalia tributa inſpiciant, & etiam in templis [o] exigãt [p]; pacem & quietem tueantur, ſeditiones compeſcant [q], cauſas cum omni æquitate & ordine conueniente & ſportulis acceptis duntaxat ordinarijs cognoſcant [r]: prouideantq; ne aut ab ipſis aut adminiſtris eorũ iniuriæ in ſubditos redundent, & inde oriantur [s], unde iura naſci debent [t]: ne annona neceſſaria deſit: ut muri ciuitatum & publica opera ſarta tecta ſint [u]: delicta ſecundum leges, abſq; priuilegij ratione, neq; admiſſa præter innocentiam excuſatione [x], inquirant atq; uindicent [y]: cohortales ſeu officiales ſuos in officio retineant [z]: aſſeſſoribus & conſiliarijs optimis & puris utantur [a], bonis clementes, improbis aſperi ſint [b]: fidem publicam, ſecuritatemq;

G 2 non

a cap. & iudicare. 5. b l. 7. C. eod. contra Accur. Cuiac. hic, qui l. pen. & l. ult. C. de emanc. lib. & l. ult. C. de uind. lib. interpretatur de iudice, penes quem legis ſit actio. d cap. iuſiurandum. 2. c. audiunt. 7. e l. 4. C. eod. f cap. 3. et agi. g l. unic. C. de offic. iur. Alex. h Cuiac. hic in fin. i cap. deinde. 4. ubi tamen gl. uerb. exceptorẽ requirere duos uidetur. per §. nullo. j. de iudic. k Cuiac. in ſi. l Nou. præcepta præſidũ. m ca. 1. oportet. n cap. mox autem. 21. o ca. public. 12. p ca. coges. 14.

q in princ. h. t. & ca. 1. ca. deinde. 2. r ca. ſit tibi. 3. s ca. deinde. 4. t l. meminerint. 8. C. unde ui. u cap. ſed etiam. 5. C. de oper. pub. x c. non permitt. 15. 7. y §. ult. h. t. z cap. deinde. 4. c. præcipis. 12. a cap. feſtinatis. 8. C. de offic. aſſeſſ. b cap. talem. 9.

non paſsim nec iuſto longius indulgeant[a] (ad tit. de offi. rectoris prouin. & C. de ſatiſda. cum ſimil.) Ne profecturi angarijs prouinciales uexent[b] (ad tit. de angar. & paráng. cũ ſimil.) Ne tẽpla & ſacros terminos homicidis & ſimil. noxijs aſylum eſſe patiatur[c] (ad tit. de ſacroſ. Eccle. de his qui ad Eccl. confug. & extrà de immu. Eccl.) Ne ſine cẽſu & reliquis & onere publicorũ tributorum prędia alienari permittant[d] (ad tit. ſine cenſu uel reliquis.) Vt reſcripta contra ius uel utilitatem publicam non attẽdant, niſi ſecũda miſsio ſubſequatur[e] (ad tit. de diuerſ. reſcrip. ſi contra ius uel utilitatẽ publicã.) Ne occaſione religionis, hæreſiũ, ſchiſmatũ, prouinciã ab aliquo cõmoueri ſinãt: ſed ſi quid canonicũ incidat, cum Epiſcopo ut cognoſcant[f] (ad tit. de ſum. Trinit. de Epiſc. audiend. de hæretic.) Ne bona damnatorũ publicẽtur[g] (de bon. damn.). Neu iniuſtis patrocinijs indulgeant[h] (ad tit. de poſtul. de aduoca.) nẽue agricolas alienos à quoquã ſuſcipi permittant[i] (de agric. & cenſit. cum ſequent. & ut nemo ad ſuum patro. ſuſcipiat ruſtica. &c. lib. 11.) nec titulum alienis prædijs imponi[k] (ad tit. de ijs qui poten. no. titulos prædijs affigunt. ut nemo priuatus titulos, &c.) nec armis non militantem uti[l] (ad l. Iuliam de ui publ. & de fabricenſ. cum ſimil.)

XVIII.

De hęreditaria portione, & de collatione dotis, & de diuiſionibus bonorũ, & de inficiatoribus, & his qui alienas res tenere deprehendũtur, & de his qui ex ancilla naſcuntur[m]: ſeu de triẽte & ſemiſſe 5, & ſucceſsionib. liberorũ[n]: ut ſi plures filij nõ ſint quàm quatuor, legitima portio cenſeatur triẽs: ſin ultra quatuor, ſemis[o]: in curialibus autem propter onera dodrans[p] (ad Auth. nouiſsima. C. de inoff. teſtam. & ad l. Falcid. cuius portionẽ etiã hac lege augeri uult hic Cuiac.) Quemadmodum liberi ab inteſtato ſuccedere debeant[q] (ad tit. de ſuis & legit.) Vt liberorum loco ſint per ſubſequẽs matrimonium, etiã abſq; dotalibus inſtrumentis[r], legitimati[s]. Et ut naturales liberi, nulla exiſtente prole legitima, unà cum matre ſextãtem accipiant[t] (ad tit. de naturalib. libe. & extrà qui fil. ſint legit.) Vt collatio tam ex teſtamento quàm ab inteſtato competat, niſi expreſsis uerbis teſtator eã prohibeat[u] (ad tit. de collat.) De diuiſione bonorum inter liberos facta à parẽtibus, ut non aliter ualeat, niſi in teſtamẽto aut alia ſcripturà ſolenni, continenteq; parentum & liberorum ſubſcriptionẽ, ſit facta

5. De triente & ſemiſſe, & ſucceſſionibus filiorũ & naturaliũ, & collationibus uel diſtributiõibus: necnõ & literarũ aut numerationũ atque rerum ex quibus deinẽt, inficiationibus.

a cap. ſed neq;. 10. C. de ſatiſdat.
b cap. illud. 15.
c cap. neq;. 11.
d cap. nõ permittat. 14.
e c. deinde. 4.
f cap. neq;. 16. quod ex Iuliani interprete Cuiac. putat corrigi per Nou. 123.
g cap. oportet. 17.
h cap. patrocinia. 18.
i cap. ſed etiã. 19.
k cap. titulos. 20.
l cap. ult. 21.
m Cuiac. inſcriptio.
n cap. 3. 4. cũ ſequen.
o in prin. h. t.
p cap. excipiatur. 2. j. No. 87.
q cap. neq;. 4. cum ſeq.
r de quo Dd. §. ult. Inſt. de nup. Schurf. conſ. 9. cen. 1.
s cap. ſed nec uſque. 5.
t cap. conſideremus. 6.
u cap. illud. 7.

facta [a] (ad l.ult.& t.tit. C.famil.hercíſ. & de inoffi.donat.) De eo qui proprium chirographum inficiatur, in duplum uelut ex lege Aquilia [b], puniendo [c] (ad l.contra.4.C.ad l. Aquil.tot. tit. de confeſſ. l. generaliter. C. de non numer. pecun. & tot.tit. de fide inſtrum.) De pœnis inficiatorum & abiuratorũ,tam in perſonalibus quàm realibus [d]: deq; alijs debitorum exceptionibus, poſt inficiationem non admittẽdis [e]: & poſſeſsione ei qui negauit rem eius quem actor dominum allegat eſſe, & conuictus eſt, auferenda [f]: priuſquam de ſuo iure, puta hypotheca, audiatur [g] (ad tit. de rei uendicat.de iudic.de ordin.iudic.cognit.&c.) quomodo concubinæ ſeruilis conditionis liberæ & uxores fiant [h] (de nupt.de concub.)

XIX.

6. De filijs ante dotalia inſtrumenta natis.

De filijs ante dotalia inſtrumenta natis: ſeu de legitimatione per ſubſequens matrimonium [i] liberorum naturalium, qui ante dotalia inſtrumenta [k] nati ſunt 6 (ad tit. de naturalibus liberis.)

XX.

7. De adminiſtrantibus officia in ſacris appellationib.

De his qui in cauſis appellationum officio apparitorum funguntur: ſeu de officijs quæ miniſtrant in ſacris (hoc eſt ad Principem factis [l]) appellationibus 7: ut ſimul omnes cauſas ſecundæ huius inſtantię cognoſcant [m] (ad tit.de appellat.& l.ult.C.de temp.appellat.)

XXI.

De Armenijs, ut & ipſi per omnia Romanas ſequantur leges, profligato more barbarico [n]: quo mares fœminis in ſucceſsione præferebantur, & hæ abſque dote in ædes maritorum commigrabant (ad communia iura ſucceſsionum [o], atque dotium [p].)

COLLATIO IIII.

XXII.

1. De nuptijs.

DE nuptijs 1, qnemadmodum ſolo cõſenſu, etiam abſq; concubitu [a] uel inſtrumẽtis dotalibus [b] contrahantur (ad tit. C. eundem:) ſeu de ſolutione nuptiarum: & de ſecundis nuptijs, ut Cuiacij habet titulus, hoc eſt, de his qui nuptias iterãt [c] intra annum luctus: quod uarijs pœnis in fœmina [d] ob confuſionem ſobolis hoc iure, nõ etiã in uiro [e], neq; iure canonico [f] coercetur [g]

a cap.et quod. 8.h.t.
b l.cõtra.4.C. de l.Aquil.
c l.contra. C. ad l. Aquil. cap. ſtuduimus.9. h.tit.
d Cuia. hic circa finem.
e contra l.nemo. 43. de reg.iur.
f cap.illud.10.
g ut l.ult.de rei uendic.
h cap.ult.h.t.
i c.tanta. qui fil.ſint leg.
k §.ul. Inſt.de nupt. l.5.10. 11. C.de nat. lib.de his uide etiã Nouell.117.
l l.2. C.de legib.No.62.
m in princ. & paſſim h.t.
n quales nunc feudorũ conſuetudines.
o l.maximum. 4.C.de libe. præte. Com. de ſucceſſ.
p t.t.de iu.dot.

a l.penul.C.de inceſt.nupt.
b cõtra No.12. 18.§.ult. Inſtit.de nupt. c ſic habet inſcriptio Græca. d l.conſenſu.9.C.de repud.l.2.C.de ſecun. nup.uid.l.1.2.l.genero.8.de his qui not.infam. e l.uxores.9.eod.tit. f c.pen.& ult.de ſec.nup.ubi Innoc.glo.l.liberorum.11.de his qui not.infam. g cap.1.4.cum ſeq.

(ad tit. de ſecun. nupt. l. decreto. 15. de his qui notantur infamia.) De ęqualitate dotis & donationis ꝓpter nuptias [a] (ad tit. de pact. conuent. de iure dot. & donat. ante nupt.) De diſtrahendis nuptijs ex conſenſu mutuo [b], conuerſione [c], impotentia [d], ſeruitute [e], adſcriptitia conditione [f], inſidijs, adulterijs, ſacrilegijs, ueneficijs, falſo, latrocinio, & ſimilibus delictis: etiam iniurijs, puta flagellatione [g] (quanquam hæc hodie non ſeparat, ſed mulctat [h]) extra cauſam commiſsi matrimonium diſſoluentis: item ob procuratum abortum, lauacrum cum uiris ſuſpectum, tractatum de alijs nuptijs doloſum [i], repudium [k] iniuſtè miſſum [l], non ex captiuitate etiam [m], aut pœna [n], aut abſentia [o] (ad tit. de repudijs) & ſoluto ex his cauſis coniugio: de lucranda uel amittenda ob delictum adulterij [p], deſertionis [q], &c. dote, donatiõe propter nuptias [r], aliáue ſubſtantia [s], & ſucceſsione [t] (ad tit. ſolut. matrimon. & de repud.) aut filijs reſtituenda uel reſeruanda [u] (ad titul. de bon. quæ libe. & de bon. mater.) de ſucceſsione coniugum [x] (ad tit. unde uir & ux.) de ſucceſsione matris [y] (ad tit. de ſenatuſconſul. Tertyll. & Orphitia.) de æqualitate inter liberos ſeruanda [z] (ad l. 4. & tot. tit. de liber. præterit. & Authentic. nouiſsima. C. de inoffic. & l. ultim. famil. herciſcun.)

XXIII.

De appellationibus: & intra quæ tempora debeat appellari 2, à quibus ad quem appelletur (ad tit. C. eundem: & de temp. appellat.) 2. De appella. & intra quę tẽpora debeat appellari.

XXIIII.

De præſide [a] Piſidiæ.

XXV.

De Prætore Lycaoniæ.

XXVI.

a *c. 2. uerſ. deinceps. cum ſequen.*
b *cap. diſtrahantur. 2.*
c *d. cap. 2.*
d *d. cap. diſtrahantur. 2.*
e *d. c. 2. uerſic. ſi uerò decretum.*
f *uerſic. adſcriptitio.*
g *cap. 2. uerſi. mitiores.*
CVII.

De teſtamentis factis inter liberos [a]: ſeu de extremis uoluntatibus & teſtamentis imperfectis 3, à parentibus inter liberos factis, & de diuiſionibus bonorum inter filios (ad tit de teſtam. præcipuè ad l. hac conſultiſsima. 20. §. ex imperfecto. eod. & C. famil. herciſc.)

CVIII.

De fideicommiſſarijs hæreditatibus [b], ſeu de reſtitutionibus 4: ut ſi unus ex filijs aut hæredibus grauetur generatim ut hæreditatem totam reſtituat, quarta ſibi retenta, tres reliquas partes fideicōmiſſario debeat: contraria uerò ratione quando conditionaliter ſingulari oneratur fideicommiſſo, huiuſmodi ſi ſine liberis decedat, ut omnia quę habet, hoc eſt, quæ ſibi ſupererunt, fratribus ſuis reſtituat: id fideicōmiſſum tātùm in quarta ualeat, & hactenus alienationē, niſi piā, uel in propria alimēta inhibeat: de reliquo ſuorum bonorū dodrāte teſtari nihilominus, & aliænationes facere grauatus, poſsit [c]: de reſtituenda tamen quarta cauere, niſi teſtator idē ꝓhibuerit, idoneè debeat (ad l. Falcid. & Trebel. de fideicom. l. ult. Auth. res quæ. C. commu. de lega. ut lega. ſeruan. no. caueatur.)

CIX.

De hæreticis [d], ſeu de mulieribus fide hæreticis 5: & ne hæretici ad aliquam dignitatem aſpicent: & qui'nam ſint hæretici: & de priuilegijs dotis, puta prælationis [e], aut [f] alijs hæreticis mulieribus non præſtandis (ad tit. de hæret. & de priuileg. dot. de iur. dot.)

CX.

De uſuris nauticis 6, ad rationem uetuſti iuris redigendis, abrogata conſtitutione de his antè facta 8 (ad tit. de nautico fœnore.)

CXI.

De tēpore actionum ſacris locis competentium [h], ſeu quæ ſacris locis competunt, cōſtitutio 7: innouans eam, quæ pręſcriptionem centum annorum uenerabilibus locis indulſerat [i] (ad l. ult. cum Auth. ſeq. C. de ſacroſ. Eccle. & ad tit. de præſcr. 30. uel 40. annor.)

CXII.

De litigioſis 8 non alienandis (ad tit. de litigioſ.) & de cautione decimæ partis litis, per quam actor nomine expenſarum ſi ſuccubuerit, reo obligatur, initio cauſæ, aut

per

Left margin notes:

a Cuiac. inſcript.

b Cuiac.

c uide Cuiac. ſup. No. 39.

d Cuiac. inſcrip.

e l. aſsiduis. C. qui potio.

f de priuil. dotis, uide C. de priuile. dot. Dd. l. 1. ſolut. matri. Bald. tract. de dote.

g Nouel. 106. ſup.

h Cuiac.

i l. ult. C. de ſacroſ. Eccleſ. Ro. No. 10.

Right margin notes:

3. De teſtamentis imperfectis, à parētib. in fil. factis: & de diuiſione rerū à filijs coram parente, & de eius facultatibus facta & ſubſcripta.

4. De reſtitutionib.

5. De priuilegijs dotis, hæreticis mulierībus nō pręſtandis.

6. De uſuris nauticis.

7. Hęc cōſtitutio innouat conſtitutionē, quæ præſcriptionē centū annorum uenerabilib. locis indulſerat.

8. De litigioſ. & de decima parte litis ab actore cautela præſtanda.

9. De militibus, infrà No. 116.

10. Vt diuinæ iuſſiones, infrà Nouel. 114.

per fideiuſſores, aut ſi haberi nequeant, iureiurando [a] præſtanda (ad tit. de ſatiſdat. & de fructib. & lit. expenſ.) Et quando actor priuilegio iuris ſiue beneficio iuris communis uti nequeat: quod inuitus agere non compellatur, ſcilicet poſtquam alteri controuerſiam mouit, & lis iam cœpta eſt [b] (ad tit. ut nemo inuit. agere, & de litis conteſt. & quomo. & quando iudex. præſertim ad l. conſentaneum. 8. cum Auth. ſeq. illo tit.)

11. In medio litis nõ fieri ſacras form. aut ſacras iuſſiones, ſed ſecũdũ antiquas leges generales decidi. hæc in Nouellis præcedit conſtitutionẽ ſequẽtem.

CXIII.

Ne ſacræ formæ fiant in medio litis [c]: ſeu ne in medio litis fiant [d] ſacræ formæ, hoc eſt, leges [e], edicta, reſcripta priuata, ad iuriſdictionem & cauſam pertinentia[f], aut ſacræ ad iudices [g] iuſsiones 11: ſed ſecundum generales leges cauſæ decidantur [h] (ad tit. ut lit. penden. de ſenten.)

10. Vt diuinę iuſsiones ſubſcriptionẽ habeant glorioſiſsimi quæſtoris.

CXIIII.

De ſacris iuſsionibus 10, hoc eſt, mandatis, reſcriptis ad iudices factis, ut habeant ſubſcriptionem glorioſiſsimi (uidelicet præcipui & ſummi: nam & alij erant inferiores [i]) quæſtoris: nec aliter per iudicẽ recipiãtur, niſi ſubſcriptione eiuſdem denotante, inter quos & ad quem iudicem & per quem directæ ſint (ad tit. de diuerſ. reſcrip.)

11. ſuprà tit. 2. Nou. 113. in medio, &c.

12. Vt cum de appellationib. cognoſcitur, ſecundum illas leges debeat iudicari, quæ tẽpore latæ ſentẽtię obtinebãt: non ſecundum eas, quę poſtea promulgatæ ſunt, & de alijs capitulis.

CXV.

De appellationibus, & de litigationibus, & de Falcidia & de exhæredatione, & de ijs qui lugent, & de conſtituta pecunia [k]. uel, ut alij, Conſt. 115. quæ ſex habet capitula. I. Vt cum de appellationibus 12, & retractationibus, & relationibus iudicum cognoſcitur, ſecundum illas leges controuerſiæ decidantur, quæ tempore latæ ſententiæ & ſuggeſtionis obtinebant, non quæ poſtea promulgatæ ſunt [l] (ad tit. de legib. & de appellationib. ac de relationib.) II. Si altera litigantium pars renunciet, ſe allegationibus contentam fore, altera uerò differat, quaſi non contenta: iudex det unius & item alterius & tertij menſis dilationem. His autem præteritis, non amplius expectet, ſed ſententiam proferat [m] (ad l. iudices. 9. cum Authent. ſequen. C. de iudic. & de dilat.) III. Quæ cauſæ ingratitudinis rationabiliter, hoc eſt iuſtæ, & ad exhæredationem ſufficientes filijs à parentibus obijci poſsint: ſeu quæ ſint iuſtæ exhæredationis liberorum cauſæ, quas tamen hæres inſtitutus probare debeat [n] (ad tit. de liber. præterit.) IIII. Quæ cauſæ ingratitudinis rationabiliter poſsint parentibus obijci à liberis, ſeu quibus ex cau-

a *cap. ad excludẽdus. 2. uerſic. ſi autem dixerit, non ualere fideiuſſorẽ dare, &c. h. t.*
b *c. omnem. 3.*
c *Cuiac.*
d *ſup. No. 82.*
e *l. humanum. ubi Alb. C. de legib. qualis forma extat No. 126.*
f *l. 1. C. de rei uend. l. in integr. 22. ff. de min. l. 1. C. de uen. rer. fiſc. lib. 10. l. 1. l. nõ aduerſus. 15. C. ſi cert. peta.*
g *Nouell. 114. prox.*
h *ut ſuprà de man. princ.*
i *uide de offi. quæſt. ſup.*
k *Cuiac.*
l *cap. 1. h. tit.*
m *cap. ſed & hoc. 2.*
n *cap. aliud. 3. cum ſeq.*

ſis parentes exhæredes facere poſsint[a] (ad tit.de inoffic. teſtament. de ſenatuſcon. Tertyllia. cum ſimilib.) V. Vt lugentes, & qui illis genere proximi ſunt, nulla de cauſa intra nonum diem prehendantur, uocenturq; in ius[b] (ad tit. de in ius uocand. & tit. qui legitimam perſonam ſtandi in iudicio habeant.) VI. De conſtitutæ pecuniæ obligatione & ſponſionibus, ſi quis ita pecuniam conſtituat aut ſpondeat, Satis tibi facio: aut, Satis tibi fiet à me & hoc & illo: aut, Satis tibi fiet à me aut hoc aut illo (ad tit. de conſtitut. pecun. & de fideiuſſ.)

a *cap. iuſtū. 4.*

b *cap. hac autem.*

CXVI.

De militibus: ut neque miles* neq; fœderatus (genus militum ex fœderatis populis conſcriptum[c]) quos pro libertate Reip. contra inimicos certare, nec ocioſos deliteſcere, ſed militare, exerceri, & communibus utiles eſſe rebus conuenit[d], in domo priuata, aut poſſeſsione alicuius, ſub pœna publicationis bonorum, retineatur (ad tit. de re milita. & de deſerto. lib. 12. de receptato. &c.)

* Eſt tit. 9. huius coll. ut neque miles, &c.

c *hoc tit. paſſim l. ult. C. de locat.* Sui *d.ss. uide Cuiac. No. 22.*

d *§. 1. h. tit.*

CXVII.

De diuortijs, & alijs capitulis[e], ſeu de diuerſis capitulis 13, & ſolutione matrimoniorum: ne in ijs, quæ liberis in poteſtate conſtitutis relinquuntur, uel ultima cuiuſquam uoluntate uel contractu, contra uoluntatē teſtatoris aut cōtrahentis, patri uſusfructus quæratur (ad tit. de bon. quæ libe.) &, ſi minores hîc ſint liberi, de curatore præter patrem eiuſmodi bonis cum cautione dando[f] (ad tit. in quibus caſib. tut. haben.) de legitimādis naturalib. liberis per ſolam nominationem filiorum, in teſtamento uel inſtrumento publico, à parente factam[g] (ad tit. de natural. lib. & extrà qui filij ſint legit. & ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. & ad effectum teſtamētorū & inſtitutionum.) Vt ſine dotalibus inſtrumētis non illuſtriū[h], ſed reliquorum nuptię cōſtent[i] (ad tit. de nupt.) Vt liberi ex nuptijs minus ſolennibus nati, pariter ſuccedant cum his qui ex iuſto coniugio procreantur[k] (ad l. 4. ult. de libe. præterit. & de naturalib. libe. de ſuis & legit.) De quarta ſuperſtiti coniugi relinquenda (ad tit. unde uir & uxor.) de legitima liberis debita[l] (ad tit. de inoffi. teſt. de libe. præterit.) De alendis diuortio facto liberis apud eum parētem qui cauſam non dedit: expenſis alterius, cuius culpa ſeparatio facta eſt[m] (ad tit. de alen. lib. de repud.) & ut nihilominus ad parētis utriuſq; hæreditatem uocentur[n] (ad tit. de libe.

13. Vt liceat matri & auiæ, & alijs parentibus poſt legitimam partem liberis derelictā, quomodo uoluerint reſiduam partem diſponere, & alia capitula plura.

e *Cuiac.*

f *cap. 1. h. t.*

g *cap. ad hoc. 2. h. tit.*

h *cap. quia. 4. c. illo. 6.*

i *cap. hoc quoque. 3.*

k *d. cap. 3. 4.*

l *cap. quia uerò. 5. h. tit.*

m *cap. illud. 7.*

n *d. cap. illud.*

libe.præt.) ne diuortium niſi ex cauſis hac lege enumeratis admittatur[a] (ad tit. de repud.) Vt adulteria, cùm publica[b], tum priuata, poſt ternã denunciationem, mariti animaduerſione[c] impunè coerceantur, & iudicibus etiã hîc negligentibus pœna immineat[d] (ad tit. de adulter.)

COLLATIO IX.

CXVIII.

De æqualitate agnatici & cognatici iuris[a]: ſeu Conſtitutio, quæ iura agnationis & cognationis tollit, hoc eſt, in ſucceſsionibus exæquat[b], & hæredum deſcendentium[c], aſcendentium[d], collateralium[e] ſucceſſiones ab inteſtato[f] deſcribit 1 (ad tit. de ſuis & leg. de legit. hæred. & unde legit. & cognati.)

1. De hæredibus ab inteſtato uenientib. & de agnatorum iure ſublato.

CXIX.

De donat. propter nuptias, ut ſpecialis ſit contractus, & de alijs capitulis[g]: ſeu ut donatio propter nuptias, ſeu ſpõſalitia largitas 2 ſpecialis ſit contractus, abſq; inſinuatione, quantum ad mulierem, non etiam uirum[h], robur habens, cuiuſcunq; tandem quantitatis[i] exiſtat: cum ſit donatio ob cauſam, & reciproca[k]: in quo genere inſinuationes aliàs requiſitæ[l] ceſſant[m] (ad tit. de don. ante nup. de pact. conuent. & de donationib. de donation. quæ ſub mod.) De alijs capitulis. Qui minor libertates teſtamento relinquere poſsit[n] (ad tit. de teſtamen. manu. §. ex eadem. Inſtit. quib. ex cauſ. ma. non lic. & de liber.) Quòd inſtrumentũ ſe ad aliud referens, non mereatur fidem[o], originali non producto[p] (ad tit. de fid. inſtrum.) Quòd tempus proſequendæ appellationis non currit per iudicem impeditis[q] (ad tit. de temp. appellat.) Quòd à ſententia præfecti prætorio non liceat appellare, ſed tantùm intra decem dies ſupplicare[r] (ad tit. de ſent. præfect. prætor. & quor. appellat. non recipiun.) Quòd minore petente reſtitutionem, ut hæreditate abſtinere poſsit, citandi ſint curatores[s] (ad tit. ſi min. ſe hęre. & de in integ. reſt.) Quòd habens titulum à malę fidei poſſeſſore, legitimo decennij aut uicennij tempore, prout iſtis annis abſens uel præſens eſt is contra quẽ pręſcribitur[t], poſsidendo uſucapiat contra dominum ſcientem, contra ignorãtem annis 30[u]: ſi non interea teſtato eum conueniat, atq; ita pręſcriptionem

2. Vt ſponſalitia largitas ſpecialis ſit cõtractus, & de diuerſis capitulis.

K 2

a cap. quia uerò plurim. u. 8. cum multis ſeq. b cap. penult. h. tit. c cap. ult. h. t. d d. cap. pen.

a Cuiac. b cap. ex his autẽ. pe. h. t. c cap. 1. h. t. d cap. ſi igitur. 2. e cap. ſi igitur. cum ſeq. f in prin. h. t. g Cuiac. h uide diſt. §. illud. infr. ut frat. fil. i in prin. h. t. k t. hoc tit. ut ſponſa. larg. et C. de pac. conuent. l. ſi extraneus. 6. l. ſi donaturus. 9. de condic. cau. dat. l. ul. de cõdic. ſine cauſ. l l. pen. l. ult. C. de dona. m Bar. & Dd. l. Aquilius. de don. latè Tiraq. l. ſi unquam. uerb. donatiõe largitus. num. 120. cũ mul. ſeq. C. de reuoc. don. n c & hoc quoq; 2. h. t. o c. et hoc. 3. h. t. p Auth. ſi quis in aliquo, C. de eaden. q c. hoc quoq; 4. h. t. r cap. aliud. 5. s c. ad hæc. 6. h. t. t cap. de præſcriptione. 8. u cap. rurſus. 7. hoc tit.

nem interrumpat [a] (ad tit. de long. temp. præſcript. & de præſcrip. 30. uel 40. ann.) Quòd ualeat teſtamentum, ſiue per teſtatorem, ſiue per alium, nomen hæredis conſignetur [b] (ad l. hac conſultiſsima. & t. tit. C. de teſt.) Quòd contra ſuperioré Nouellam [c] liceat Principi ab Eccleſijs per commutationem quæſita in alium tráſferre [d] (ad tit. de ſacroſ. Eccleſ.) Ne Falcidia locum habeat in rebus alienari à teſtatore prohibitis [e] (ad l. Falcidiam.)

CXX.

De Eccleſiaſticis contractibus [f], ſeu de alienatione & emphyteuſi, & locatione, & hypothecis, & alijs diuerſis contractibus rerum Eccleſiaſticarum; (ad tit. de ſacroſ. Eccle. de iur. emphy. de locat. de pignorib. de rer. permuta. & extrà de reb. Eccle. non alienan.)

CXXI.

De uſuris [g]: ut particulares uſurarum ſolutiones in duplum ſortis computentur, ſupra quod nihil exigi amplius poteſt [h] (ad tit. de uſur. & de ſolut.)

CXXII.

De diſpoſitione artificum [i], edictum de formula artificum, ut omnes artifices & mercenarij ſecundum auctionis formulá, operas locent, mercatores uerò merces uendant (ad tit. de oper. liber. de nund. & merca. de commer. & mercat. de loca.)

CXXIII.

De Epiſcopis & clericis [k], ſeu de Eccleſiaſticis diuerſis capitulis: nempe de ſanctiſsimis Epiſcopis 15, qui & quales eligi [l], quomodo accuſari [m], quid pro cathedratico dare, quomodo ſua Eccleſiæ offerre [n] debeant, & ut electus à ſeruili & adſcriptitia fortuna liberetur [o] (ad titul. de Epiſc. & cleric. de his qui ſine manu. ad lib. & extrà de elect. cum multis ſequen. de uſu & auth. pal. &c.) Vt tutela & alijs ſecularibus negocijs extra certos caſus abſtineant [p] (ad tit de Epiſco. qui dare tuto. de excuſ. tutor. de uacat. mun. pub. de excuſ. mun. & ex. ne cler. ſecul. neg. ſe immiſ.) Ne dicendi teſtimonij cauſa euocentur [q] (ad tit. de Epiſc.

a d. c. rurſus.
b cap. quia ue-rò. 9.
c ut de cæterò commutationes, &c. Nouel. 55.
d cap. pen. h. t.
e cap. ul. h. tit.
f Cuiac.
g Cuiac.
h l. Titius. 44. cum ſeq. de act. empt. l. unic. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt. ubi poſt alios Molin.
i Cuiac.
k Cuiac.
l cap. 1.
m cap. 2.
n cap. 3.
o cap. 4.
p cap. 5. 6. 7.
q cap. 7. nulli.

3. De alienatione, & emphyteuſi, & locatiõe, & hypothecis, & alijs diuerſis contractib. in uniuerſis locis rerũ ſacrarum.

Quæ ſequũtur in hac nona collatione authenticę cõſtitutiones, uariè ſũt tráſpoſitę, quas hoc ordine inuenies ad numerũ No. indicatas.

4 Vt iudices nõ expectent ſacras iuſsiones. Nou. 125.

5. Vt litigantes iurenr in exordio litis. No. 124.

6. De Eccleſiaſticis titul. & priuileg. No. 131.

7. Vt fratrum filij ſuccedant pariter. No. 127. 8. De reſtitut. fideicom. No. 159. 9. Vt nulli liceat habere loci ſeruatorem ſeu locum, ut uocant, tenentem. No. 134. 10. Vt differentes iudices audire interpellantium allegationes cogãtur ab Epiſcopis. No. 86. 11. De uſuris nauticis. Nou. 130. in uulg. in Cuia. 106. ſicut & Auguſt. emen. li. 2. cap. 9. 12. De interd. colleg. hæretic. No. 132. 13. De raptis mulierib. quæ raptorib. nubunt. No. 143. 14. De collatorib. & alijs capitulis. No. 128. 15. De ſanctiſs. Epiſc. & Deo amabilibus & reuerendiſsimis clericis & monachis.

de Epiſc. & cleric. de teſtib.) Ne propter quamlibet cauſam Epiſcopus ad ſecularem iudicem trahatur [a] (ad tit.de Epiſ.audien.de iudic. ubi Senat.uel clariſs.de iuriſdict. & de for. compet.) Ne proprias Eccleſias relinquant [b] (de ſacroſ. Eccleſ.de Epiſ.& cleric.& ext.de cler. nõ reſid.) Vt Archiepiſcopi & Patriarchæ ſæpius in annis ſingulis concilia & ſynodos celebrent [c] (ad tit. de Epiſc. & cleric. de Epiſc. audien.) Ne quis ante cauſæ exitum excommunicetur [d], cum ab executione & pœna [e] non ſit incipiendũ [f] (ad tit. de Epiſc.audien.& ext.de ſentent.excom.) Vt Epiſcopus apud metropolitanũ & non alibi, niſi ubi deliquerit [g], non tamen legationis tẽpore [h], conueniatur: nec conuentus ſatiſdare pro lite cogatur: ut corá Epiſcopo œconomi [i], & his ſimiles apocriſarij [k], clerici [l], forum ſortiantur (ad tit.de Epiſ.aud.& de iuriſd.) Quales eſſe debeát [m], & qua ætate [n] (nempe presbyteri 35. diaconi, &c. 25. annorum, lectores 18. diaconiſſa 40. annorum) qui in clericos eligantur. Et an curiales [o], ſerui [p], eligi poſsint. Quomodo à patrono Eccleſiæ præſentari [q], gratis ordinari [r] debeant. De uxoribus [s], immunitate [t], foro competente [u], ſportulis [x], procuratoribus [y], bonis [z], de quibus diſponere poſſunt, iniurijs [a], pœnis [b], litanijs [c] clericorum. De diaconiſsis [d], œconomis [e], apocriſijs [f], monachis [g] (ad tit. de Epiſcop. & cleric. & de Epiſc. aud. & excuſ. mu. & ext. de æta.& qual.de elect. cum ſeq. de pec. cler. de for. compet. ne cler.ſecul.neg.& paſsim lib.1.ac.4.)

CXXIIII.

5. Vt litigantes iurent in exordio litis, quia neq; promiſerunt dare iudicibus, neq; dabunt: & de ſportulis: & ut quæ iubentur referendarij compleant, & non miſceant ſemetipſos cauſæ, & per ſe exequantur.

De litigatoribus 5: ut iurent in exordio litis, quia neq; promiſerunt dare iudicibus, neq; dabunt (ad tit. qui legit. perſon. & de ſatiſdat. de iureiu. propter calum.) de ſportulis, ne indebitè uel ſupra modum exigantur, ne'ue de his pacta fiant: & ut quæ iubentur referendarij ſeu executores, compleant: neq; ſe cauſæ immiſceant: & per ſe, nõ per ſubſtitutum exequantur (ad tit. de ſport. & executo.)

CXXV.

4. Vt iudices non expectent ſacras iuſſiones, ſed quæ uidentur eis, decernant.

De iudicibus 4: ne ad declinandam inuidiam (nam ubi dignus uindice nodus inciderit, relatio permittitur [h]) cau-

a cap.8.neq;.
b cap.9.interdicimus.
c cap.10.ut autem.
d cap.11.omnibus.
e l.1.C.de execut.rei iudica.
f cap.ſi quis.22.
g cap.ſi quis.24.
h cap.ſi uerò.26.
i cap.œconomos.23.
k cap.reuerendiß.25.
b.t.§.& illud.11.ſuprà Nou.6.
l cap.ſi quis contra.21.
m cap.clericos.12.
n cap.presbyteri.13.
o cap.ſed neq;.15.
p cap.ſi ſeruus.17.
q cap.ſi quis.8.
r c.ſed neq;.16.
s c.ſi autem.14.c.presbyteris.19.

t c.Deo.5.c.alium.6. u c.ſi quis.21. x c.ſportularum.28. y c.ſi quando.19. z d.c.ſi quando.c.presbyteris.19. a c.ſi quis.31. b c.reuerendiß.20. c c.omnibus.32. d cap.diaconiſſam.30. e c.œconomos.23. f c.reuerendiß.25. g c.iubemus.34.cũ multis ſeq.quæ tranſcripta ſunt ex Nouell.8.5̄. h cap.ult.5̄.de iudicib.ut nullatenus cum iureiur.eligan.Nou.113.115.quæ tamen per hanc corrigi uult hîc Cuiac.

ſas cognitas ad Principem referát,ſed ipſi ſuo Marte decidant (ad tit. de iudicib.& de relat.)

CXXVI.

De appellationibus [a], ſeu proponens ſacram de appellationum ordine & progreſſu formá (ad tit.de appellat.)

CXXVII.

De ſucceſsione filiorum fratris, & de inſinuatione donationum propter nuptias: ſeu ut fratrum filij ſuccedant pariter ad imitationem fratrum 7, aſcendentibus etiá extantibus,quib. cum ipſi uelut defuncti fratres,hoc eſt, eorum parentes iure repræſentationis ſuccedunt (ad tit. de legit.hæred.& Inſtit.de hære. quæ ab inteſt.) Et ut mulieres non inſinuata antenuptiali donatione nó lædantur [b]: nó inſinuans auté uir, uel ſi competat nuptiale lucrum,eo non fruatur [c] (ad tit de pac.côuent. & de don.ant.nupt.& de don.) Et rurſus ut mulieres nó ſecundò nubentes, dominæ ſint partis ſponſalitiæ largitatis, quantum pars facit unius filij [d] (ad tit.de ſecúd.nupt.de don. ante nupt. unde uir & uxor.) Et ut ſimiles ſint pœnæ utriuſq; ſexus, dum ſine rationabili cauſa repudiũ mittitur (ad tit.de repud.)

7. Vt fratrum filij ſuccedant pariter ad imitationem fratrum, etiá aſcendentibus extantibus. Et ut mulieres non inſinuata antenuptiali donatione non lædantur. Non inſinuans autem uir, uel ſi competat nuptiale lucrum, eo non fruatur. Et rurſus ut mulieres non ſecundò nubentes, dominæ ſint partis ſponſalitiæ largitatis, quá- tum pars facit unius filij. Et ut ſimiles ſint pœnę utriuſq; ſexus, dum ſine cauſa rationabili repudium mittitur.

CXXVIII.

De exactoribus publicorum tributorum: ſeu de publicis tributis expediendis [e] & ſoluendis 14 (ad titul.ſi prop. pub.penſ.ſine cenſu uel rel.de uectigal.& com.) deq; alijs capitulis: ut de denunciationibus [f],exactoribus [g], executoribus [h] collationum [i] (ad tit.de exact. tribut.cum ſimil.) ut debitor debitoris tributarij in ſubſidium exigi poſsit [k] (ad tit.de cap.pign. trib. cauſ. cum ſeq.) ut appellare à ſuperindicto liceat [l] (ad tit. quor. appell. de ſuperiudic.) ut exactores iuſtis ponderib. & méſuris utantur [m] (ad tit. de exac.trib.cum ſeq.de falſ.de crim.ſtellio.) ne abſq; mandato Principis & conſcientia præſidis exigant [n]: ut quotannis Epiſcopo & quinq; primatibus rationé reddant [o] (eo. & de ratioc.oper.publico. ubi de ratioci.) ut loci ſeruatores nó conſtituantur,niſi impedito prouinciá ingredi, aut auocato per Principé præſide [p] (ad tit. qui pro ſua iuriſd. de off.eius qui uic. de peda. iudic.) ut præſides iudicesq;, tam militares quàm ciuiles peragrét prouincias ex officio per ſe, nó deſtinatis ad hoc prouincialium cum ſumptu & onere,latronum inſecutoribus, quos latrunculatores uocant [q],aut uiolentiarũ inhibitorib. aut tribunis: delicta inquirant & puniát [r] (ad tit.de off.rec.de accuſa. de pœnis.) ut pœ-

14. De collatoribus, & alijs capitulis.

a Cuiac.
b ſ.ut ſponſal. largit. Nou.119.
c cap. illud.7. h.t.
d uide ſ.No.2.
e cap.1. cum ſeq.h.t.
f cap.1.h.t.
g cap.3.
h cap.1.2.
i cap.1.
k cap.2.
l cap.1.in fin.
m cap.2.in fin.
n cap.2.
o cap.3.
p cap.4.
q l.ſolemus. 61.in fin. de iudic. & ſ. Nouel.8.
r cap.5.

ut pœnæ pecuniariȩ fiſco applicentur [a] (de pœn.de modo mulctarum, de iure fiſci, cum ſequen.) ut omnes iudices poſt depoſitum magiſtratum ad reddendam cuiq; geſtus rationem 50. dies in prouincia remaneant, nec abſq; iuſſione Principis recedant, aut læſo damnum quantum iurauerit, rependant [b] (ad tit.ut omnes iudices.)

CXXIX.

De Samaritis [c], &c. (ad tit. C.de hæret.)

CXXX.

De tranſitu militum (ad tit.de re milit.de eroga.mil.an. de commea.de trac.cum ſimil.lib 12.)

CXXXI.

De Eccleſiaſticis canonibus, & de fideicommiſsis, & de orphanotrophis: Cuia.ſeu de Eccleſiaſticis canonibus 6, & priuilegijs quæ ſacroſanctas Eccleſias reſpiciũt: ut legũ uicẽ obtineant, Eccleſiaſticæ regulæ quatuor Synodorũ, Nicænæ, Cõſtantinopolitanæ, Epheſinæ primæ, & Chalcedonẽſis [d] (ad tit.de ſum.Trin.& ext.de cõſtit.) ut Eccleſiȩ habeãt immunitatẽ ab omnib.munerib.refectione uiarũ excepta [e] (ad l.5.& t.t.de ſacr. Eccleſ.ext.de im. Eccleſ.) quòd cõtra Eccleſiã & pia loca, atq; ijs etiã relicta, tantùm quadragenaria currat præſcriptio [f] (ad tit.de ſac.Eccleſ.& de præſcrip.30. anno.) quòd oratoria (cuiuſmodi orationis domus, omnes Eccleſiæ eſſe debẽt [g]) orãte & benedicente Epiſcopo ædificari ac conſecrari, & cœpta oratoria ueluti publicũ opus [h] intra quinquenniũ, xenodochia intra annũ [i], exædificari debeãt, nec intermitti poſsint [k] (ad tit.de ſacroſ.Eccleſ.& ext.de Eccleſ.ȩdifican.) ne cultus & miniſterium diuinum in priuatis ædibus celebretur: aut ſi cõtrà factũ ſit, domus Eccleſiȩ applicetur [l] (ad tit.de ſum. Trinit.& ext.de celebrat.& de ſacrament.) Vt legatũ diuino nomini relictũ, debeatur Eccleſiæ, ubi teſtator domiciliũ habuit [m] (ad tit.de ſacroſ. Eccleſ. Auth.omnes. & t. tit. cõmun.de ſucceſs.) Vt executorib.teſtamento nominatis ceſſantibus, aut ijs nõ nominatis, Epiſcopi ultimarũ uolũtatum pia placita exequãtur [n] (ad tit.de Epiſc.& cler.& de Epiſc.audien.& de teſta.) Vt Falc.in relictis ad pias cauſas ceſſet [o] (ad l.Falc.& de ſacr.Eccle.) eadẽq; poſt ſex menſes ab inſinuatione teſtamẽti, cũ uſuris & fructib. ſoluantur [p] (ad tit. de uſur. & fruct. legat.) Ne Epiſcopi de bonis poſt ademptã dignitatẽ intuitu Eccleſiæ (quod præſumitur [q],

nisi

6. De Eccleſiaſticis titulis & priuilegijs, alijsq; capitulis.

a cap.ult,
b ut omnes iudices.
c de his cõſule hic Cuiac.
d cap.1.h.t.
e cap.ad hæc.2.h.t.l.ad refectionẽ.C.de ſacr.Eccl.
f cap.quod tẽporalibus.3.h.t.ſ.No.4.111.119.§.8.9.extrà de præſcript.
g Matt.21. Luc.19.Eſa.56.
h uide ff. de pollicita.
i cap.ſi quis ædificationẽ.
k cap.ſi quis.4.h.t.
l §.ſi quis in ſua domo.5.
m cap.ſi quis in nomine.8.
n cap.ſi quis autem.8.c.3.ex̄.de teſta.
o cap.ſi autem hæres.9.
p d.cap.9.
q Auth. licentiã. ubi Bal. nu.3.& 4. C.de Epiſc. et cler.quãquam addat ſecus eſſe in alio adminiſtratore, per l.ſi defunctus.C.arb.tut.c.1.ubi Dd.c.cũ in off.7.c.quia nos.9.c. relatũ.de teſt.

niſi à coniunctis relinquatur[a]) non perſonæ quæſitis teſtentur[b], quamuis inter uiuos ad pias cauſas expendere poſsint[c] (ad tit. de Epiſ. & cleric. qui teſtam. fac. poſs.) Ne hæretici & Iudæi ullo titulo bona Eccleſiæ accipiant, neu ea loca in quibus ſit Eccleſia, poſsideát[d] (ad tit. de ſacroſ. Eccleſ. & de hæret. de Iudæis, &c.) Orphanotrophi ut ad ſimilitudinẽ tutorum & curatorũ inuentarium ſub geſtis monumentorum conficiant[e], res orphanotrophias accipiant, cuſtodiãt, & cum opus eſt, debita ſolennitate[f] alienent[g] (ad tit. de Epiſc. & cleric. de adminiſt. tut. &c.)

CXXXII.

De hæreticis[h]: ſeu de fide, & prohibitis priuatis cõuenticulis ac hæreſibus 12 (ad tit. de ſum. Trin. & de hæret.)

CXXXIII.

De uita monachorũ[i]: ſeu de monachis & aſceterijs, & eorum conuerſatione (ad tit. de Epiſc. & cleric. & ext. de regular. cum ſeq.)

CXXXIIII.

De præſidibus & de adulterijs & pœnis: Cuiac. ut alij, de uicarijs 9, ſeu locum tenentibus[k] (ad tit. de offic. eius qui uicem recto. prouincię gerit, & de peda. iudicib.) Item de uiris & mulieribus adulterium committentibus, eoq́ puniendis, & ſoluendis hac ex cauſa coniugijs, doteq́ retinenda uel amittenda[l] (ad tit. de adulte. de repud. de donat. ante nupt. ſolut. matrim. quemad. dos peta. & de alijs capitulis.) Vt magiſtratus diligẽter meretrices inquirant, & abſq́ tranſactionibus, quæ turpes hîc iure putantur, ſeuerè puniant[m], aut ipſi puniantur[n] (ad tit. de concub. de adult. de accuſat. de exhiben. reis, de pœnis, de tranſact. de pœna iudic. qui malè iudic.) Ne mulier ſubſcribendo mariti aut alterius[o] obligationi teneatur[p] (ad S.C. Velleia.) ne carceri includi poſsit[q] (ad tit. de cuſto. reor.) Ne filius pro patris debito pignoretur[r] (ad tit. ne filius ꝑ patr. quæ res pign. oblig. &c.) Quatenus reſcriptis & mandatis magiſtratus, eorumq́ ſucceſſores parére, uel cognitionẽ adhibere debeant[s] (ad tit. de diuerſ. reſcript. ſi contra ius uel utilit. public.) Vt exactoribus tributorum auxilio ſint, & cenſuum ſolutionẽ procurent[t] (ad tit. de exact. de cenſib. de offic. rect. prouinc.) appellationibus deferant[u] (ad tit. de appellat.) ex contractibus & actionibus priuatorũ, ne prætextu authoritatis interponẽdæ lucrum captent[x] (ad tit. de

12. De interdictis collegijs hæreticorum.

9. Vt nulli iudicum liceat habere loci ſeruatorem (locũ tenentem, & Gallico idiomate licutenantem nunc uocant.)

a c. requiſiuiſti. 15. de teſtam.
b d. Auth. licentiam. d. c. 1. 5. cũ ſeq.,
c cap. interdicimus. 10. uide ext. de teſtam.
d cap. penult.
e cap. ult. h. t.
f l. orphanotrophos. C. de epiſc.
g cap. ult. h. t.
h Cuiac.
i Cuiac.
k cap. 1. cum multis ſeq.
l cap. ſi quando. 7. cum ſeq.
m c. 1. 2. 3. cum ſeq. c. penult.
n c. 1. 2. cũ ſeq.
o ita Salic. & Dd. interpretantur. Auth. ſi qua. C. eo. ut euitetur ll. correctio: licet Cuia. ex hoc iure interceſſiones pro extraneis admittat. adde Vlp. tit. 1. in fine.
p cap. illud. 5.
q cap. neceſſariũ. 6. cũ ſeq.
r cap. quia. 4. s cap. & hoc uerò. 3. t cap. 1. u cap. 1. x cap. 1. §. ſed & hoc.

tit. de offic. rect. de ſport.) Vt in graſſatores, non fures pœna capitali animaduertatur [a]: ne bona damnatorum fiſco addicentur, ſi coniunx, deſcendentes, uel aſcendentes ſuperſint [b] (ad tit. de bon. damnato. de iure fiſci.)

CXXXV.

Ne q̃s cogatur cedere bonis [c]: ſeu, ne q̃s, qui nõ ſua, ſed fortunæ culpa decoxit ignominioſè, cũ quadam ſaltẽ facti infamia, cogatur bonis cedere, ſed ſatis ſit iuſiurandũ dari, nihil amplius in bonis eſſe, & actiões iuraq́; omnia creditorib. uelut ex ceſsione cõpetere (ad tit. q̃ bon. ced. poſs.)

CXXXVI.

De argentariorum contractibus [d] (ad tit. de æden. l. 4. 6. l. argentarius. 10. ff. eo.)

CXXXVII.

De Epiſcopis & clericis (eod.)

CXXXVIII.

Ne uſurę excedãt duplũ [e]: ſeu de interpretatione legũ à Principe facta, ut uim legis habeat (ad tit. de legib.) Et ut uſuræ particulatim ſolutæ duplũ ſortis nõ excedãt (ad tit. de uſur. l. unic. C. de ſent. quæ pro eo quod inter. profer.)

CXXXIX.

Indulgentia inceſtarum nuptiarum [f]: ſeu remiſsio pœnæ (quæ eſt confiſcatio quartæ partis bonorum [g]) illicitè cõtractarum nuptiarum quibuſdã facta, ob ſuſceptos liberos, matrimonijq́; diuturnitatẽ: quę temporis diuturnitas pœnas antiqui delicti aut tollere [h], aut mitigare [i] ſolet (ad tit. de interd. matr. de inceſt. nupt. de pœn.) Et ne in exemplum trahatur (ad l. 1. ff. de conſtitut. l. 2. ult. C. de legib.)

CXL.

Vt cõſenſu ſoluatur matrimonium [k] (ad tit. de repud.)

CXLI.

De ſtupro [l], ſeu de his qui luxuriantur contra naturam, ut Eccleſiæ peccatum confitentes pœnitentiam agant, aut pœnis legitimis, hoc eſt capitalibus [m], abſq́; ſpe ueniæ puniantur (ad tit. de adulter. & ext. de pœniten. & remiſs.)

CXLII.

De his qui eunuchos faciunt: ut mares idem patiantur quod alijs fecerunt, hoc eſt, caſtrentur: mulieres uerò ſupplicio afficiantur, bonis utrorumq́; publicatis [n] (ad tit. de eunuch. & ad l. Cornel. de ſicar. de bon. damnato.)

CXLIII.

13. De raptis mulieribus, quæ raptorib. nubunt.

De raptu mulieris [o], ſeu de muliere raptum paſſa 13, ut raptor

L

a cap. pen.

b cap. ult.

c Cuiac.

d Huc refer edictum 7. formã prag. de argentariorum contractibus: et edict. 9. de argent. contract. & c. uide hîc Cuiac.

e Cuiac.

f Cuiac.

g Nouel. 12.

h l. querela. C. de fal. l. 5. C. de adult.

i l. ſi diuturno. 25. ubi Dd. de pœn. Tiraqu. eod. trac. cauſ. 29.

k Nou. Iuſtini contra Iuſtinia. 117.

l Cuiac.

m ſ. ut non luxur. No. 77.

n corrigitur No. Leo. 60.

o Cuiac.

raptor cum auxiliatoribus ſupplicium patiatur, bonis eius raptæ adiudicatis: niſi hæc illi nubendo (qua ratione pœnam capitis euadi[a] apparet) indignam ſe beneficio legis fecerit, cum nefarios certis pœnis corrigi, non pręmijs honorari cõueniat[b] (ad tit. de rapt. uirgin. de interd. matrim. de inceſt. & nefa. nupt.)

a ut hic. alioqui fruſtra de nuptijs quereretur. uide Tiraq. de pœnis, cauſ. 56.

b cap. penult. h.t.

CXLIIII.

De Samaritis[c], ſeu Samaritanis: & ne habeát Chriſtianũ mancipiũ (ad tit. de hæret.) & ne Chriſtianũ mancipiũ hæreticus uel paganus habeat (ad tit. ne Chriſtia. mácip.)

c Cuiac.

CXLV.

De duce uis arcendæ[d]: ut nullam decæterò licentiam habeat dux ſeu biocoliſta, hoc eſt coercendis latronũ uiolentijs & graſſatoribus, neceſsitate exigéte, prouincijs impoſitus ad utramq; Phrygiam, poſtquam pacatę, & à latronibus liberatæ ſint, accedendi, aut aliquos ipſis cõiunctos eò dirigendi: ut quoſdam ſæpe innocẽtes prætextu magiſtratus & inquiſitionis comprehendant. Sed neq; earum prouinciarum incolæ ad eos, qui tales magiſtratus in Lycaonia, item in Lydia, ut quæ eſſent infeſtiores, gerunt, decurrant, apudq; ipſos aliquam querelam inſtituant: cum ciuiles iudices, puta præſides, abundè ſufficiãt ad eiuſmodi emergentes caſus, quibus uiolẽtia abſit, perſequendos (ad tit. de offic. militar. de offic. ciuil. iudic. de offic. recto. prouinc. de iuriſd. om. iudic.)

d Cuiac.

CXLVI.

Vt Hebræi legãt ſcripturas Hebraicè[e]: ſeu de Hebræis, quomodo oporteat eos ſcripturas legere (ad tit. de Iudæ.)

e Cuiac.

CXLVII.

De indulgentia reliquorum tributorum[f]: ſeu ut ea quę præfectis, aut largitionibus, aut rebus Cęſaris, ſcilicet priuatis, in quacunq; ſpecie, auro, argento, frumento, &c. debentur, in reliquis, hoc eſt reſiduis, ſeu (ut nunc loquuntur) reſtis uſq; ad præteritam ſeptimam indictionẽ, & quo ad ipſam quoq; indulgeantur, hoc eſt remittantur: quod genus liberalitatis & munificentiæ nũc rarius eſt, poſtquã in mores abijt nõ dare ſubditis, nec remittere, ſed auferre, neq; tondere tantùm pecus, uerùm & deglubere (ad tit. de collat. prędio. releua. lib. 10. & de donat. de immu. nemini conceden. lib. 10. qui titulus nunc magis practicatur.)

f Cuiac.

CXLVIII.

De reliquis[g] alijs, de indulgentia tributariorũ reliquorum

g Cuiac.

rum (eodem, & ad tit. de immun. nem. conceden. de anno. & trib. de exact. collat. de conuenien. fiſci debi. lib. 10.)

CXLIX.

De præſidibus (ad tit. de off. recto. pro.)

CL.

De ea quæ raptori ſuo nubit (ad tit. de rapt. uirgin. de inceſt. & inutil. nupt.)

CLI.

Ne decurio uel cohortalis in iudicium uocetur ſine iuſſione Principis inſinuata præfecto prætorio [a]: ſeu ne decurio aut cohortalis perducatur in ius, ſiſtatur'ue iudicio citra iuſsioné Principis, quæ inſinuetur præfectis (ad tit. de in ius uocã. & ubi decur. uel cohort. & de decurionib.) a Cuiac.

CLII.

Ne ſacræ iuſsiones de publicis cauſis ualeant ſine approbatione præfectorum prætorio [b]: ſeu ne ſacræ formæ, quæ de cauſis pendét publicis, aliter robur accipiát, quàm glorioſiſs. prætoriorum præfectis inſinuatæ ſint uel fuerint, atq; illic habeantur ratæ (ad tit. de mand. Princip. de diuerſ. reſcript. de offic. præfec. prætor.) b Cuiac.

CLIII.

De infantibus expoſitis: ut qui exponũt, legitimis pœnis, hoc eſt extremis, ut hic habet text. [c] ut uero Accurſ. interpretatur [d], extraordinarijs ſubijciantur: expoſiti autem poſtmodum in ſeruitutem repeti à nemine queant [e], ſed plena libertate fruantur, etiáſi ſeruitutis conditio demonſtrari poſsit (ad tit. de infantib. expoſ. & ff. qui ſine manumiſs. ad liberta. perue.)

c cap. 1. uerb. extremis pœnis ſubijcerentur.

d l. 2. uerb. animaduerſio. C. eod. per l. nec filiũ. C. de pat. poteſ. l. 1. §. pœna. de liber. agnoſc.

e contra l. 1. 2. C. eod.

CLIIII.

De his qui in Oſroena inceſtas nuptias contrahunt [f], ſeu de his qui in Meſopotamia & Oſdrœna illicitas contrahunt nuptias, ut decætero ab eiuſmodi abſtineant, aut pœnas tam in corporibus quàm bonis cuiuſcunq; ſint dignitatis, ętatis, uel etiam ſacerdotij [g] (nam & ijs inibi coniugia fuêre libera) patiantur (ad tit. de inceſt. nupt. de interd. matr. ext. de coniug. con.)

f Cuiac.

g §. poſt noſtram.

CLV.

Ne matres tutelæ rationibus obnoxiæ ſint [h]: ſeu ut matres etiam tutelæ rationibus obnoxiæ ſint (ad tit. quand. mul. tutel. off. & arb. tutelæ. & de ratiocin.) h Cuiac. quem uide.

CLVI.

De ſobole cũ colonis partienda [i]: ſeu de prole partiẽda i Cuiac.

 inter

inter ruſticos, qui ſe cum aſſcriptitijs coniunxerunt, ut dimidia pars patrem, altera uero, item ſi una tantùm ſit proles, aut quod in matrimonio inæquali redundat, uentrem, ut qui plus laborauerit, eiuſq; dominium ſequatur (ad tit. de nup. de alen. lib. de patr. qui fil. diſtr. de agric. & cenſ. de iur. libero. ff. de ſtat. hom.)

CLVII.

De colonis, qui in alienis prædijs nuptias contrahunt in Meſopotamia & Oſroena [a]: ſeu de ruſticis qui in alienis prædijs nuptias contrahunt, ne contractas eorum domini diſſoluere, liberoſq; parētibus, aut hos illis adimere poſſint (ad tit. de nupt. interd. matr. de repud. de agric. & cenſ. de libe. exhiben. de pat. poteſt. cum ſeq.)

CLVIII.

Vt ius deliberandi etiam impuberes tranſmittant [b], ſeu ut deliberandi ius etiã ad impuberes trãſmittatur (ad tit. de iure deliber.)

CLIX.

De ſubſtitutione facta in familiam morientis, uſq; ad quotum gradũ ualeat [c]: hoc eſt, ut reſtitutiones fideicommiſsi 8 uſq; ad unũ gradum cõſiſtant: neq; filijs, ſi ſine libe- 8. De reſtitutione fideicommiſsi.
ris decedãt, alienare uetitis (u. de legitima excipitur [d], in qua pupillariter filio ſubſtitui poteſt, quia puiſio eſt [e] per fideicommiſſum, quandocunq; uel ſi ſine liberis, quę ſemper fideicommiſſaria [f] habetur, nõ item 8 ad alios eorum ſucceſſores, prohibitio extẽdatur, ſed primo filiorum gradu coerceatur (ad tit. de fideicom. l. ult. cũ ſequent. Auth. res quæ. C. commun. de legat. & fideicom.)

CLX.

De pecunijs & uſuris ciuitatum [h], ſeu exemplum ſacræ pragmaticæ formæ de uſuris, qua conſtitutione de nihil exigendo ſupra duplum ſortis [i], ad reditus & operas, ciuitatibus pro pecunia mutuo data, quotannis debitas, non pertinere, & alium redituum annuorum quàm uſurarum eſſe rationem [k], declaratur (ad tit. de uſur.)

CLXI.

De præſidibus [l]: ſeu de prouinciarũ præſidibus (ad tit. de offic. rect. prouinc.)

CLXII.

De donationibus ſacra forma, & de aſcriptitijs [m]: ſacra forma trãſmiſſa dominico glorioſiſs. prætoriorũ Illyricianorũ præfecto, de diuerſis capitulis, de donatione cõiugi facta, ut ſiquidẽ inſinuationũ, aliæq; neceſſarię ſolẽnitates adſint,

a *Cuiac.*
b *Cuiac.*
c *Cuiac.*
d *Iaſ. nu. 4. & Dd. Auth. res quæ. C. com. de lega. per l. quoniam. C. de inoff. teſtam.*
e *l. ex tribus. 26. C. de inoff. teſta.*
f *Bal. d. l. ex tribus. nu. 4.*
g *Bal. Iaſ. & Dd. d. l. ex tribus.*
h *Cuiac.*
i *l. Titia: in fin. de act. empt. l. unic. C. de ſen. quæ pro eo quod intereſt.*
k *l. iubemus. 14. C. de ſac. Eccleſ. Cle. 1. de empt.*
l *Cuiac.*
m *Cuiac.*

adſint, morte confirmetur, etiamſi traditio facta non ſit [a]: neq; tantùm ad excipiendũ, ſed ex ſtipulatu ualeat ad exigẽdum (ad l. donationes. 25. & t. t. de don. int. uir. & uxo. l. pen. & t. t. de donat.) De natis ex libera & adſcriptitio, ut quáuis ingenuitatem matris ſequãtur coloni, tamen & agrorum incolæ ac cultores maneant. Item de natis ex adſcriptitio & adſcriptitia diuerſorum dominorũ inter hos diuidendis, ſic ut in unitate, & eo quod in diſpari numero abũdat, prerogatiuã habeat dñs uẽtris ſiue matris: maiore ſtudio proſequenda, quæ partus doloribus diſtenta fuit, quæ peperit, quæ nutrijt, quàm is qui ſuccifiuam tantummodo libidini operam accommodans, filij generationem procurauit (ad tit. de agric. & cenſit. de ſtat. hom. de his qui ſunt ſui uel alien. iur. commu. diuidun.)

c contra l. Papinianus. de don. int. uir. & ux. gloſſ. Salicc. in l. 1. C. de donat.

CLXIII.

De releuatione futurorum [b], ſeu de releuatione tributorum publicorum (ad tit. de exact. tribut. de collat. prædio. de immun. nem. conced.)

b Cuiac,

CLXIIII.

De hæredibus [c], ut ſecundum ordinẽ legibus preſtitutum, tã ex teſtamẽto q̃ ab inteſtato ſuccedãt: neq; is ordo perturbetur à potẽtioribus, alijs'ue qui mobilibus rebus ſignacula, immobilibus titulos imponunt, ut hac ratione ipſis aliorũ accreſcat ſucceſsio, inq; ea decẽtem aliquẽ ordinẽ atq; locũ occupẽt (ad tit. ut nemo priua. tit. ut nemini lic. ſine iudic. auth. ſigna reb. imponere quas alius detinet. de ſucceſſorio ordine. commu. de ſucceſs. quor. bonor.)

c hactenus Cuiac.

CLXV.

Generalis forma de proſpectu maris [d], ſeu in mare, qui intra cẽtum pedes eſſe ſolet, non ſolùm per directum, ſed etiã tranſuerſum [e], ne nouo opere impediatur (ad tit. de oper. nou. nun. de oper. pub. de ædif. priua. de ſeruitutib.)

d hactenus Cuiac.

e Nou. 63. ubi uide Cuiac. & obſer. 6. cap. 10.

CLXVI.

De prediorũ ſteriliũ ad fertiles impoſitione [f] (ad tit. de iur. emph. de cẽſib. de anno. & trib. & ad ius accreſcendi.)

f uide Cuiac. de hac & ſe quẽtib. quis primus in lucem dedit.

CLXVII.

Generalis forma de miſsione in poſſeſsionem (ad tit. de bon. auth. iud. poſsid.)

CLXVIII.

Forma preſecti pretorio, de his qui eidem domino ſubiecta prædia poſsident: ut defecta deſertáue alijs accreſcant (ad tit. de cenſib. & ad ius accreſc.)

OECONOMIA CONSVETVDINVM FEVDALIVM.

a No.21.de Armenijs. lib.1. tit.1. §.2. tit.3. & paſſim c.1. de matr. ad morg. cõtrac.
b uide Lehenrecht, Sax. & Spec. Saxo. paſſim.
c c.unic. de fil. nat. ex mat. ad morg. cõtrac.
d d. cap. unic.
e §. ul. de alie. feud. pat. c.1. de l. Corra.
f c.1. qui teſt. ſint neceſ. c.1. de feu. fœ.
g uid. proœm. Digeſt.
h ca. de cõſuet. rect. feud. in uer. quod nuper rex Frider. Othofr. ſing. 2. de rebus Freder. cap.12.
i Bartol. l. de quib. nu. 21. ff. de legib. Iaſ. l.1. nu.12. C. de iur. emphyt.

FEVDORVM *conſuetudines apud alias gentes, præſertim bellicoſiores, aliæ fuerunt* [a]. *Nam harum ius omne, uelut olim Spartanum, tantùm ad diſciplinam remq́; militarem eſt aptatum. Vt ergo uſum militiæ, ſic & huius iuris uarium paſſim extitiſſe conſentaneum eſt. Quibus uerò huius generis moribus in iure Romano locus datus eſt, eos credibile eſt poſt Iuſtiniani ætatem, præcipitante iam & expoſito barbararum prædæ gentium Imperio Rom. à Longobardis domo, hoc eſt, ex media Saxonia* [b], *in Italiam translatos eſſe: ubi condito Inſubriæ regno ita coaluerũt, et egère radices, ut quamuis exciſo euerſoq́; ſubinde opibus Caroli Magni illorum dominatu, extirpari tamen non potuerint, ſed ipſos potius uictores, quod res apta militiæ uideretur, in leges & iura pertraxerint ſua* [c]. *Cæterùm quia in illis imperiorum mutationibus ac ruinis, & fatalibus generis humani pœnis (cuiuſmodi haud ſcio an iam non grauiores inſtent) uariè paulatim habebantur, ex ſtatutis* [d], *moribus* [e], *interpretationibus prudentum* [f]: *unde iuriſdictionum & poſſeſſionum perturbationem ſequi neceſſe fuit* [g]. *His de cauſis Gerardus Niger & Obertus de Orto, Coſſ. Mediolani, quæ regni Longobardici & ea re iuris feudalis Metropolis fuerat, circiter tempora Friderici primi Barbaroſſæ* [h], *eas conſuetudines in literas & conſonantiam aliquam redigere ſunt aggreſſi: quorum opera fidem deinceps & approbationem in iuriſdictionibus meruit: prout uſitatum eſt in foro, peritis de conſuetudine atteſtantibus, fidem adhiberi* [i], *& Cæſaribus quoque ipſis probata, eorumq́; conſtitutionibus adaucta* [k], *procedente tempore extra Inſubriam*

uſu

k Odofr. in Authent. caſſa. C. de ſacroſan. Eccl. Bald. Alua. in proœm. feud. uid. j. lib.5.

uſu ſerpens, quòd res pace belloq; utilis uideretur, pro communi quodam feudorum iure ſcripto, atq; adeo ex quo ab immemoriali uſurpatione conſtitutionis uim induit [a], in parte quadam iuris Cæſarei, haberi denique cœpit: non modò in Italia, ut Romania [b], Neapoli [c], &c. ſed in regionibus, quas ipſi uocant ultramontanas, Germania [d], Gallia [e], Burgundia [f], &c. ut iam ſecundum pacta & conuentiones inueſtiturarum, quæ primo loco uelut lex contractus [g] attendenda ſunt [h], ſtatutaq; locorum ſingularia, quibus altera authoritas defertur [i]: ex hoc uelut communi feudorum iure, controuerſiæ feudales (non etiam reliquæ [k]) tam in Eccleſiaſtico [l], quàm ciuili [m] foro, definiantur. Cæterùm huius operis architecti, rerum magis forenſium quàm artium ſcholaſticarum periti, confuſè profectò, & abſque ullo notabili ordine, rhapſodias haſce ſuas in uolumina retulerunt: quæ in illa ſuperioris memoriæ barbarie, inconditis rurſum indigeſtiſq; commentationum molibus, onerata potius quàm ornata, maiorem indies deformitatem ſpeciemq; horridam & diſtortam induere cœperunt: cum per ſe tamen antea non admodum eſſent concinna neque coagmentata: donec noſtro hoc feliciore, quod ad hanc ſanè eruditionis laudem attinet, ſeculo, alij alia διαιρέσει hanc quoque iuris partem uagam contrahere, confuſam diſtinguere, indecentem aptare, ſqualentem uenuſtare ſunt ingreſſi. In quibus ſine controuerſia Coryphæus noſter eminet Cuiacius: qui ex duobus, aut ut alij partiebantur [n], tribus feudorum libris, quinque uolumina, multis quæ deſiderabantur adiectis, confecit: breuioreq;, ſed meliore interpretationis genere dilucidauit: ſeriem tamen & coagmentationem rerum, qualis antè fuit, ſuo quodam conſilio reliquit:

a l.2. §.ductus aquæ. de aqua quotid. c. præterea. 24. §. 1. de uerb.ſign.

b c.1. de conſue.rect.feu.

c uid. Matt. de Affl. de feu. & in cõſtit. reg.

d Kling. in princ. feud. Hẽnin. God. Schurf. in conſ. feud.

e Guid. Pap. deciſ. 180. Boer. de conſuetu. Bitur. §.3.gl.1.

f Chaſſ. in cõſuetu. Burg. in fi. rubr.

g l.1. §.ſi conuenerat. de depoſ. l.ult. C. de pac. conuen. l.contractus. de reg. iur.

h c.1. de ben. fra. cap.1. an marit. Bald. conſi.215. uolu.2. Curt. et alij in princ. feu. Zaſ. parte 12. nu. 41. Molin. de feud. in princ. num. 50.

i Molin. & Dd. præall. loc. uide Iaſ. in prælud. feud.

k Curt. in princ. tract. feud. quæſt.3. nu.4. uide Iaſ. in prælud. feu. in princip.

l l.cæterorum. ubi Dd. de iudic.

m tit.1. lib.2. de feud. cog. uide Alua. in princ. & tit. 1. qui feud. dar. poſſ. num.14. Zaſ. in prin. Iaſ. l. de quib. nu.26. de legib.

n uide Dd. tit.1. lib.3.

reliquit: quam enimuerò licet inamœnam deformemq́, nos quoque in hac titulorum coaceruatione neceſſe habuimus ſequi. qui enim aliter inſtituto ſatisfieri potuit? ſed ut amplius conſuleretur ſtudioſorum utilitati, rubricas æditionis uſitatæ, cum Cuiaciana ex aduerſo contulimus: ſimulq́; ad capita uſitatæ methodi compendio digitum intendimus, quo hiſce libris quæ ſparsè inordinateq́; cumulantur, ea ſtudioſi per hac diſtribuere, & ad commodiorem aptare ordinem, atque etiam utilitatem aliquam poſſint.

In tenui labor, at tenuis non uſus eorum eſt.

Capita autem eiuſmodi fermè ordine habentur.

Cap. 1. Definitio.

PRIMVM, definitio nominis & rei. Illud à fœdere, quaſi fœdum Iſidorus deducit [a]: noſtri [b] à fide fideum, ut arbitror, initio dictum, & transpoſitis per metatheſin literis feidum: ſeu, quod idem, mollius tamen ſonat, feudum: unde fideles [c] etiānum ac fidelitas [d], in hoc argumento paſsim occurrunt.

REI definitio ſumitur à beneficio [e], quod ex beneuolentia ita datur, ut proprietas rei immobilis beneficiatæ, penes dantem remaneat, uſusfructus uerò illius ita ad accipientem tranſeat, ut ad eum hæredesq́; ſuos, maſculos ſiue fœminas, ſi tamen de his nominatim actū ſit, tranſeat: ad hoc, ut ille & ſui hæredes fideliter domino ſeruiant: ſiue ſeruitium illud nominatim, quale eſſe debeat, expreſſum, ſiue indeterminatè ſit promiſſum [f]. Cuiacio [g] eſt ius prædio alieno in perpetuum utendi fruendi: quod pro beneficio dominus dat ea lege, ut qui accipit, ſibi fidem & militię munus, aliud'ue ſeruitium exhibeat.

Cap. 2. Propria, notę, differentię.

ALTERVM, differentiæ, notæ, & proprietates feudorum. Differentia ſpecifica, qua feudum à ſimilibus iuribus ſecernitur, eſt ea, quam nomen affert, fides ſeu fidelitas [h]: quę ideo pactione, ut quę cōtra ſubſtātiam rei ſit futura [i], remitti nequit [k]: quamuis ſacramentum [l], uel ſeruitium

a Cuiac. hic in princ.
b §. ultim. per quos fiat inueſt. lib. 2. tit. 4. Cuiac. de inueſ. uet. uel noui beneſ.
c lib. 1. tit. 17. 23. lib. 2. tit. 20. li. 4. t. 9.
d de forma fidelitatis, etc.
e §. ul. in quib. cauſ. feud. amit. lib. 3. tit. 1.
f d. §. ult. ubi de hac definitione plura Dd. & Cur. in prin. tract. quæſt. 6.
g in princ. de feudis, circa finem.
h d. §. ult. per quos fiat inueſt. & tit. 92. lib. 4.
i l. non precario. de precar. l. cum manu. 80. § ult. de contrahen. empt.
k d. §. ultim. per quos fiat inueſtit. facit tit. 75. lib. 4. conſtit. 2. lib. 5.
l §. eſt & alia. ubi Lauden. numero 6. quæ fuit prima cauſa. cap. 1. §. nulla. per quos fiat inueſtit. cap. 1. de cap. cur. Zaſ. parte 12. numero 34.

tium [a], miſſum fieri poſsit. Notæ ſunt [b], inueſtitura [c], ſacramentum [d], poſſeſsio feudalis [e] ſeruitiorum cumplurimùm incertorum [f], debitio & præſtatio. Propria, quòd reſpectu originis & cauſæ efficientis ſit beneficium [g]: etiamſi ob cauſam detur [h]. nam & ob cauſam donatio eſt donatio [i]: cum maneat nihilominus ultimus finis, qui eſt beneficentia: etiamſi aliæ huic cauſæ ſubordinentur [k]: item contractus [l] (quanquam impropriè [m]) unde fluit, & uim habet [n]: & quidem nominatus [o]: quantum ad formam uerò, quam ſubſtantiam uocant [p], eſt ius quoddam reale [q] ſeruitutis [r], à perſonali [s] contractus iure ſeparatũ [t]: ſimile perſonali ſeruituti uſusfructus [u]: quo ad perſonas, quibus & à quibus debetur, ac prędij unde debetur uſum. Quare illius exemplo [x] olim inde uſque à principio cum perſona extinguebatur [y], uelut quædam militia [z]: quanquam hodie ex pacto quod & uſusfructus admittit [a], aſsiduo [b], eoq́; in naturam conuerſo tranſeat in maſculos [c], & perpetuum ſit [d]: ſimile etiam realibus prędiorum ſeruitutibus [e]: quoniá onus prędij eſt [f]: eoq́; illarum exemplo [g], ſtricti iuris, odioſęq́; naturę eſt [h]: quáuis, uelut cæteri ſtri-

M cti iuris

a li. 4. tit. 104. Matth. de Affl. in §. ſed nec eſt alia. nu. 29. quæ fuit prima cauſ. benef. amit.

b uide de not. feud.

c c. 1. quib. modis feud. conſtit.

d c. 1. de conſ. rect. feud. Zaſ. part. 12. num. 38. c. 1. quid præc. deb. cũ ſeq.

e c. 1. quid ſit inueſtit. §. ſi quis per 30. annos. ſi de feud. def. cont.

ſor iuret, aut eo detrectante dominus: uel ſi hic quoque idem reformidet, feudum eſſe permittat, & de eo inueſtiat (ad cauſ. eff. ad præſcriptionem & probat. feud.)

OBERTI DE ORTO

DE FEVDIS

LIBER SECVNDVS.

I.

Lib. 2. 1. De feudi cog.

DE FEVDIS, ſiue eorum conſuetudine Mediolanenſi 1, ut hæc iuri Rom. præponderet: ubi deeſt, ius Rom. ſequi liceat. Etſi legum enim Romanarum non uilis eſt authoritas, tamen nequaquam eò uim ſuam extendunt, ut uſum uincát, aut mores inueteratos [a], qui cum ratione [b], hoc eſt, iure naturali [c] pugnát [d]: cuiuſmodi ſunt cõſuetudines feudales, quę legem conſequuntur & abolent [e]. nam præcedentem niſi lex confirmet [f], ſi contraria ſit, abrogat [g]: ut ſemper ius nouiſsimum (conſuetudo autem altera iuris pars eſt [h]) derogat præcedenti cõtrario [i] (ad ꝓpria, cauſam, interpretationẽ, cõtraria.)

II.

* Eſt §. ult. tit. antecedentis in uulg.

In quibus rebus feudum conſiſtat *: nempe in immobilibus aut ſolo cohærentibus [k], ut molendinis [l]: aut quæ inter immobilia cõnumerátur, iuribus incorporalibus [m]: uelut cũ de Camera, hoc eſt, ærario, aut cauena, id eſt, cella, horreóue [n] datur, aut alioqui conſtituitur in annuis reditibus [o], iuriſdictionibus [p], piſcationibus [q], uenationibus [r], alijsq; id genus (ad materiam.) quód uerò additur, feudum neminẽ acquirere poſſe niſi inueſtitura, nouum ſcilicet, aut ſucceſsione, nimirum antiquum (ad cauſ. eff. ſucceſs. feud. & effectum inueſt.)

III.

2. Quid ſit inueſtitura.

De inueſtitura feudi 2 propria, ut eſt poſſeſsio, hoc eſt, poſſeſsionis traditio: impropria, ut ceſsio feudi, quæ fit porrecta uice feudalis poſſeſsionis abſentis in manus uaſſalli haſta, uexillo, pileo à domino, per hoc inueſtituram facere coram paribus uel alijs teſtibus, ſaltem duobus, dicente: eoq; optimè probatur per eoſdem teſtes qui interfuerunt,

a *l. diuturna. 32. cum ſeq. de legib. c. ult. eo.*

b *l. de quib. 31. eod. d. c. ult.*

c *l. pe. l. 9. l. 6. de iuſt. & iur. l. 2. de legi. c. 3. 4. diſtin. 4. et diſtin. 9. 10. 11.*

d *d. c. ult.*

e *l. 2. C. quæ ſit long. cõſ. ubi dixi.*

f *l. 1. l. ult. C. quæ ſit long. conſ.*

g *l. 3. de ſepul. uiola. de tali accipio l. 2. C. quæ ſit lon. conſ.*

h *§. ex nõ ſcripto. Inſtit. de iur. nat. d. l. de quib. l. 6. de iuſt. et iu.*

i *l. 1. ad l. Aquil. l. ult. de conſtitut.*

k *l. Iulianus. §. ult. l. fundi. de act. emp. Cuiac. hic, qui tormenta bellica eodem refert, item torcularia & dolia, contra d. l. fundi.*

l *Curt. tracta feud. 6. parte. quæſt. 1. numero 11.*

m *l. internus. 14. C. de ſacroſanct. Eccleſ l. 2. C. de ſeruit. Nouell. 7.*

n *uide ſuprà lib. 4. tit. 2. in fin.*

o *infra lib. 4. tit. 53.*

p. *Iacob. in uerb. & cum uerò. Cuiacius infrà lib. 4. titul. 10.*

q *Iacob. uerb. & cum piſcatoribus.*

r *Iacob. uerb. & cum uenationibus.*

fuerũt, proximè per ſcripturam ſuper inueſtitura factam: uulgò literas feudales uocant: aut inopia eiuſmodi probationum, per ſacramentum (ad inueſtituram, eiuſdemque diuiſionem & probationem, &c.)

IIII.

De inueſtitura ueteris uel noui beneficij 3: ut fieri ab eo duntaxat poſsit, qui bonorum ſuorum liberam habeat adminiſtrationé, etiã à fœmina: & cuilibet, etiam procuratori, ſeruo, &c. parato tñ fidelitaté, unde feudum dictũ, facere, hoc eſt, iuſiurãdũ quod ſuper fidelitate uaſallus dño ſtatim ab inueſtitura prȩſtat, dare 4: & de re quæ alienari poſsit (ad cauſ. effic. qui in feud. dare accipere poſsint.) 3. Per quos fiat inueſtitura, & per quos recipiatur. 4. Quid præcedere debeat, an inueſtitura uel fidelitas.

V.

De iuramento fidelitatis, & qualiter uaſallus iuret domino 5 fidelitatem & taciturnitatem: uitam, membrum, mentem, honorem (ad fidelitatem, eiusq; formam & effec. quid uaſal. domino deb.) 5. Qualiter iurare debeat uaſallus domino fidelitatem.

VI.

De forma fidelitatis 6: quæ cõplectitur domini incolume, tutum, honeſtum, utile, facile, poſsibile, conſilium & auxiliũ (Eod.) Quòd uerò dominus in his omnibus uicem fideli ſuo, quãuis abſq; iuramento, ſub pœna periurij reddere debeat (ad eff. & quid dominus uaſallo debeat.) 6. De forma fidelitatis.

VII.

De noua forma fidelitatis 7, quȩ complectitur omnem fidem atque ſtudium conſilij, auxilij, defenſionis, indicationem periculi, iniuriæ impendentis, &c. (Eodem.) Quòd uerò dominus cogatur inueſtitum in uacuam poſſeſsionem mittere, aut præſtare quod intereſt (ad effectum inueſtituræ & feudi.) 7. De noua forma fidelitatis.

VIII.

De inueſtitura de re aliena facta 8: ut dominus ſiue ſciens rem eſſe alienam, ſiue ignorans, neſcienti id uaſallo de euictione teneatur, & feudum eiuſdem bonitatis præſtet: ſcienti uerò non aliter, quàm ſi id cautum expreſſè fuerit (ad effectum, quid dominus uaſallo debeat, materiam & effectum inueſtituræ, &c.) 8. De inueſtitura de re aliena facta.

IX.

De iure quod in feudo uaſallus habet *, non modò excipiendi, ſed etiam utiliter uendicandi, tam rem quàm ſeruitutem: item ſeruitutem, aut aliud quid acquirẽdi, meliorem enim rẽ facere poteſt: non imponẽdi cum prȩiudicio * Eſt §. prȩcedẽtis tit. in uulg.

domini

domini (itaq; reuerſo ad dominum feudo, ſeruitus expirat) nam deterius hoc facere nequit. De iure adijciendi res per ſe disiunctas, accreſcendi, ſubinfeudandi, non tamen alienandi 9, non oppignorandi: de iure redẽptionis quod dñs habet re pignorata, uel licitè alienata, niſi præſcriptio ei annalis aut 30. ann. obſtet (ad effectum oblig. & act. & capita ſubſequẽtia: item ad præſcriptionem feudi.)

9. Qualiter olim poterat feudum alienari.

X.

De nominib. uaſallorum 10: qui ſunt uel Capitanei, uel Valuaſores, uel Valuaſini, uel Plebeij. Capitanei nomen aut generatim accipitur, cõplectens Duces, Marchiones, Comites, qui à principe Rege de Ducatu, Marchia, Comitatu inueſtiũtur: aut ſpeciatim notãs eos, qui à ſuperiorib. de plebe aliqua, cõmunitate, ciuitate, inueſtiũtur, & propriè Valuaſores maiores dicuntur. Qui ab his accipiũt, minores ualuaſores, aut ſimpliciter Valuaſores: qui rurſus ab iſtis, minimi, uel ualuaſini, uel minores etiam ualuaſores: reſpectu ſcilicet eorum à quibus accipiunt: qui olim feudi ius nõ habebãt, hodie habẽt: quotquot ab antiquis temporibus per manus maiorum acceptum tenent [a]. Ceteri, qui nouum beneficium etiam à Capitaneis acquirũt, plebeij nihilominus ſunt: ut & qui ſoldatam, hoc eſt, militiam ſeu reditũ annuum pro opera militari perſonalem, nec ad hæredes trãſeuntem, habent. nec enim ita ius paragij, hoc eſt, nobilitatis, pariumq; curiæ dignitas acquiritur [b] (ad diuiſionem & ordines, item effectum.)

10. Quis dicatur Dux, Marchio, Comes, Capitaneus uel Valuaſor.

a uide 5. tit. 1. 3. lib. 1.

b Cuiac. hic.

XI.

De gradibus ſuccedendi in feudo 11, quòd per ſucceſſionem feudum ſcilicet antiquum, ſicut per inueſtituram nouum quæratur: primo loco liberis maribus (non fœminis & cognatis, niſi ea ſit feudi cõditio uel inueſtitura) in infinitum: deinde à latere fratrib. & agnatis, pro gradus prærogatiua, in antiquo paternóue feudo, nõ etiã in nouo, niſi inueſtitura ita facta ſit (ad cauſ. eff. de ſucceſ. feu. Item ad probationẽ, interpretationem & præſcriptionem, &c.)

11. De ſucceſsiõe fratrum, uel gradibus ſuccedentiũ in feudo.

XII.

De ſucceſsione fraterni feudi 12, ut in paterno nimirum fratres ſibi inuicem ſuccedant: in nouo, niſi ſimultanea inueſtitura facta ſit, nõ item: etiamſi communi opera militari uel pecunia ſit acquiſitum: ne fortè inuitus dominus alium quàm quem uoluerit, habeat uaſallum. hoc tamen caſu fructus communes erunt, & altero ſine hære-

12. De fratribus, de nouo beneficio inueſtitis.

de extincto, atq; ita feudo ad dominum reuerſo, pecunia ſeu precium ei qui ſupereſt, pro parte competente, hoc eſt, pro ſua parte & quatenus expendit, reddetur (ad cauſ. eff. & ſucceſs. feud.)

XIII.

An maritus ſuccedat uxori in feudo 13 dotali, quod à patre accepit, de quo à domino inueſtita eſt, ſi fortè ſine liberis moriatur: qua in quæſtione reſponſum eſt, non ſuccedere (Eodem.)

13. De inueſtitura quam Titius accepit à Sempronio.

XIIII.

De refutatione feudi 14, à decrepitæ ætatis uaſallo in manus domini ea lege facta, ut filios ſuos inueſtiat, ne alteret feudi naturam, & ex antiquo nouum faciat, ſed ut in eo fratres uelut paterno ſuccedant (ad formam alienat. ſucceſs. feudalem & interpretationem.)

14. De uaſallo decrepitę ętatis, qui feudū refutauit ut filij inueſtirētur.

XV.

De contentione feudi inter fidelis mortui generū, qui à domino partem redemit, & agnatos 15, uelut feudū antiquum, quod ad ſe iure ſucceſsionis redierit, uendicantes: ut ea non apud dominum, ſed ordinariū, uel pares diſceptetur, neq; paternum, ſed nouum feudum aſſerentibus probatio incūbat (ad iudicia feudalia, de foro competente, de form. probandi, &c. & ad interpretationem.)

15. De inueſtitura in maritū facta.

XVI.

De contentione feudi inter dominum & uaſallum 16, ut à paribus, qui fidelitatem iurauerint, ad hoc communi litigantium conſenſu uel æquali à diſſentientibus numero electis, cognoſcatur (Eodem.)

16. De controuerſia feudi apud pares terminanda.

XVII.

De eo qui ſibi & filijs inueſtiturā accepit 17, & ut his deficientibus fœminę ſuccedant: ut quamdiu ex linea primi acquirentis maſculus ſupereſt, fœminæ etiam gradu propiores excludantur (ad ſucceſs. feu. & interpretationem.)

17. De eo qui ſibi uel hæredibus ſuis maſculis & fœminis inueſtituram accepit.

XVIII.

Quando in feudum filia, non frater ſuccedat 18: ſi uidelicet de nouo beneficio (nam in antiquis frater fœminam excludit[a]) ſimul ita inueſtiti fratres ſint, ut quamdiu ipſi hæredesq; eorum maſculi uiuerent, & maſculis deficientibus fœminæ feudum haberent: alterius decedentis ſine maribus liberis, portio potius ad filiam pertineat quàm ad fratrem: quia unuſquiſq; ſibi & liberis ſuis proſpexiſſe intelligitur, & demum prius ad fratrem, non extante filia, quàm

a ut tit. ſuperiore.

18. De duobus fratribus à Capitaneo inueſtitis.

quàm ad dominum uelle feudum redire (Eodem: cum ſit exceptio regulæ tit. præcedētis, & ad interpretationem.)

XIX.

Si de inueſtitura contentio fuerit inter dominū & fidelem 19, ut in teſtes produci poſsint, qui pares curiæ tempore inueſtituræ fuerunt, quamuis nunc nō ſint etiam ex turpi cauſa [a] (ad iudicia & probationes.)

19. An remoueri debeant teſtes, qui pares eſſe deſierunt.

[a] ita Cuiac. hic contra communem.

XX.

Si inter dominū & fidelem de feudo fuerit quæſtio 20, ut apud pares iudicetur: niſi negetur eſſe aut feudum id de quo litigatur, aut uaſallus is qui conuenitur (ad iudicia & forum competens.)

20. De cōtrouerſia inter Epiſcopum & uaſallum.

XXI.

De contentione feudi inter dominum uel agnatum & uenerabilem domum 21: ut ſi miles arma bellica deponat, & ex milite ſeculi factus ſit miles Chriſti, nec ipſe nec uenerabilis domus cui ſe dicauit, feudū retineat: ſed ad agnatos uel dominum reuertatur: cum ad eum pertinere non debeat, qui officium amplius non gerit (ad cōtraria, quomodo amittatur, & de ſucceſsione feudi.)

21. De uaſallo milite, qui arma bellica depoſuit.

XXII.

Si dominus uaſallum in culpam incidiſſe dicat, uel contrà 22: ut ille quidem ad curiam tribus uicibus, ſpacio ſeptem uel decem dierū inter ſingulas interiecto, uaſallum uocet: qui niſi ad tertiam citationem ueniat, curia mittat dominū in poſſeſsionem, ac niſi ſubinde intra annum cōtumax ſe purget, beneficiū & poſſeſsionem amittat. Contrà ſi uaſallus de domino queratur, ut quia feudum malo intrauit ordine, hoc eſt per uim occupauit, & ſe ſpoliauit (urbanis enim &, ut loquuntur, curialibus uerbis uis domini accuſanda eſt [b]) apud curiam querelam proponat: cui ſi perperam ille reſpondeat, curia ſalua reuerentia dominum competenter cogat, ut uel poſſeſsionem reſtituat & acquieſcat, uel iudicio curiæ ſe ſubmittat: quòd ſi ter admonitus diſtulerit, liceat uaſallo ad ſuperiorem ire, ibidemq; conqueri, & priuata etiam authoritate ſibi conſulere, ac iuſticiam facere nolentem dominum deprædari. (ad contraria & pœnas, iudicia item feudalia, præſertim reuocatoria: forumq; horum competens, & formam in his procedendi, &c.)

22. De milite uaſallo qui contumax eſt.

[b] *Aluar. hic num. 8. per l. cum affirmes. C. de lib. cauſ. l. 2. cum ſeq. de obſeq. à lib.*

Oberti de Orto de Fevdis

Liber Tertivs.

I.

De beneficio, quid ſit 23, nempe beneuola actio, tribuens gaudium capiētibus, capiensq; tribuendo: quod eſt genus feudi. Nam & hoc ipſum beneficij quædam habetur ſpecies: ut quod detur ex beneuolentia ita alteri, ut proprietas quidem rei immobilis beneficiatæ penes dantem remaneat: uſusfructus uerò illius rei ita ad accipientem tranſeat, ut ad eum hæredesq; ſuos maſculos ſiue fœminas (ſi de his nominatim dictum ſit) in perpetuum pertineat, ad hoc ut ille & ſui hæredes fideliter domino ſeruiant: ſiue ſeruitium illud nominatim quale eſſe debeat, ſit expreſſum, ſiue indeterminatè ſit promiſſum (ad definitionem.) Quòd uerò amittatur ex cauſis egregiæ ingratitudinis 24, uel commiſsionis, ut eſt dominum in acie deſerere, periculum grande celare, oppugnare, aggredi, adulterijs ſtuprisq; domeſticis deformare, accuſare, capitalisq; reum criminis facere: uel omiſsionis, non petendo inueſtituram intra annum, non reſpondendo ad uocationem domini, fidelitatem cum oblatione inueſtituræ petentis: non præſtando id ſeruitium, propter quod feudum datum eſt: deniq; ex alijs cauſis ad liberorum exhæredationem [a], reuocandam donationem [b], faciendum diuortium [c], ſufficientibus, uel alijs grauioribus aut paribus [d], non etiam ex qualibet iniuria, cum lex atrocem requirat [e], ne quidem ex alio periurio [f] (ad contraria, quibus ex cauſis amittatur.)

23. Quibus modis feudum amittatur. Fatentur tamen Dd. hic tertiũ librũ eſſe inchoandum.

24. Quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi.

a in Auth. ut cum. de app. cog.
b l. ult. C. de reuoc. don. nat.
c in Auth. de nupt. l. conſenſu. C. de repud.
d dixi 5. lib. 1. tit. 17.
e quæ fuit prima cauſ. ubi Dd. uide Zaſ. parte 10. nu. 64.
f §. ult. hoc tit.

II.

Ad quem feudum amiſſum redeat *, nempe ad dominum, ſi in ipſum etiam alienando (nam & ſic contemni uidetur [g], contemptus autem iniuria eſt [h]) commiſſum ſit: ad agnatos [i] uerò, qui quarto gradu ſunt, hoc eſt, intra quartum etiam gradum, non liberos [k] (quia hic perinde ac in maieſtatis reatu [l], parentum pœnas quo ad bona luunt) ſi alio delicto, puta parricidio, ſe indignos curia reddiderunt (ad cauſam efficien. contraria, alienationem, & caput huius argumenti proprium: ad quem feudum apertum redeat.)

* Eſt §. ult. tituli antecedentis in uulg.

g §. ult. h. t.
h l. 1. de iniur.
i lib. 4. tit. 18.
k ut hic, & lib. 4. tit. 19.
l l. 5. C. ad l. Iul. maieſta.

EX VARIIS ET INCERTIS *authoribus.*

DE FEVDIS

LIBER QVARTVS.

I.

25. Si de feudo uaſallus ab aliquo interpellatus fuerit, & dominus eum defendere noluerit.

DE euictione feudi & eius æſtimatione præſtáda 25: ut ſi uaſallus domino litem ſibi motá legitimè [a], debitoq; tempore [b], denunciarit, ut ei uicto aut aliud feudum, aut litis æſtimationem [c] quam paſſus eſt, præſtare cogatur, niſi neget fuiſſe feudum: neq; contrarium per teſtes, ſcripturam inueſtituræ, ſacramentum probari (nec enim tale eſſe præſumitur [d]) poſsit (ad effectum, iudicia, formam probandi, & interpretationem.)

II.

26. Si de feudo defuncti contentio ſit inter dominum & agnatos uaſalli.

Si contentio eſt inter dominum & agnatos defuncti de feudo 26, utrum nouũ an paternũ ſit, ut agnati pro quibus facit iuris prẹſumptio, feudũ ſcilicet eſſe antiquum potius quàm nouum [e], pendéte lite in poſſeſsione relinquantur: & ſi aliæ deficiant probationes, ſacraméto eorũ ſtetur (ad iudicia, formá probandi, executionẽ & interpretationẽ.)

III.

* Eſt §. inter filiam. 1. tit. antecedentis in uulg.

De poſſeſsione apud filiam collocanda *, cũ quod defunctus pater reliquit, filia allodiale uel libellariũ eſſe, dominus uerò uel agnatus feudũ aſſerunt, & de ſacramento cauſa cognita alterutri parti, ſed potius filiæ, ut pro qua ſit iuris præſumptio, allodiale nimirum eſſe [f], deferẽdo. Cæterùm quando conſtat eſſe feudũ, ceſſat hæc coniectura [g], omniaq; ſucceſſoribus feudalibus, tantiſper dũ res plenè cognoſcitur, ſunt deferenda [h]: quemadmodum & quando cõſtat agnatum eſſe in poſſeſsione iuſta [i]. nec enim eſt hic fauorabilior cauſa filiarũ, quàm agnatorum [k] (Eodem.)

IIII. Do-

a c. ult. de empt.
b gl. Bart. & Dd. l. ſi rem. §. fin. de euict. Fel. c. 1. de mut. pet. Dec. conſ. 200. Mar. part. 6. de laudat. Authen. 5. memb. nu. 5. in Spec. aureo.
c de hac l. 2. §. ult. pro emp. l. ſed etſi. 7. §. 1. de publicia. in rem act.
d lib. 4. tit. 50.
e dixi ſ. ex c. 1. §. 1. de grad. ſucceſ. & ſucceſ. frat. Bal. c. 1. §. cum autem. nu. 6. de contro. inueſt.
f c. unic. de allod. §. ult. ubi Aff. nu. 68. ex quib. cauſ. feud. amit. Iaſ. l. ſi prius. num. 41. de oper. no. nunc. Alcia. reg. 2. præſump. 3. deciſ. Neap. 277. num. 7. Alex. conſ. 55. perſpectis. uol. 4. conſ. 129. ponderatis. num. 1. uol. 1. Schurff. conſ. 69 præſens. num. 1. cent. 1.
g l. continuus. §. cum ita. de uerb. oblig. l. diuus. de in integ. reſtit.
h Iſer. Land. Prepoſ. Fred. hic. Iacobin. de S. Georg. l. ult. num. 49. C. de edic. diui Adr. tol. Gozad. conſil 50. num. 20. Iaſ. conſ. 158. in fin. lib. 4. Brun. conſil. 1. num. 4. conſ. 18. num. 12. Mand. conſ. 78. num. 10. Celſ. Hug. conſil. 1. num. 29. Alcia. reſp. 257. num. 5. Ioan. Bap. Vin. conſ. feud. 1. num. 116.
i Gozad. d. conſil. 50. num. 76. Dec. conſil. 517. in ſententia. num. 6.
k Bal. l. quoties. num. 1. C. de ſuis & leg. & an ſtatuta excludentia fœminas propter mares, ſint fauorabilia, uide apud Vinium com. opin. lib. 2. uerb. ſtatutum excludens fœminas. per tot.

IIII.

Dominum inueſtituram feudi ſui militis etiam nõ conſentientis in alium facere poſſe *: ſi ſperatur ad eum poſt mortem uaſalli militis rediturum, ut quia nec liberos, nec ſimultaneè inueſtitos habet: ita tamẽ ut exiſtente demum conditione, & feudo ad dominum eiuſdem'ue hæredem reuerſo, uim aſſumat alienatio: excepta inueſtitura ab Eccleſiaſtica perſona facta: quæ non aliter ualet, quàm ſi ſibi, non etiam ſucceſſori feudũ aperiatur [a] (ad cauſ. eff. & materiam: item contraria, & ad quem apertum redeat.)

* §. moribus. 2. tit. præcedentis.

a dictum eſt 5. lib. 1. tit. 1. cum ſequen.

V.

De pœna inficiationis feudi *, ut uaſallus feudum partemúe eius, aut conditionem ex certa ſcientia inficiando, amittat illud: aut partem, ſi partem tantùm inficiatus ſit: non etiam celando dominum quod alius conuaſallus inficietur, aut rem domini aliam occultando.

* §. uaſallus. 3. ſuprà eod.

VI.

De præſcriptione feudi longiſsima *: ut ſi quis per 30. annos rem aliquam in feudũ bona fide (quanquã alij etiã mala [b]) poſſedit, & ſeruitium domino exhibuerit, quáuis de ea re non ſit inueſtitus, præſcriptione tamẽ 30. annorũ ſe tueri poſsit (ad cauſ. eff. & præſcriptionem feudorum.)

* §. ſi quis per triginta annos. 4. ſuprà eod.

b Cuiac. tit. ult. 5. lib. 1.

VII.

Clericum feudum perdere *, habitu uotoúe religionis aſſumpto [c] (ad contraria, & quibus ex cauſis amittatur.)

* §. qui clericus. 5. ſuprà eod.

c 5. lib. 2. tit. 21.

VIII.

An uaſallus qui ſe non exhibet domino *, hoc eſt, omni anno præſentet, feudum amittat: in quo reſpondetur non amittere [d] (Eodem.)

* §. etſi uaſallus. 6.

d uide Cuiac. lib. 1. tit. 20.

IX.

Omnes fidelis filios fidelitatem facere debere *, maximè ſi diuiſum feudum habent, niſi ex diuiſione ad unum peruenerit: qui ſolus tum præſtat (ad ſucceſs. feud. item fidelitatem qui facere teneantur.)

* §. omnes. 7.

X.

Adoptiuum in feudo non ſuccedere *, licet in allodialibus [e], quia ius ſanguinis, quo feudorum ſucceſsiones conſtringuntur, non habet: ne facto, ne quidem teſtamẽto uaſalli, ſucceſsionis feudalis ius mutari, ſpesq; agnatorũ uel domini euerti poteſt [f] (ad cauſ. eff. & ſucceſ. feud.)

* §. adoptiuus. 8.

e uide de adoptio. Iſt. ff. & C. ut dixi.

f tit. 4. lib. 1.

XI.

Filios ſecũdi matrimonij tantùm fœminæ in feudo ſuc-

* §. mulier. 9. cedere *, quando contemplatione huius coniugij feudum acquiſitum eſt [a]: ut & in allodijs [b] (Eodem.)

XII.

* §. naturales. 10. Vt naturales pôſt facti legitimi nō ſuccedant *, nec ſoli nec cum alijs (niſi per ſubſequens matrimoniū legitimentur [c]) ut nec clerici uel monachi [d], etiamſi tales eſſe deſierint [e]. quanquam hoc apud quoſdam minus nunc uſurpatur [f], qui uota iſtiuſmodi pronunciãt irrita: eoq; quòd nullum ſit, nullum uolunt pârere effectum [g] (Eod. & ad contraria, quibus ex cauſ. amitta.)

XIII.

* §. ſi minori. 11. De minore ad fidelitatem feudi non cogendo *, nec ad ſeruitia uel per ſe, uel per ſubſtitutum. quoad ſcilicet impubes neq; doli capax eſt: etiamſi feudū nihilominus teneat (ad fidelitatem, & qui facere teneantur. item ad effectum, quando uaſallus domino ſeruitia debeat.)

XIIII.

* §. Titius. 12. Quádo agnatus ad feudū admittatur uel excludatur *: mortuo ſcilicet alienatore abſq; precio iure ſucceſsionis perpetuo. Eo uerò uiuente, oblato precio, intra annum, ſi in agnatum remotiorem: intra 30. annos, ſi in extraneum facta ſit alienatio, ſecundum communem diſtinctionem [h] (ad cauſ. eff. & ad quem feudum apertum reuertatur.)

XV.

* §. ſi facta. 13. Dominum feudi tradere cogi * poſt factã inueſtituram, nec liberari præſtando intereſſe, ſiquidem tradere poſsit (ad effectum.)

XVI.

* §. filij. 14. Quando filij in feudum non ſuccedant *: contracto ſcilicet ea conditione matrimonio, ne filij inde nati patri ab inteſtato ſuccedãt [i]. Nam nec ad feudum, ut cuius ſucceſſio quoq; quędã ſit ab inteſtato [k], admittuntur. quãuis aũt ratiōe improbatur talis cōditio in allodialibus [l], uſu tamē recepta eſt in feudalibus (ad ſucceſsionem, & contraria.)

XVII.

* §. licet. 15. Vaſallum nō teneri offerre ſeruitium *, niſi petatur: nec amittere feudum, quantocunq; tempore ceſſauerit: niſi

P magnum

a ut inf. tit. 103.

b l. 4. C. de ſecund. nupt.

c Dd. hîc. Schurff. cōſ. 1. cent. 1.

d Zaſ. parte 5. uide art. Land. 25. cū ſeq. lib. 1. Lehenrecht cap. 2. Curt. parte 3. quæſt. 10. Duen. reg. 103. Schurf. conſ. 68. cēntur. 1. Henn. conſil. 19. uide omnino Felyn. c. in præſentia. de proba. qui tamen clericum certis caſibus admittunt, quia per ſubſtitutum ſeruire poteſt: monachos non itē.

e 5. lib. 2. tit. 21. Alua. nu. 17. Aff. nu. 4. & 13. de mil. uaſ.

f per doctrinam Alua. nu. 17. Aff. nu. 4. de mil. uaſ. qui ar. bell. depoſ. ubi dicunt hoc fallere in monacho qui non fecit profeſsionem: ergo idem ſi profeſsiò ſit nulla.

g c. 2. de teſtib. Socyn. conſil. 115. num. 15. uol. 4.

h Dd. in hoc §. Titius.

i inf. tit. 32.

k Dd. c. 1. de feud. ſucceſs. Bal. l. cum antiquioribus. num. 7. C. de iur. delib.

l l. ſi quando. C. de inoffic. l. pactū quod dotali. C. de pac. l. pactum. C. de collat. c. 2. de pac. in 6.

magnum periculũ domino imminere ſciat: tum enim auxilio uenire ultrò debet. quanquam ad redimendũ ſua pecunia dominum captiuum nó cogatur (ad effectum, quid uaſallus domino debeat, & ad contraria.)

XVIII.

Feudo amiſſo filios & deſcendentes uaſalli excludi *, & agnatos qui quarto gradu etiam intra eum [a] ſunt, admitti (ad ſucceſs. contraria, ad quem feudum apertum redeat.) * §. ſi uaſal lus culpam. 16.

a contrà Dd. hic, per tit. 34. 42. inf.

XIX.

Generali alienatione non contineri uaſallos *: nec feudum, neq; iuriſdictionem [b] (ad materiam, alienationem, ſed præcipuè ad interpretationem.) * §. in generali. 17.

b Cuiac. hic.

XX.

Vaſallum repetere feudum quod ignorans alienauit *, nec domino ut commiſſum acquiri: emptori tamen ignoranti, uaſallum ad intereſſe, euictionis nomine cõdemnari (ad effectum, alienat. contraria, ad quem redeat.) * §. ſi uaſallus. 18.

XXI.

De pœna negantis feudum *, ut ſcienti auferatur, non ignoranti, neq; dubitanti: qui pro ignorante eſt [c]: quanquam is dubitãter etiam reſpondere debeat [d] (ad contraria, & quibus ex cauſ. amitt.) * §. uaſallus. 19.

c l. ult. C. de cond. indeb.

d ut hic in fin.

XXII.

Feudum uaſallo in feudum dari, hoc eſt ſubinfeudari, ut nunc loquimur, poſſe *: ſi citra fraudem, hoc eſt, abſq; precio: ſi ijſdem aut arctioribus [e] ſeruitij legibus: ſi militi, hoc eſt, æquali detur (ad alienat.) * §. beneficium. 20.

e inf. tit. 108.

XXIII.

Vaſallum agere, & conueniri de feudo poſſe *, ignorante etiam domino, nec eo minus iudicium firmum eſſe: uelut & tranſactionem [f]: quanquã quod tranſactionis nomine accepit, feudũ non ſit (ad materiã, effectũ, iudicia, &c.) * §. ſi uaſallus. 21.

f uide Dd. hic, & Curt. parte 4. & inf. tit. 52.

XXIIII.

Quando proprietas feudi ad uaſallũ perueniat *: cum ſcilicet dominus feloniam cõmittit, ex qua uaſallus amiſſurus erat: ſiue in uaſallum, ſiue alium deliquerit (ad cauſ. eff. conſolidationem, contraria: ex quibus cauſ. dominus amittat, ad quem redeat.) * §. domino. 22.

XXV.

Feudum ijſdem de cauſis amitti, licet datum ſit hæredi & cui uaſallus dederit *: & quanquam abſq; domini conſenſu hoc caſu alienare poſsit, & feudũ uerum penes emptorem * §. feudum. penul.

ptorem eſſe deſinat, tamen etiam apud hunc illis ex cauſis amitti, ex quibus uerum feudum (ad formam & pac.alienation.contraria.ex quib.cauſ.)

XXVI.

* §.ult. De pactione de nõ petendo feudo *: ut ſi frater pactum
fratri fecerit, ſe ab eo hæredibus'ue feudum paternũ non
27. De pace tenenda, quæ eſt inf. conſtit. 9. li. 5. petiturum, nihilominus eo abſq; liberis mortuo, petere à
collateralibus & ſuccedere poſsit: quaſi tali caſu non deducto in pactionem, qua tantùm de deſcendentibus intelligitur actum [a] (ad ſucceſs. pacta, & interpretationem;) a inf. tit. 21.

XXVII.

28. Hic finitur lex, deinde cõſuetudines regni incipiunt. Vaſallum pro domino belligerari 28, cum iuſtè bellum
mouit, aut de eo dubitatur: nõ etiam cum iniuſtè: niſi quo
ad defenſionem: aut quando à rege excommunicatus eſt,
uel bannitus: quia ſacramento ipſo iure ſolutus ſit (ad effectum & contraria.)

XXVIII.

Propter ceſſationẽ ſeruitij pręſtandi feudum non amit-
* Eſt §. ad hoc. 1. ſuprà tit. 1. ti *, niſi à domino denunciatum fuerit, & cum poſſet, neq;
impediretur facere, renuerit (ad cõtraria, & quib. ex cauſ.
amittatur.)

XXIX.

* §. ſi uaſallus. tit. præced. De ædificio facto in feudo *: ut ſi per illud aut acquiſi-
tionem ſeruitutis, alio'ue modo uaſallus feudum melius b uid. omnino Iul. Clar. in §. feudum.
fecerit, ſineq; hærede feudali decedens domino apertum
reliquerit: dominus patiatur allodiales hæredes ædificiũ,
&c. auferre, aut preciũ meliorationis ſoluat [b] (ad materiã c Aluar. hîc, nu. 5.
& acceſsiones: item contraria, & ad quem feudũ apertum,
qua conditione, quoúe iure redeat.) d uide Fer. in for. lib. ad reuo. feud. nu. 109.

XXX.

* §. penul. tit. præcedentis. De fructibus feudi *: ut ſi uaſallus ſine hęrede diſcedat,
ante Martium, omnes fructus, ſcilicet induſtriales (nã naturales pendẽtes indiſtinctè domino cedunt [c]) illius anni e Alex. l. diuortio. ſol. matr.
ad dominum: ſin uerò pòſt, uſq; ad Auguſtum, fructus qui
interim percipiuntur, ad eius hæredes: quòd ſi poſt Augu-
ſtum, omnes fructus ad dominum pertineant [d]. quæ inæ- f d. l. diuortio.
qualis diuiſio, feudò ad agnatos redeunte, non obtinet [e], g l. ſi operas. de uſufr. l. 5. §. ult. ſi uſusfruc. pet.
& Cuiacio hîc parum probatur: ſtatuenti in uſufructu, &
conſequenter in feudo, pro rata tẽporis [f] fructus indiſtinctè partiendos eſſe [g]. nec ſanè moribus Sax. recepta eſt: h lib. 2. art. 58. Sachſ. diff. 37.
quibus hæres uaſalli allodialis, omnes eius anni fructus
(induſtriales ſcilicet) ſine exceptione capit [h], ſiue ad do-

minum,ſiue ad agnatos feudum reuertatur (Eodem.)

XXXI.

De auxilio uaſalli *:ut contra omnes, etiam fratrem & filium: non contra ſe,patrem,Imperatorem,dominū antiquiorem,præſtetur (ad effectum.)

* §.ult. tit.præcedentis.

XXXII.

Quando filij in feudum non ſuccedát 29: ex lege uidelicet Francorum orientalium Salica:cū pater nobilis ignobilē ea lege duxit,ut filij ex ea nati, aſsignata in Morgengabe (Sax. nota [a] donatione, quā altero poſt nuptias die, nobilis uxori mane facit) portione contenti, non ſuccedant. Quæ pactio indiſtinctè in feudis [b] ualet: in allodijs iure iſto (nam ſecus communi [c]) tum demum,cum alij liberi exiſtunt (ad cauſam eff ſucceſsiones,& contraria.)

29. Quando filij nati ex matrimonio ad morganaticam contracto ſuccedant.

XXXIII.

Quando filia ſuccedat in feudū 30:ex pacto ſcilicet,aut deficientibus maſculis in fœmineo (ad ſucceſs.feud.)

30. De feudo fœminæ.

XXXIIII.

Patre feudum amittente filios non ſuccedere 31, niſi ex mera domini gratia,agnatis nō extantibus:ſed quandoq; ſcilicet cum in dominum commiſſum non eſt, ad agnatos proximiores, ſecundum gradus qui legibus cōtinentur [d], prærogatiuam redire: quarto etiā gradu remotos & in infinitum,dummodo conſtet (quod præſumendum puto [e]) eos à primo acquirente per maſculos deſcendiſſe (ad ſucceſs.& contraria,ac quibus aperiatur.)

31. Si uaſallus feudo priuetur.cui deferatur.

XXXV.

De probatione inueſtituræ 32, ut tantùm per pares curiæ,non fœminas,non extraneos,non etiā per breue olim teſtatū (quod hodie cōtrà eſt [f]) fiat:ſcilicet in nouis: nam hi omnes,præter fœminas,in antiquis recipiuntur (ad inueſt.probationem.)

32. Qui teſtes ſunt neceſſarij ad nouam inueſtituram probandam.

XXXVI.

Quot modis feudum acquiratur 33 inueſtitura, & ſucceſsione,uel quaſi: ut cū dominus dicit ut pro feudo poſſideat (ad cauſ. eff. & inueſtit.) Item quomodo probetur per teſtes,inueſtituram, ſacramentum (ad iudicia & probationes.)

33. De cōſuetudine tecti feudi.

XXXVII.

Si inter dominum & uaſallum de beneficio contentio ſit *,ut pro poſsidente, aut ſecundū eius ſacramentū iudicetur:niſi aliud doceri queat (ad iudicia & probationes.)

* Eſt §. ult.tit.præcedentis.

XXXVIII. De

a art.19.20.24.lib.1.cū ſimul.

b 3.tit.16.

c l.pactum.C.de colla.l.pactū quod dotali.l.licet.C.de pact.l.4.C.de inuti.ſtip.l.hæreditas.C.de pac.con.l.ſi quādo.§.1.C.de inoff.teſta.

d c.1.an ille qui interf.fra.tit.42.lib.4.

e lib.1.tit.10.&18.

f inf.tit.88.

XXXVIII.

34. De lege Corradi. De lege Corradi 34: qua cauetur, ut inter capitaneos coram rege litigetur, inter uaſallos apud pares curiæ: niſi proprium ſuum feudum, hoc eſt allodiale ſuum eſſe dicant, & ſe inuicem pares ſeu uaſallos negent: quo caſu apud iudicem ordinarium, uel arbitros diſceptādum eſt [a], (ad iudicia & forum competens:) de prohibita alienatione, conceſſa tamen, ſub iiſdem quibus habetur legibus beneficij ſubinfeudatione [b] (ad alienat.)

a uide Cuiac. lib. 1. tit. 15. et 2. tit. 15.

b §. ſimiliter. hoc tit.

XXXXIX.

* §. ul. tit. præcedentis. De pœna inficiantis feudum *: ut ſi fraudulenter probetur negaſſe, amittat (ad contraria.)

XL.

35. De clerico, qui inueſtiturā facit. Vt ſucceſſor clerici inueſtitoris feudum tradere cogatur 35: ſi de re ipſius propria, aut de re Eccleſiæ, cuius poſſeſsio ad eum adhuc uiuentem redierit (alioqui enim ſucceſſor non tenetur [c]) inueſtitura facta ſit (ad cauſ. efficientem, inueſtituram, & effectum.)

c §. ſi uerò. tit. 1. & tit. 5. et 27. lib. 1.

XLI.

36. An mutus uel aliàs imperfectus feudum retineat. De uaſallo imperfecto 36, muto, ſurdo, cæco, claudo, uel aliter natura aut caſu imperfecto: an & quādo feudum paternum retineat, etiamſi ſeruire nequeat: eum per ſubſtitutum poſsit (ad cauſ. eff. quibus feu. dari poſsit: & contraria, ex quibus cauſ. amitta.)

XLII.

37. An ille qui interfecit fratrē domini ſui, feudū amittat. De uaſallo qui occidit fratrem ſuum uel domini ſui 37: ut occidens domini fratrem, non amittat feudum: ſuum interficiens, uel aliam feloniam committens, eo priuetur: quia parricida in curia domini honeſtè ſtare non poſsit: feudo ad dominum, quādo in ipſum eſt commiſſum: aliàs ad proximiorem agnatum, ſecundum ordinem gradus qui legibus continetur, redeunte (ad cōtraria: & ad quem feudum apertum redeat.)

XLIII.

* Eſt §. ult. tit. præcedentis. Non teneri uaſallum offerre ſeruitium *, ſed eum nunciatum eſt domino, ſi poteſt, ſeruiat (ad effectum.)

XLIIII.

38. De uaſallo, qui contra cōſtitutionē Lotharij regis beneficium alienauit. De alienatione feudi 38: ut refutare illud liceat (quo caſu amplius ad ſeruiendū quidem uaſallus non tenetur: ſic tamen ut offendere non debeat) nō etiam alienare: aliter amittitur: uel totum, ſi totum eſt alienatum: uel pro parte, ſi partim: peræquè atq; cum felonia in unum ex dominis

committitur: tunc enim pro eius ſolius parte, feudo uaſallus priuatur (ad alienationes & contraria.)

XLV.

De alienatione paterni feudi 39: ut non niſi uoluntate aut ratihabitione domini & agnatorum, in extraneum uel filiam alienari poſsit, inter agnatos etiā per libellum poſſit: neque tum ſit alienatio, ſed quaſi refutatio (ad effectum & alienationes.) 39. De alienatione paterni feudi.

XLVI.

De feudi controuerſia inter dominum & uaſallum *, ut coram paribus terminetur: & quidem prius illa quæ eſt certior: ut ſi de feudo recto ſuo, hoc eſt, paterno de quo conſtet, poſtulet prius inueſtiri, atq; ita poſſeſſorium terminari, quàm de reliqua re dubia cognoſcatur (ad iudicia feudalia, eorumq; ordinem.) * §. 1. tit. præcedentis.

XLVII.

De infidelitate pugnam non fieri *, ſcilicet duello, ut iure Longobardorum & Sax. ſed ſublata purgatione hac uulgari [a], legitimè eam probari (ad iudicia, & contraria.) * §. pe. tit. præcedentis.

a ex. de uulg. purg.

XLVIII.

Quando uaſallus feudum perdat *: nempe ſi à morte liberare potuit dominum, non etiam ſi à peccato coercere (ad contraria.) * §. ult. tit. præcedentis.

XLIX.

De capitulis Corradi, ſeu Friderici regis [b], factis in Roncalia 40. Vt uaſallus, niſi intra annum & diem ex quo poſſidere cœpit, inueſtituram petat, & fidelitatem polliceatur, feudum amittat (ad inueſtituram, fidelitatem, & contraria.) Vt liceat dominis alienationes feudi, nulla obſtante præſcriptione (ſcilicet longi tẽporis, ſed bene longiſsimi) reuocare (ad pręſcriptiones & aliena.) Vt hoſtéditię, hoc eſt, adiutorium quod dominis Romã cũ Rege in hoſtem proficiſcentibus debetur [c], ab ijs qui domi remanẽt, ſoluantur: nẽpe dimidia fructuum in Lombardia, tertia in Theutonica terra (in utraq; enim regnũ Lõbardi tenuerunt [d]) eius anni quo hoſtẽ faciũt. Longobardis namque (quorum iura hæc ſunt) perpetua bella cum Romanis, uelut ex profeſſo hoſtibus, & deinceps cũ territorij urbiſq; Rom. occupatoribus pontificibus fuerunt: & ad offenſionem defenſionemq; paratos, atq; ex poſſeſsionibus feudorũ obligatos iuratosq; in eiuſmodi hoſtem uaſallos habuerũt. Quæ iura deinceps, reſpectu aliorũ hoſtiũ & ſubſidio- 40. De capitul. Corradi.

b ita Cuiacius emendat.

c Cuiac. lib. 5. conſil. 10.

d uide Othonem Forſingenſem.

ſidiorum, rata permāſerunt, etiamſi res Longobardorum cum imperio Ro. poſtmodū cōſolidata ſit. Itaq; ab Impp. Germanis ſubinde conſecutis non ſublata illa, ſed interpolata, & ad uſum præſentem accommodata ſunt (ad eff. & ſeruitia.) Vt Eccleſiaſticis perſonis feudum committentibus, fortè quia Imperatorem proficiſcentem ſecuti non ſunt, ad uitā tantùm & honorē, hoc eſt, quādiu alterutro, uita uel honore potiuntur, amittant Eccleſiæ feudū, eoq; dominus tandiu illud obtineat, pòſt ad ſucceſſorem & Eccleſiam reuertatur (ad cōtraria: & quo iure redeat.)

L.

41. De cōtrouerſia inter maſculum & fœminā de beneficio.

Cuius iuramento ſtetur in quæſtione feudi 41, maris ſcilicet potius quàm fœminæ: cū uterq; ut proximus ſuccedere in feudo intendit. præſumptio enim eſt ex cōmuni feudorum natura, potius mari quàm fœminæ deberi: fœminę prius quàm domini: quia pro agnata maior pręſumptio, quàm pro domino, quo fortius illa ius habet [a]: emptoris etiam potius quàm domini: quia præſumitur allodium emiſſe, niſi probetur feudale, aut magnam eius partem feudum eſſe conſtet (ad probationes.)

[a] §. ult. qual. olim feud. pot. alien.

LI.

42. De cōtrouerſia inter dominum & emptorem feudi.

Electionem dari emptori feudi, cui feudum reſtituat, domino an uaſallo ignorāti 42, hoc eſt, qui ignorās feudū eſſe uendidit. nam is non committit alienando, cum tantùm ſcientem pœna mulctet (ad alienationes & cōtraria.)

LII.

43. De cōtrouerſia inter uaſallū & alium de beneficio.

Vaſallum de feudo agere & conueniri, etiam tranſigere abſq; fraude [b] poſſe 43: & feudo ad dominum reuertente, illud quod ita actum tranſactumq; eſt, non reſcindi (ad effectum, & iudicia feudalia.)

[b] 5. tit. 23.

LIII.

44. Quid iuris, ſi poſt alienationem feudi uaſallus id recuperauerit.

De feudi alienatione & recuperatione 44: ut illicitè, hoc eſt, ſine conſenſu domini alienatū, etiāſi recuperetur, uaſalli nō maneat, utpote domino, ad quęcunq; peruenerit, apertū: domini uerò uolūtate uenditum, aut per libellum datū, iure proprio uel beneficij, ſecundū quod recuperabitur, uaſallus teneat (ad alienatio. & contraria.)

LIIII.

45. An agnatus uel filius defuncti poſſit retinere feudum, repudiata hęreditate.

An agnatus uel filius repudiata hæreditate poſsit feudum retinere 45, atq; ita hæreditarijs ſe oneribus eximere: niſi quòd fructus ultimi anni cum creditoribus, ſecundum diſtinctionem ſuprà poſitam, diuidere ſemper cogatur: in

tur:in quo reſpondetur agnatum poſſe, quia non iure hæreditario,ſed ex beneficio primi acquirentis capit: filium non poſſe, quando iure hæreditario ſeu ut hæres aſcédentis capit[a] (ad ſucceſsiones,effectus,alienationes.)

a Cuiac. hîc.

L V.

Coram quo ſit quæſtio feudi uentilanda 46: nempe coram paribus,ſi curia utrunq; uocet: aliàs apud ordinarium (ad iudicia & forum competens.)

46. An apud iudicem uel curiam domini quæſtio feudi ſit terminanda.

L V I.

De pœna domini, feloniam committentis 47: ut ſicut uaſallus utile ius, ita dominus aperta felonia (nó etiá alienãdo, non ex cauſis neglegétiæ[b]) proprietatem directúq; ius amittat,uaſallo acceſſurum (ad contraria.)

b dixi ſuprà.

47. Qualiter dominus proprietate feudi priuetur.

L V I I.

Quando feudum licitè alienetur 48: ſi uidelicet ea lege datum ſit, ut ipſe & ſui hæredes, & cui ipſe dederit habeát: quo tñ caſu qui accipit à uaſallo,licet pro feudo non habeat, tamen ut feudum,ex cauſis ſuprà nominatis amittit (ad proprietatem alienat.cõtraria,interpretationem.)

48. De feudo non habente propriam naturam.

L V I I I.

Quando pactum non obſtat ſucceſsioni feudi 49: ut ſcilicet qui refutauit agnato feudum, pòſt aperto feudo nihilominus cum reliquis qui non refutarunt, admittatur (ad ſucceſsiones,pacta,alienationes.)

49. De eo qui ſiné fecit agnato de feudo paterno.

L I X.

De natura ſucceſsionis feudi 56, quæ ſuprà aſcendentes excludit, infrà fœminas, niſi ex pacto, uel feudum ſit fœmineum:mares uocat in infinitum, ita ut linea eius, in qua feudum manſit,ſemper alijs præferatur.

50. De natura ſucceſſionis.

L X.

Beneficiũ in curię uéditione non cõtineri 51, niſi de eo expreſsè actũ ſit (ad alienationem & interpretationem.)

51. De capitaneo qui curiá uendidit,an intelligatur beneficiũ uẽdidiſſe.

L X I.

Vtrũ filius uaſallus feudũ amittat uiuo patre *, cõmittẽdo in dñm feloniá, ex qua mortuo patre amitteret: & reſpóſum eſt amittere, etiáſi necdũ poſsideat (ad cõtraria)

* §. 1. tit. præcedentis.

L X I I.

Nõ puniri uaſallum ex ſola cogitatiõe *, ſi uoluerit,ſed nõ laborauerit:ſi laborauerit,ſed nõ inſidiatus ſit. (Eod.)

* §. 2. ſi uoluerit. tit. præcedentis.

L X I I I.

De ſucceſsione nepotis ex filia *: an in fœmineo feudo fœminam æqualis gradus excludat (ad ſucceſsiones.)

* §. 3. ſimiliter. ſuprà tit. 1.

L X I I I I.

LXIIII.

Differre agnatum à filio in ſucceſsione feudi *, cum hic non poſsit feudo retento recuſare hęreditatem, ille poſsit (Eod. & ad contraria.)

LXV.

De contentione feudi inter filiam & propinquum, uel inter uaſallum & emptorem *: altero allodium, altero feudum aſſerente: ut in defectum aliarum probationum ſtetur ſacramento eius pro quo ſit iuris præſumptio (ad probationes.)

LXVI.

De pacto legis commiſſorię *, ut non ualeat, ſicut nec in pignore [a]: puta niſi ad certum diem pecunia creditori ſoluatur, ut habeat in feudum (ad cauſam efficientem, conceſsiones, pacta.)

LXVII.

Vt feudum ad certum ſeruitium dari poſsit *.

LXVIII.

Quando feudum de camera ſit dandum 58, ut de cauena, hoc eſt, cella, ſeu camera, id eſt ęrario domini, feudales reditus non dentur, niſi ſit in camera uel cauena unde ſolui poſsit, omni uidelicet ære alieno domini deducto [b]: non enim æquum eſt eum uidere egentem [c], quem prius habuit coniugem, hoc eſt ſocium [d] σύζυγον [e], conſortemq́;, pari fidelitatis uinculo obligatum [f]. Itaq; ſi euacuata ſit cauena uel camera ſine culpa promiſſoris (nam quod quis ſua culpa damni ſentit, ſibi, non alijs nocere debet [g]) expectandũ eſt interim, donec de cauena uel de camera dari poſsit [h] (ad diuiſionem & ſpecies, propria, contraria.)

Q LXIX.

* §. ſi filius. Eod.
* §. ſi contẽtio. eod.
* §. ſimiliter. pen. eod.
* §. ult. eod.

In uulgatis exẽplarib. hi deinceps tituli ſequũtur. 53. De pace tenẽda: quæ eſt infrà libro 5. coll. 11. 54. De allodijs, qui eſt §. ult. in eadẽ conſtitut. 11. libro 5. 55. De prohibita feudi alienatiõe per Federic. quæ eſt infrà li. 5. conſt. 7. 56. Quæ ſint regalia: quę eſt lib. 5. conſt. 8. 57. Quot teſtes ſint neceſſarij ad probandam feudi ingratitudinem. li. 5. conſtit. 4. 58. De notis feudor. 59. De ſtatutis & conſuetudinibus contra libertatem Eccleſiæ aditis, & immunitate locorũ religioſorum ubiq; morantium, & fori priuilegio, & Gazaris, & Patarenis & alijs hæreticis, eorũq; ſucceſſoribus & nauigijs peregrinis, & aduenis, quocunq; locorum hoſpitãtibus, eorumq́; ſucceſſoribus, & agricolarum ſecuritatibus: quæ omittitur, quia magis ad tit. de ſacroſ. Eccleſ. cum ſequen. pertinet, quàm ad materiam feudalem. Cõſtitutiones Friderici, quas nonnulli collationem XI. appellant, alij extrauagantes. 1. Quomodo in læſæ maieſtatis reos procedatur. ad leg. Iul. maieſt. & de accuſat. 2. Qui ſint rebelles. eod. & ad titul. de ſeditioſis. 3. De pac. conſtantiæ, lib. 5. conſtitut. 12.

a C. de pact. pign.

b Alua. et Præpoſ. de feud. cog. Zaſ. parte 12. nu. 31. Notẽt id qui pecunias nũc in Cameram principũ locant, feudalemq́; faciũt, ſimulq́; cogitent illud Sapientis: Ne dederis pecuniã tuã mutuò potẽtiori te: ſin autem dediſti, cogita quòd amiſeris. Syrach. 8. Notent & hoc incommodi, qui aurũ ſuum euentu ſæpe Tholoſanum eò collocant. Illud etiam hic admonendi ſumus, feudum à domino uel uaſallo oppigneratũ pro pecunia, non haberi pro feudo, reſpectu creditoris: cum nihil iuris in re, ſed tãtùm in fructibus habeat. Quãobrem et filiæ in hoc ius poſſeſsionis & fructuũ ſuccedũt.

c facit l. maritum. 22. cum ſeq. ſolu. matrim. l. ſunt qui. 16. cum l. ſequen. de re iud.

d d. l. ſunt qui.

e Cuiac. tit. 5. lib. 2.

f de for. fidel. tit. 6. lib. 2. deciſ. Neap. 265.

g c. damnum. de regul. iur. in 6. l. 4. de fideiuſſ. tut. l. pupillus. 24. quæ in fraud. cred.

LXIX.

Qui debeant intereſſe inueſtituræ *, nempe pares curiæ, ſi domino ſint præſtò: cætero qui alij liberi, mares duo uel tres (ad inueſt. formam & probat.).

* §. 1. tit. præcedentis.

LXX.

De re communi in feudum danda, & per quos fiat inueſtitura *, ut rem cum altero, puta cohærede cõmunem, dominus in feudum dare, pro ſua ſcilicet portione, quemadmodum inuito ſocio alienare [a], uaſalluſq; qui ab eo accepit, & in quem ideo actiones tranſeunt [b], ſi communio diſpliceat, ad diuiſionem prouocare poſsit [c] (ad materiam, iudica. &c.) ut is qui ita accepit, eodem iure habeat, quo haberet qui inueſtiuit cum cohærede ſuo, & ideo adæquatio uſque ad 40. annos (quibus iure Longobardo illa præſcribitur) percurrat (ad præſcriptiones & effectum inueſtituræ, ut inueſtitura per nuncium dari & accipi poſsit [d]: ad cauſam eff. & formam inueſtituræ.).

* §. item ſciendum. ſuprà tit. præced.

LXXI.

Si inſtrumentum feudi falſum dicetur *, à domino datur defenſio per ſacramentum, uaſallo ſe defendenti: hoc eſt, reo & poſsidenti: quia pro hoc eſt præſumptio [e]: maximè cum & inſtrumentũ prẹſumatur uerum, donec probetur falſum [f]. quod tamen iniquum fuerit, ſi ex dono inueſtituræ dominus cõueniatur, qui poſsideat. huius enim potius eſſe debet defenſio ex ordine, hoc eſt, cum XII. ſacramentalibus, cum uaſallus nedum poſsideat, utpote fictè tantùm inueſtitus [g], & ideo in cauſam domini, uelut poſſeſsoris, prẹſumptio inclinet [h]: ut de omni controuerſia, quẹ inter dominum & uaſallum oritur, ſi pares ueritatem nouerint, omnino à domino & paribus cogantur iurati ueritatem dicere (ad iudicia & probationes.)

* §. ſi inſtrumentum. eod.

LXXII.

Qualiter iuret dominus aut uaſallus, cum defenſio ei datur * de ſuo facto: puta inueſtituram à ſe factam non eſſe: cæterùm hæres eius aut tutor non de facto alieno [i], ſed ſua tantùm conſcientia, ac ut nunc loquuntur, credulitate [k]: uerbi gratia, ſe neſcire neq; credere inueſtituram eſſe factam. (Eodem.)

* §. ult. tit. præcedentis.

LXXIII.

De alienatione feudi prohibita: ut comprehẽdat etiam locationem leuiſsimo precio factam, & infeudationem fraudulentam (ad alienationes.)

a l. alienationes. 13. l. ſed etſi. 14. fam. bercif. l. 1. C. com. diuid.
b lib. 4. tit. 23. 52.
c l. ult. C. com. diuid.
d lib. 2. tit. 4.
e l. merito. pro ſoc. c. ult. & paßim de præſum.
f l. generaliter. 13. C. de non nu. pec. l. cũ precib. C. de prob. l. ſi poſt diuiſionẽ. C. de iur. & fact. igno. Bald. l. 1. C. de teſtibus. Socin. latè conſil. 213. nu. 7. uol. 2.
g c. 1. quid ſit inueſt. lib. 4. tit. 87. 88.
h l. 2. C. de probat.
i l. generaliter. C. de rebus cred. ex l. Marcellus. rer. amot.
k l. 2. §. fin. autẽ. C. de iur. propter calumn.

LXXIIII.

De feudis ſcutiferorũ, hoc eſt, ualuaſinorum δορυφόρων[a]: quo nomine hodie nobiles indicantur (Gallicè *eſcuiers*) ne ad domini lubitum auferri poſsint: ut feuda gaſtaldiæ uel guardiæ[b] (ad propria, diuiſiones, effectum, & contraria.)

a *uide Cuiac. lib.1.tit.1. §. illud.*
b *d.§.illud.*

LXXV.

De conditione feudi non impleta, puta ſi propter habitationem, quo ibi uaſallus ut cuſtos habitet, aut ob certa ſeruitia datũ ſit, ut habitatione deſerta, uel ſeruitio non præſtito, beneficium amittatur (ad finem & contraria.)

LXXVI.

De fidelitate, hoc eſt, ſacramento fidelitatis, ut domino requirente intra annum pręſtetur, aut feudum amittatur: ne per refutationem feudi, fidelitas prorſus finiatur: ut abſque fidelitate, hoc eſt, ſacramento fidelitatis[c] feudum datum, nihilominus ex felonia (quia fides manet) contra dominum cõmiſſa, amittatur (ad fidelitatem & cõtraria.)

c *lib.2.tit.4.in fin.uerſ. fidelitatem dicemus iuſiurandum.*

LXXVII.

Si plures ſint domini uel uaſalli, an plures fidelitates uel ſeruitia debeantur, ut pluribus quidem dominis, puta fratribus qui patri ſucceſſerunt, etiamſi diuidant, una tantùm fidelitas, ſeruitia uerò omnibus non grauitate, ſed moderamine debeantur: plures uerò uaſalli, donec pro communi & indiuiſim poſsident, unum ſeruitium, unáq; fidelitatem præſtent: partitione autem facta, quot partes, tot ſint fidelitates[d] (ad ſucceſsiones, fidelitatem, effectus, alienationes.)

d *uide lib.4. tit.9.*

LXXVIII.

Culpam unius ex cohęredibus cæteris non obeſſe, quo minus delinquente cum ſuis hæredib. mortuo, ad ipſos à domino, cui apertum ex delicto erat, iure ſucceſsionis reuerti debeat (ad ſucceſ. & cõtraria, ad quẽ apertũ redeat.)

LXXIX.

Vt ratio uaſalli prius quàm domini diſcutiatur: ſi fortè plures his inter ſe ſint conuentiones & reconuentiones. nam pares maiorem habent iuriſdictionem de ſuo pari quàm domino: de cuius iure uerecundius tardiusq; cognoſcunt (ad iudicia, effect. & interpretationem.)

LXXX.

De euictione quam dominus generaliter ex inueſtitura debet, niſi uaſallus conſcientiam rei alienæ habuerit[e] (ad effectum & euict.)

e *lib.2.tit.8. lib.4.tit.1. & 55.*

LXXXI.

De feudis improprijs, quæ auferuntur dantis arbitrio: cum uidelicet pro mercede functionis & adminiſtrationis, puta guardiæ caſtaldiæ data ſunt [a], ut ablata adminiſtratione, uelut cauſa finali ceſſante, finiatur [b] (ad diuiſiones ſpecierum, & contraria.)

a §. illud. tit. 1. lib. 1.
b li. 4. tit. 94. infrà.

LXXXII.

Prius poſſeſsionem reſtituendam, atq; ita uaſallum de ſuo recto feudo inueſtiendũ, & ſi poſſeſsio perturbata uel ablata fuerit, quatenus utrumuis uel utrumq; factum ſit, reſtituendum antè eſſe (uelut in allodijs [c]) quàm de principali cauſa agatur [d] (ad iudicia & ordinẽ cognitionum.)

c l. incerti. C. de interd. l. ordinarij. C. de rei uend. l. ſi de ui. de iudic.
d lib. 2. tit. 4. 20.

LXXXIII.

Si unus ex fratribus dederit ſuam partem in feudo paterno, fratri uel domino, uel extraneo, domino quidem per refutationẽ, extraneo per ſubinfeudationem [e], quod licet [f]: ut quandocunque ſine hæredibus deceſſerit, nulla obſtante præſcriptione (quę aduerſus agere non ualẽtes currere nunquam debet [g]) à quocunque poſſeſſore uelut hæreditarium, fratres & agnati reuocare poſsint (ad ſucceſsiones, alienationes, contraria, interpretationem.)

e ut lib. 1. tit. 2. §. rurſus.
f lib. 2. tit. 4. & 9.
g l. 1. C. de anna. except.

LXXXIIII.

Patrem in feudo filij non ſuccedere, niſi nominatim id pactum ſit (ad cauſ. effic. ſucceſsiones & pactiones.)

LXXXV.

De inueſtitura facta marito, uel utrique coniugi de feudo uxoris, ut huic acquiratur cuius negociũ ſit geſtũ, marito uerò, qui aliàs nõ ſuccedit [h], ſi ſibi, uolẽte & patiente uxore acceperit (ad cauſ. effic. pactiones, ſucceſsiones.)

h tit. 12. 13. lib. 2.

LXXXVI.

De fructibus feudi: ut feudo ex defectu hęredum aperto, fruges extãtes non ad dominum, ſed filias uel uxorem uaſalli pertineant: & hac ratione creditor eos, licet pignori non ſint, uelut allodiale repoſcere poſsit, ſecundum diſtinctionem Imperialis conſtitutionis ſuprà poſitam [i] (ad materiam, acceſsiones, fructus, item contraria, & ad quem quo modo ac iure feudum apertum redeat.)

i tit. 30.

LXXXVII.

An pręſcriptione feudum acquiratur: ſcilicet cùm iuſta traditione, hoc eſt, re ex iuſto titulo tradita & accepta, & bona quæ hinc cõſequi ſolet fide [k], longo tẽpore poſſeſſa. Nam ſi mala fide acceperit, nulla ſe tueri præſcriptione (ſci-

k §. ſi quis à nõ domino. Inſt. de rer. diuiſ.

ne (ſcilicet ordinaria) ut nec de euictione agere poteſt (ad cauſam effic.præſcriptiones,effectum.)

LXXXVIII.

De probatione inueſtituræ:ut ſi non poſsideat uaſallus per Pares curiæ,uel breue teſtatum, hoc eſt, breuem tabellionis ſeu actuarij annotationem, &c, ut nunc loquuntur, protocolli inregiſtraturam de ea factam (ne inopes milites grauioribus probationum parandarũ ſumptibus onerentur:) ſin poſsideat,alijs adminiculis, puta iureiurãdo, &c.fieri,atq; ita de ingreſſu Curiæ,hoc eſt,initio iuris feudalis conſtare poſsit (ad indicia & probationes.)

LXXXIX.

Conditionem tacitè feudum ſequi,hoc eſt,onera, puta ſeruitia & adminiſtrationes [a]: quia prædijs cohærent, ut cæteræ ſeruitutes & qualitates [b]:eoq; cum prædijs,ſi fortè alij ſubinfeudẽtur,tranſeunt:niſi nominatim,domino ſcilicet cõſentiente,abſq; quo alia lege ſubinfeudationes fieri nequeunt, in traditionibus cõditiones illæ excipiantur (ad adiacentia,propria,formam,effectum,alienationes.)

a *lib.4.tit.5. 75.& 104. lib.2.tit.3.§. ult.*

b *l.uia.23.§.ſi fundus.2.l. cum fundo. 36.de ſeruit. ruſt.prædio.*

XC.

Fratrẽ fratri in feudo nouo non ſuccedere, niſi pactũ de ſucceſsione factum ſit (ad cauſ.eff.ſucceſsionẽ & pacta.)

XCI.

De inueſtitura ueteris & noui beneficij, ut fieri poſsit ab his quibus ex conſuetudine,lege,&c. ius eſt:tam maribus quàm fœminis: tam minoribus quàm adultis: tã Laicis quàm Eccleſiaſticis: dum tamen hi ut adminiſtratores Eccleſiæ (quod officium in bene gerendo,non dilapidando cõſiſtit [c]) neq; diſsipent, nec ambitioſè uni cõiunctionis cauſa eam rem dent: qua de re duos pluresúe uaſallos parare potuiſſent (ad inueſtituræ cauſam eff. & formam: item qui in feud. dare accipere poſſ.)

c *l. qui fundũ. §.ſi tutor. ff. pro emptore.*

XCII.

Iuſto errore excuſari uaſallum, qui fidelitatem nõ fecit, ne feudum amittat: ſi fortè de forma fidelitatis contentio ſit, & paratus ſit more maiorum ſuorum iurare (ad fidelitatem,& contraria.)

XCIII.

Factum fratris fratri in feudo paterno non nocere: quia ſcilicet ſi homagio ligium feudum, quod tale non erat, fecerit,poſtq; ſine hærede deceſſerit, feudum ea conditione & qualitate ad fratrem redeat,qua apud patrẽ fuerat: licet

in ſecundam & tertiam generationem, & uſq; in infinitum peruenerit (ad ſucceſſ. effec. contraria: & quo modo ac iure apertum redeat.)

XCIIII.

De feudo guardiæ & gaſtaldiæ: ut ablata gaſtaldia, uelut cauſa finali, auferri poſsit (ad diuiſiones, formã, finem, contraria.)

XCV.

De ſucceſsione feudi paterni: ſcilicet quomodo eá fratres, reliquiq; collaterales capiant (ad ſucceſſ.)

XCVI.

De inueſtitura alieni beneficij: ut ſi à ſciente accipiatur, inutilis ſit abſq; poſſeſsione: cum euictionis regreſſum nõ habeat (ad materiam & effectum.)

XCVII.

Non amittere feudũ eum, qui ſine dolo, hoc eſt, ex iuſta cauſa incidente, per annum in petenda inueſtitura ceſſauit: uel etiam cùm amore alicuius inductus ſeruitium ei præſtiterit: amittere autem, ſi contra ea quæ in fidelitate nominantur, fecerit (ad contraria.)

XCVIII.

Ex delicto uaſalli feudum ad dominum, non agnatos redire, cum contra dominum eſt commiſſum [a] (ad contraria: & ad quem feudum apertum redeat.)

a ut ſup. tit. 78.

XCIX.

De feudo ligio, pro quo nemine excepto fidelitas contra omnes per homagium iuratur: & quamuis nemo duorum ligius homo eſſe queat, tamẽ ne feudum aliud ligium iure ſucceſsionis ligio obueniens aperiatur domino, ſed huic acquiratur: cui licet priori ligio domino per ſubſtitutum ſeruire (ad propria, ſpecies, diuiſiones, ſucceſsiones, effectum, & contraria.)

C.

Imperatorem feudũ amittere, uel alium pro ſe fidelem dare, nomine feudi quod ab alio recognoſcitur (ad fidelitatem & contraria.)

CI.

Eccleſiam fidelitatem non facere, quæ ipſo iure, cũ feudum ab aliquo detinet, ea liberatur, ſicut alij conuentione [b] (ad fidelitatem.)

b lib. 2. tit. 4. §. nulls.

CII.

Non cogi uaſallum pro uno feudo duas fidelitates facere,

cere, ſi dominus plures fortè hæredes relinquat, donec partiantur (ad fidelit.)

CIII.

Filios tantùm ſecũdi matrimonij matri in feudum ſuccedere, quando contemplatione ſecundi uiri acquiſitum eſt (ad ſucceſſ.)

CIIII.

Caſus, quibus fœmina in feudo ſuccedit: ut in feudo ad nulla ſeruitia dato, uel ad ea dato, quæ æquè decenter per fœminam atq; marem præſtari poſſunt: ut cum pro annuo cenſu datũ eſt, quomodo ab Eccleſia dari ſolet [a]: uel cum expreſſum eſt, ut fœminæ ſuccedant ſicut maſculi (ex ui ſcilicet uerbi, ſicut & tenore inueſtituræ: nam aliàs mares fœminas excludunt) in beneficio, utriſq; coniugibus ſcilicet, quæſito: ut cum coniugales, hoc eſt, coniuges, pro ſe & deſcendẽtibus ſimul accipiunt [b]. Nam tali caſu propter fœminam, quæ unà accipit, deſcendentium appellatione uterq; ſexus comprehenditur, ſicut uterq; accipit & infeudatur (ad diuiſiones, pacta, & ſucceſſ.)

a Iaſo. in prælud. feudor.

b uid. lib. 1. tit. 2. §. pen. Cuiac.

CV.

De feudis habitationum: ut niſi aliud cautum ſit, morte accipientis uelut alia habitatio [c] relicta, finiatur (ad ſpecies & contraria.)

c L. cum antiquitas. 13. C. de uſufruc.

CVI.

Seruos poſt delatã ſucceſsionem, hoc eſt, à morte eius de cuius bonis agitur, & cui ſuccedere ratione propinquitatis uel pacti, &c. debeant, manumiſſos, in feudum non ſuccedere (ad cauſam efficientem, ſucceſsionem: & qui feudum accipere poſsint.)

CVII.

Vt uaſalli ſumptibus domini ſeruitia præſtent: cum nemo proprijs cogatur militare ſtipendijs [d], maximè ſuam extra ciuitatem: niſi aliud pactionibus cautum ſit (ad effectum & adiacentia.)

d Spec. de ſpor. nu. 6. & 10. & de ſal. ad. num. 1.

CVIII.

Vaſallum feudum in alium poſſe arctiore, quàm ipſe habeat, non liberiore lege transferre (ad formam, pactiones & alienationes.)

CIX.

Clericatu feudum amitti: ut milites Chriſti Chriſto, milites ſeculi ſeculo ſeruiant (ad cauſ. eff. qui feudum accipere poſsint, & contraria.)

DE

DE FEVDIS

LIBER QVINTVS.

Quo uariæ conſtitutiones Impp. ad hanc partem iuris pertinentes continentur.

I.

COnſtitutio Conradi de beneficijs: qua ſtatuit, ne quis militum feudum amittat ſine certa & cõuicta à ſeniore, hoc eſt, domino culpa: ac ne ſic quidem, ſi à parium ſententia ad Imp. appellârit: nullo uerò modo, nullaúe ex cauſa deueſtiatur, hoc eſt, priuetur ijs quæ proprietario aut ſimili iure tenet (ad affinia & cõtraria:) qua uerò deſcendentes dehinc collaterales ad ſucceſsionem admittit, ita tamẽ, ut ſeniori, hoc eſt, feudi domino ſecundum morem maiorum equus & arma dentur (ad ſucceſſiones:) qua ſeniorem ſine cõſenſu militum alienare prohibet (ad alienationes.)

II.

Conſtitutio Henrici de cauſis amittẽdi feudi, deq; probatione ac purgatione earundem cauſarum, atq; adeò de toto iudicio reuocatorio (ad iudicia & contraria.)

III.

Conſtitutio Henrici de uaſallo qui unum ex dominis refutauit, ne eundem offendere poſsit, aut feudum amittat (ad fidelitatem, alienatio. & contraria.)

IIII.

Alia conſtitutio eiuſdem Henrici, ut ingratitudo uaſalli probetur teſtibus quinq;, ſummæ atq; integræ opinionis (ad iudicia, probationes & contraria.)

V.

Conſtitutio Lotharij tertij [a] de feudis non alienandis: & ut uenditor fraudulentus beneficium & precium amittat: notarius qui ſuper eo libellum (ut in libellarijs contractibus) aut inſtrumẽtum [b] confecerit, infamiam ſubeat (ad alienationes & pœnas.)

52. lib. 2: De prohibita feudi aliena. per Lothar. in uulg.

VI.

Alia eiuſdem Lotharij conſtitutio, de inueſtitura non petita intra annum, ut ſi iuſta cauſa impediẽte factum ſit, feudum non amittatur (ad inueſtituram & contraria.)

VII.

Conſtitutio Friderici primi [c], de feudis nec à domino [d], neq; à uaſallo alienandis: deq; ducatibus non diuidendis (ad alie-

55. De prohib. feudi alien. per Feder. factis.

a Cuiac. tit. 17. lib. 1.

b l. contractibus. 14. C. de fid. inſtrum. in Auth. de tabell.

c Cuiac. conſt. 9. lib. 5.

d §. præterea ducatus. h. t.

(ad alienationes:) ut feudum ex alienatione uel ſubinfeudatione fraudulenta amittatur: ſcriba qui ſuper eo ſciens inſtrumentum conſcripſit[a], ſuper infamiam etiam manu mulctetur (ad contraria & pœnas.) De alijs capitulis, ex quibus feudum amittitur: puta ob non petitam inueſtituram[b], non præſtitum ſeruitium[c], neq; debitum redditum ſubſidium[d], ob offenſionem filij, uel domeſtici, uel ſubuaſalli[e] (Eod.) ut ex diuiſione uaſallus pro uno feudo plures dominos habere nõ cogatur[f]: in omni ſacramẽto Imperator excipiatur (ad fidelit.) ut controuerſia duorũ uaſallorum à domino, huius uerò & uaſalli à paribus cognoſcatur (ad iudicia feudalia & forum competens.)

a §. callidis.
b §. præterea.
c §. firmiter.
d §. inſuper.
e §. illud.
f d. §. præterea ducatus.

VIII.

56. Quæ ſint regalia.

Alia cõſtitutio de iure fiſci & regalijs: ut ſunt, armania, hoc eſt, arma[g], armamentaria[h] publica, uiæ publicæ, flumina nauigabilia, uel ex quibus nauigabilia fiunt, portus, ripatica, hoc eſt, portoria, uectigalia quæ uulgò telonea, monetæ cudẽdæ ius, mulctarũ pœnarumq; compẽdia ſeu utilitates, uulgò banna, bona uacãtia, uel quę indignis aut læſæ maieſtatis reis, aut inceſtas contrahentibus nuptias, aut dãnatis (pręſentibus ſcilicet[i]) aut proſcriptis (abſentibus[k]) ex ll.[l] uel nouis cõſtitutionibus[m] auferũtur. Angariarum, parangariarum, plauſtrorum & nauium præſtatio extraordinaria: puta fodri (à Germanico Futter) ad expeditionẽ Imperatoris collatio: magiſtratuũ creatio[n], argẽtinæ, hoc eſt, argẽtifodinę: palatia in ciuitatib.[o] piſcationẽ ex publicis fluminibus, & ſalinarũ reditus: theſaurus in loco Cæſaris uel religioſo inuentus[p] (ad affinia.)

27. De pace tenenda, & eius uiolatoribus.

g in Auth. de armis.
h Cuiac. hic.
i l. autem. de pœn.
k t. t. de req. reis.
l de his quibus ut indig.
m No. 12. 134.
n l. 1.
o l. penult. ult. C. de pub. oper. & lib. 12. circa fin.
p uide 5. de iure fiſ. & de theſauris. li. 10. l. 3. ff. eo. de iur. fiſ.

IX.

Alia conſtitutio eiuſdẽ (ſcilicet primi Friderici) de pace tenenda 27 (Eod.) ut inueſtitura feudi per teſtimoniũ inueſtitoris probari poſsit (ad inueſt. & probat.)

53. De pace tenenda inter ſubditos, & iuramento firmanda: & de pœna iudicibus appoſita, qui eam uindicare, & iuſticiam facere neglexerint.

X.

Alia cõſtitutio Friderici Imperatoris, de incẽdiarijs & pacis uiolatorib. uelut ſunt q uineas & pomaria excidũt, ut proſcribantur, & feudis careãt (ad cõtraria, & pœnas.)

XI.

Alia conſtitutio eiuſdem de pace componenda & retinẽda inter ſubiectos (ad affinia:) & de alijs[q] capitulis 53: puta feudo per infeudationem ab Eccleſia acquirẽdo (ad cauſam eff. & qui dare accipere poſsint.) uel ob non præſtitum publicæ expeditionis ſeruitium, fructuumq; ſubſi-

q §. penult. §. ult.

dium amittendo, poſtquam id per pares probatum eſt (ad effect. contraria.)

XII.

Alia eiuſdem Friderici conſtitutio de pace cõſtantiæ 3: de cognitione regalium [a] (ad affinia & iudicia.) Vt uaſalli ciues à 16. ad 70. uſq; annum fidelitatem Imperatori certo ſolenniq; modo faciãt [b], & decimo quôq; anno renouẽt [c] (ad cauſam eff. qui accipere in feudum poſsint. ad fidelita. &c.) Vt qui tempore guerræ uel treugę inueſtituram non petierint, neq; debita ſeruitia bello impediente præſtiterint, feudum ne propterea amittant [d] (ad cõtraria.) Vt libellarij & precarij in ſuo ſtatu permaneant, ciuitates munire liceat, fodrum regale, refectiones uiarũ & pontium, mercatus pro precio iuſto ſeu cõmunis curſus, tranſeunti Imperatori bona fide præſtentur (ad affinia.)

3. In extrauagante.

XIII.

Alia conſtitutio Friderici de iure protomiſeos ſeu retractus, quod habent iure ciuili conuicarij [e], non propinqui [f]: niſi ex conuentione [g] uel in auctione bonorum [h], iure porrò feudali domini [i] feudi & emphyteuſeos [k]. Itẽ parentes, hoc eſt, cognati & cõſortes [l] (ad effectũ & affinia.) Vt decennio omnis querela protomiſeos præſcribatur: quam tamen extra materiam feudi, ubi (niſi in extraneum facta ſit alienatio [m]) annalis eſt [n]: quoniam [o] intra hoc ſpaciũ inueſtitura peti debet [p]. alij [q] perpetuò, hoc eſt 30. annis durare uolunt: niſi diſertè ſtatutis aliter caueatur [r]. (Eodem, & ad præſcriptio.) Vt ſi ad eludendum ius protomiſeos, ſimulatio alterius liciti contractus inſimuletur, rem & precium contrahentes amittant, eademq; fiſco cedant, poſt iuramentum fraude probata: antè uerò ſimulatione detecta, contractus annihiletur, & res ei qui ius habet protomiſcos, uendatur (ad affinia.)

XIIII.

Alia eiuſdem de iure protomiſeos, ut pertineat ad uenditiones, non donationes, dotes, ultimas uoluntates, permutationes, tranſactiones, fraudis expertes (ad affinia & alienationes.)

XV.

Nouella Romani eadem de re: ut denunciatis qui retrahere

a §. uolumus. b §. omnes. c §. nobis. d §. uaſalli. e l. 1. C. non licere hab. metro. li. 10. f l. dudum. C. de contrab. emp. g l. qui Romæ. §. cohæredes. de uerb. oblig. u. de Tiraq. de ret. conuent. h l. cum bona. de reb. aut. iud. poſ. l. Imperator. de pac. i lib. 2. tit. 4. & 9. lib. 4. tit. 14. k l. ult. C. de iur. emph. l ut hac conſtit. m gl. & Dd. §. Titius. ſi de feud. contr. latè Tiraq. de retrac. lig. §. 1 glo. 10. nu. 9. cum infinitis ibi allegat. n § Titius. ſi de feud. fuer. controu. o Iaſ. l. prætor. §. ult. de op. no. nunc. Dec. conſ. 328. in caſu. Tiraq. præall. loc. nu. 8. allegantes hanc rationem. p c. 1. §. præterea. de prob. feu. al. per Feder. c. 1. de cap. corr. q Tiraq. præall. §. 1. gl. 10. nu. 10. r ut d. §. 1. de retrac. lig. conſ. 32. parte 2.

here poſsint præſentibus, detur menſis: procuratoribus eorum abſentium, quatuor menſes: non denunciatis, decennium [a]: domino feudi, annus [b]: emphyteuſeos, bimeſtre [c] (Eodem.)

XVI.

Nouella Conſtantini Porphyrogennetę de militaribus prædijs, quæ modo feudi, ſine recognitione tamen, militibus, præcipuè ad limites Imperij, ob cuſtodiam & defenſionem conceduntur [d], non alienandis (Eodem.)

XVII.

Aurea bulla Caroli IIII. de electione Imperatoris, de pace ac ordinationibus Imperij, ſub pœna amiſsionis feudorum obſeruandis (ad affinia & contraria.) de feudis ab Electoribus tempore interregni dandis: maioribus non dandis: ſcilicet regalibus, quæ Fhanlehn [e] uocantur (ad ſpecies, cauſam eff. qui dare poſsint.) de feudis non alienandis, de fraudulentis refutationibus ac renunciationibus feudorum, factis in hoc, ut dominus offendi poſsit, caſſandis (ad alienationes.) de feudo ex eiuſmodi cauſa committendo (ad contraria.)

OECONOMIA IVRIS CANONICI.

ALTERAM *Iuris politici partē, diximus eſſe ius Pontificium ſeu Canonicum, quod multis poſt ius Ciuile ſæculis, à pontificibus Rom. ad illius credo æmulationē conditum eſt & concinnatum. Canon in foro ciuili præſtationem ſeu penſionem annuam* [a]*, in Eccleſiaſtico regulam* [b]*, & hinc conſtitutiones conciliorum* [c]*, aliaſq; ad Eccleſiam pertinentes, bene beateq; uiuendi regulas quaſdā, ſignificat* [d]*: cuiuſmodi primò fecerunt, ut fertur, Apoſtoli* [e]*, pòſt concilia* [f]*, ſubinde pontifices Rom.* [g] *qui ut Auguſti ius populi* [h]*, ſic ad ſe ipſi authoritatem conciliorum, atq; ipſorum adeò Cæſarum traduxerunt* [i]*. Eos canones extrauagantium inſtar prius habitos (unde manet fortè in allegandis decretalibus per Extra indicatio) ſæpe di-*

R 2 *uerſos*

a 5. conſtit. præcedente.
b 5. lib. 2. tit. 9.
c l. ult. C. de iur. emphyt.
d uid. Duar. Hanneto. in orig. feudo.
e de his uide Speculum & Lebenrecht, Sax.

a l. 1. C. de iudic. lib. 10. l. ult. C. de colla. fun. patr. lib. 11. et paſſim in tribus ultimis lib. Cod.
b c. Canon. diſt. 3.
c Nouell. 131. de Eccle. ca. c. nonnulli. de reſcrip. c. 1. 2. 3. de for. comp.
d l. priuilegia. 12. C. de ſacroſ. Eccleſ.
e uide Cano. Apoſtol. et c. Apoſtolorū. cum ſeq. diſt. 16.
f d. c. nonnulli.
g c. 1. ubi Panor. & Dd. de conſtitut.
h l. 1. de conſtit. princ.
i c. 1. 2. cum ſequent. 17. diſtinc. uide Anto. Roſ. de poteſt. pap. Dec. conſil. 151. num. 20.

uerſos & contrarios, quòd alia alijs ſucceßoribus placerent, multi in uolumina, exemplo Iuſtiniani referre, & diſpunctis ijs qui nõ placerẽt, ad aliquã redigere concordiam ſunt conati. Ac Gratianus quidẽ monachus Bononienſis, circiter annum[a] Domini 1109. ut alij uolunt, 1150. ætate nimirũ Irnerij, ciuilis Iuriſprudentiæ inſtauratoris, magnam eorũ copiam, in librum qui Decretum inſcribitur, comportauit: & modo Digeſtorum fermè compoſitum, in tres partes, pro numero obiectorum[b] iuris, diſtinxit: prima quæ ad iuris principia, partes & ſpecies, iuraq́ perſonarum Eccleſiaſticarum pertinent, uelut τὰ πρῶτα diſtinctionibus centum & una (unde nomen) complexus: altera materiam rerũ iuridicarum ac iudiciorum Eccleſiaſticorum, per cauſas trigintaſex (quibus & pœnitentiæ tractatus, ut eiuſdem audientiæ ſubiectum inſeritur[c]) & uarias earundem cauſarum quæſtiones, per rationes dubitandi ac decidendi reſolutas (ex quo cauſarum & quæſtionum appellatio) diſtributam: tertia totius iuriſdictionis ac miniſterij Eccleſiaſtici iura, ritus, ordinationes & conſecrationes (unde uelut à principaliori nomen eſt[d]) quinq́ diſtinctionibus abſolutas. Vt autẽ Adrianus ex perpetuo edicto, quod Iulianus priuatim compoſuerat, ius publicè dici poſtea uoluit: ſic Eugenius pontifex hoc nuperum Decreti opus, quamuis à priuato tantùm homine utcunq́ digeſtum, ad gratiam tamen ſedis, ut apparet, Romanæ cõſcriptum, publicè in Academijs pro iure proponi & doceri deinceps iußit. Conſentaneum eſt etiam gloria & dignitate iuris ciuilis, quod iam acerrimis ſtudijs, quia præclara res eſſet, inſtaurabatur, unde non minimum authoritatis etiam & ſplendoris Impp. accederet: commotos eſſe Põtifices, ne qua re inferiores illis eſſent, nè ue ſuis legiſlationibus illorũ ſanctiones aliquando præuerterent: ut de componendo inſtar iuris ciuilis, certo quodam ſuæ iuriſdictionis iure, cogitationẽ rationemq́ inirent. Subinde roborata Paparũ authoritate, & multiplicatis

a gl. c. poſt appellationẽ. §. ego Adeling. uerb. ſi quis. 2. q. 6. Cald. in proœ. Decreta. Card. Alex. in proœ. Decreti.

b li. 2. de ſtabom. §. ult. Inſt. de iure natura. gen. & ciuili.

c 33. quæſt. 3.

d l. 1. ubi Dd. de uerb. oblig. l. imperium. de iuriſdic. ubi Iaſ. Felyn. in rub. de off. delega.

plicatis eorũ conſtitutionibus, diuerſis interdũ, uel etiã contrarijs, quas iã traductis ad ſe Imperij faſcibus, iure principali, uelut reges regum & domini dominãtium, propalàm faciebant, cœperunt eorum agentes in rebus & adminiſtri, pari ſtudio has in uolumina referre[a]. *Ex quibus omnibus Gregorius* IX. *unum tandem reliquis abſolutius, uſibus & temporibus opportunum, per Raymundum Barcinonenſem capellanum & pœnitentiarium ſuum*[b], *circiter tempora Accurſij, & annum Domini 1231. concinnari iuſſit: & compoſitum inſcripto Decretalium (epiſtolarum uidelicet ſeu reſcriptorum*[c]*) titulo, pro iure Pontificio, ex quo ius in foro Eccleſiaſtico diceretur, publicauit*[d]. *Hoc opus ad rationem Pandectarum atque Codicis informatum eſſe, facilè ex collatione intelligi poteſt. Nã ut in his ciuile, ita in illo omne canonum ius, ad iudiciorum rationem digeritur & explicatur. In primo etenim libro poſt iuris canonici principia, exponuntur ſtatim ordines, gradus, iuriſdictiones & officia magiſtratuum, qui iuriſdictioni Eccleſiaſticæ præſunt: unà cum his quæ circa perſonas resq́; litigãtium initio iudiciorum uerſantur: ut ſunt pacta, tranſactiones, poſtulationes, reſtitutiones, arbitria: prorſus ut in prima Digeſtorum ac Codicis parte. Deinceps in ſecundo libro, partes, ordo, progreſſus, & exitus communes iudiciorum, tam ciuilium quàm criminalium. In tertio & quarto, materia iudiciorum ciuilium. In quinto, cauſæ iudiciorum criminalium: ut uerſiculo antiquo comprehenſum eſt:*

Iudex, iudicium, clerus, ſponſalia, crimen.

Et alijs eiuſmodi aliquanto fuſius:

Pars prior officia creat, Eccleſiæq́; miniſtros,
Altera dat teſtes, & cætera iudiciorum,
Tertia de rebus & uita presbyterorum.
Nubendi formã dat ſponſis quarta decẽtem,
Vltima de uitijs & pœnis tractat eorum.

Huncueluti codicem Pontificiarum iuſſionum ſubſecu-

a uide Hoſtienſ. in proœ. Decret. nu. 10.

b uide 1. conſt. Decret.

c c. 1. de reſcr. c. bonæ. de elect.

d uide conſt. 1. Decretal.

tæ ſubinde ſiunt uelut Nouellæ quædam ſuccedentium Paparum conſtitutiones: quibus pro rerum incidētium uſu alia ſupplentur, alia emendantur, alia declarātur. Ex quarum cumulo, authore Bonifacio VIII. *confectus eſt anno 1298. ſextus Decretalium liber, in quinq; uolumina conſimili ordine, ijſdemq; titulis (non tamen omnibus) diſtributus. Eadem item paulo pòſt diuiſione & ratione à Clemente* V. *Pontifice, anno 1311. in concilio Galliæ Viennenſi informatæ, & illo rebus humanis exempto, per ſucceſſorem Ioannem* XXII. *anno 1329. abſolutæ ac publicatæ Clementinæ, ab authore ſic nuncupatæ. Ac ſuper hæc poſtmodum editæ à uarijs Pontificibus conſtitutiones, quæ nullo certo deinceps authore in libros Extrauagantium, quarundam uice legum Imperialium* [a]*, eadem tamen qua Decretales methodo, ijſdemq; ſub titulis, ſunt relatæ. Nam ut in Decretalibus, ita in ſexto, Clementinis, & Extrauagantibus, hæc quinque, ut dixi, totidem libris tractantur:*

Iudex, iudicium, clerus, ſponſalia, crimen.

excepto quòd quartus in Extrauagantibus liber, ut loquuntur, uacat. Ex quibus ſcire licet, partibus Decreti ſummatim diſtributis, & expoſito titulorum qui in Decretalibus extant ordine, ſimul & reliquarum iuris Canonici partium, ſeriem ac œconomiam abundè cognoſci: ut opus non ſit de ijſdem eadem pluribus locis fruſtra repetere & inculcare.

a l. unic. uerb. extra corpus Codicis diuagabātur. C. de emēdan. Cod. uid. Extra. Nouell. Freder. Extra. coll. 10.

DECRETVM
GRATIANI.

TRES in partes opus Gratiani, ſecundum tria iuris obiecta [a], diſtinctum eſſe diximus. Ius enim omne, tam Ciuile quàm Pōtificium, refertur partim ad perſonas, quæ ius ſtatuunt, & quibus ſtatuitur, tanquam ad cauſam efficientem & finalem (nam ab his & harum cauſa ius omne conditur [b]:) partim ad res, de quibus ſtatuitur, uelut ad materiam & ſubiectum: partim ad actiones & iudicia, per quæ

a l. 1. de ſtat. homin. §. ult. Inſtitut. de iur. nat.

b l. 2. de ſtat. hom. l. in pecudū. §. 1. de uſur. §. ult. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.

quę ius redditur, quaſi cauſam ad inſtrumētalem, formam & euentum. Vt igitur in Inſt. Pandec. & Cod. iuxta ſeriem horum obiectorum ius ciuile tres in partes diſpertitum eſt: quarum primæ iuris fontes & principia rectè prępo-

I. pars. nūtur [a]: ſic Decreti pars anterior, princeps iuris Canonici obiectum, nempe caput & ortum Pōtificij iuris, & ea quæ perſonas Eccleſiaſticas attingūt iura, complectitur & ex-

II. pars. hibet. Altera materiem, hoc eſt, cauſas & quæſtiones hu-

III. pars. ius iuris. Tertia ritus, actiones, conſecrationes, iuriſdictio nes, executiones: cuiuſmodi eſt ſacramentorum conceſſio uel denegatio, quam excommunicationem uocant.

a *Inſtit. de iur. natur. D. de iuſt. & iur. Cod. lib. 1.*

Prima pars 101. diſtinctionibus conficitur: quarū priore ad 21. uſq; diſtinct. fontes iuris Canonici per definitiones & diuiſiones aperiuntur: poſteriore iura, dignitates, gradus, electiones, ordinationes, officia perſonarum Eccleſiaſticarum deſcribuntur hoc modo.

I. Diſtinctio, ius in diuinum & humanum partitur, ac utriuſq; ſpecies & exempla ſubijcit.

II. Tribuit ius Quiritum & Ro. proprium, in leges, plebiſcita, S.C. conſtitutiones principum, edicta magiſtratuum, reſponſa prudentum.

III. Conſtitutiones & leges omnes (nomine generatim & ἐν πλάτει ſumpto [b]) diuidit in ciuiles & Eccleſiaſticas: q; canones, tāquam bene uiuendi regulę [c] nominātur: atq; his officiū & effectio legum cunctarum ſubiungitur.

b *ut l. 1. cum ſeq. de leg.*
c *c. 3. hoc tit.*

IIII. Quarta docet quales eſſe leges oporteat, & quæ uis earum ac poteſtas ſit.

V. De ortu ác perpetuitate iuris naturalis.

VI. Eſt digreſsio de ſuperfluitatibus naturæ, & illuſionibus nocturnis.

VII. De origine Conſtitutionum.

VIII. De differentia iuris naturalis, conſtitutionis & conſuetudinis, ab effectu potiſsimùm ſumpta: quia naturale ius cæteris anteferri debet.

IX. Conſtitutiones hominum iuribus naturæ cedere multipliciter probat. Natura quippe diuinæ ſapiētię pars eſt, & ante omnes imperauit: nec leges accipit, ſed dat.

X. Leges Cæſareas, ipſumq; adeo Cæſarem, legibus diuinis & naturalibus ſubiungit.

XI. Conſuetudinē quālibet inueteratā iuri diuino naturæq; poſtponit.

XII. Morem ritumq; in Eccleſijs admittit: qui non iuri diuino, pijsq; canonibus aduerſetur.

XIII.

XIII. De iure naturę, quo diuinum etiam amplectimur, docet nihil eſſe diſpenſandum.

XIIII. Excipit neceſsitatem, quæ de duobus malis, minus ut eligatur, ſuadet.

XV. Poſt expoſita iuris huius genera ſpeciesq́;, originem Canonum, Conciliorum, Decretorum, tam laudabilium quàm illaudatorum hiſtoricè recenſet.

XVI. Qui canones quos Apoſtolorum uocant, & quæ concilia, potiſsimùm recepta ſint. (poſsit.

XVII. De cauſa conciliorũ efficiẽte, & quis ea cogere

XVIII. Quatenus & ad quem uſum Epiſcopis in ſua diœceſi ſynodum inſtituere liceat.

XIX. De effectu & authoritate decretaliũ epiſtolarũ.

XX. De affinibus harum & cõtrarijs, per collationem cum reliquis Doctorum in Eccleſia ſcriptis factam.

XXI. Principijs ita iuris patefactis, ad iura perſonarũ Eccleſiæ fit tranſitus: & nomina, dignitates, ordines, functiones Eccleſiaſticorum proponuntur.

XXII. De Pontificũ gradibus, & authoritate eccleſiæ Rom. Conſtãtinopolitanę, Alexandrinę, Ieroſolymitanæ.

XXIII. De electione & ordinatione Pontificum.

XXIIII. De electione & ordinatione Epiſcoporum, & inferiorum Eccleſiæ miniſtrorũ cum examine faciẽda.

XXV. Cur eligantur, cui rei præponantur: quod cuiuſq; ſit officium.

XXVI. Prælatum oportere unius eſſe uxoris uirum.

XXVII. Vtrum hoc de tempore ordinationis, an adminiſtrationis ſit accipiendum.

XXVIII. Quibus ordinibus coniugia permittantur.

XXIX. Decreta ex cauſa, tpe, loco, pſonis eſſe ęſtimãda.

XXX. Damnantur qui coniugia damnant, prætextuq́; religionis diſſoluunt. (ignotum.

XXXI. Primitiuæ Eccleſiæ cœlibatũ clericorum fuiſſe

XXXII. De continentia & caſtitate ſacerdotum.

XXXIII. De concubinarijs, pollutis & uitioſis non ordinandis.

XXXIIII. Suſpicioſa mulierũ etiã ꝑpinquarũ familiaritate, uenationib. itẽ & aucupijs ꝑlatos abſtinẽdos eſſe.

XXXV. Vinolentum non eſſe ordinandum.

XXXVI. Nec illiteratum, aut corpore uitiatum.

XXXVII. An literis ſæcularibus Eccleſiaſten erudiri conueniat.

XXXVIII.

XXXVIII. Ignorantiam ſacerdotum & ipſis & populo perniencioſam eſſe.

XXXIX. Prę͏latum oportere ſęcularium negociorum eſſe peritum.

XL. Item bene moratum & hoſpitalem.

XLI. Omni cultu externo nec affectatè ſordidum, nec exquiſitè lautum.

XLII. Non ſolùm hoſpitalem, ſed & liberalem.

XLIII. Prudentem & διδακτικόν. (uentrem.

XLIIII. Non uinolentum, lurconem, intemperantem,

XLV. Non percuſſorem & aſperum.

XLVI. Non arrogantem & litigioſum.

XLVII. Non uſurarium.

XLVIII. Non neophytum.

XLIX. Integrum uitæ ſcelerisq; purum.

L. Non prolapſum in crimina, pœnitentiæq; relictum, multo minus impœnitentem.

LI. Non militem, pragmaticum, curialem.

LII. Vt ordine per gradus ſemper à minoribus ad maiora clerici promoueantur.

LIII. Quare ſit conſtitutum, ne curiales ordinentur.

LIIII. De ſeruis clietibus, libertis, ſine dominorum & patronorũ, qui ius ſuum repudiẽt, cõſenſu, nõ ordinãdis.

LV. De mutilatis & uitiatis, non ordinandis.

LVI. De presbyterorum liberis, alijsque ſpurijs ordinandis, uel non.

LVII. De baptizatis in ægritudine, quorum fides non uoluntaria, ſed ex neceſsitate eſt, non admittendis, niſi fides pôſt approbetur, & hominum id raritas exigat.

LVIII. De monachis non recipiendis.

LIX. De non recipiendo, qui diſciplinis Eccleſiæ neceſſarijs non rectè ſit imbutus : & ut gradatim ad ſummam epiſcopen aſpiretur.

LX. Quibus ex ordinibus archipreſbyteri, præpoſiti, archiepiſcopi, eligantur.

LXI. Laicos non eſſe ad archiepiſcopen arceſſendos.

LXII. Epiſcopi & clerici à quibus eligantur, & dein conſecrentur.

LXIII. An & quatenus Eccleſiaſticorum electioni, laici etiam principes intereſſe uel præeſſe poſsint.

LXIIII. A' quibus, quo tempore, & quibus in locis ſacri ordines diſtribuantur.

LXV. Comprouincialium Epiſcoporum, aut certè maioris ex partis conſenſu Epiſcopus eliguntor.

LXVI. Archiepiſcopus ab omnibus ſuæ prouinciæ Epiſcopis ordinantor.

a de his c. 3. 4. 5. diſt. 68.

b c. antepe. & pen. diſt. 68.

LXVII. Presbyteri & Chorepiſcopi[a] (quorum ordo hodie ſublatus eſt[b]) cum conſenſu tamen ſacerdotum & ciuium ordinantor.

LXVIII. Qui ab his quos conſtat non fuiſſe Epiſcopos, ordinantur, an iterum ſint conſecrandi.

LXIX. De tonſura & exorciſmo.

LXX. Neminem ab externo Epiſcopo, ſed nec à ſuo abſolutè, hoc eſt, ſine titulo & Eccleſia, uel Eccleſiaſtico munere, ad quod uocatus ſit, eſſe ordinandum.

LXXI. De clericis ab Epiſcopo alterius ciuitatis non ordinandis: & ne quis ſine literis ſui Epiſcopi commendatitijs, in alia Eccleſia recipiatur aut miniſtret.

LXXII. Dimiſſorias eiuſmodi literas non facilè concedendas eſſe: ſed unumquemq; in Eccleſia, ad quam allectus ſit, eſſe retinendum[c].

c adde c. ult. 5. diſt. 70. & tot. diſt. 71.

LXXIII. Forma commendatitiarũ & dimiſſoriarum.

LXXIIII. De inuitis non promouendis.

LXXV. De tempore, locoq; ordinationis: & ne poſt tres ab electione menſes differatur.

LXXVI. De ieiunijs tum & aliàs obſeruandis.

LXXVII. De gradibus dignitatum, & quæ tempora ac interualla, priuſquam ab inferioribus ad altiores aſpiretur, in ſingulis ſint ſeruanda.

LXXVIII. Cuius ætatis ordinandos eſſe conueniat: & de examine.

LXXIX. De Canonica Põtificum electione & inthroniſatione.

LXXX. De locis, in quibus primates & Epiſcopos domicilium conſtituere oporteat: & ut non niſi in nobilioribus urbibus collocentur.

LXXXI. De non promouendis, imò potius loco mouendis criminoſis.

LXXXII. Vt Epiſcopi pauperibus, qui ſuis ſibi manibus ſuppeditare nequeunt, neceſſaria prouideant.

LXXXIII. Vt non tantùm ipſi peccatis abſtineant, uerumetiam alijs ne quid in his indulgeant, aſſentiantur, aſſententur, aut parcant.

LXXXIIII. De Epiſcopi officio, quod pauperibus, oppreſsis, pijs locis, eorumq; bonis debet.

LXXXV.

LXXXV. De hoſpitalitate Epiſcoporum: & ne inhoſpitales admittantur.

LXXXVI. Doctorem eſſe Epiſcopum oportere, qui doctrina non grammaticæ, ſed ſacræ Scripturæ ſuis præeat: & ut liberalitatem, cum prudentia tamen & iudicio, hoc eſt, in dignos & egētes, non in res inanes & ſumptuoſas necquicquam exerceat.

LXXXVII. De patrocinio quod uiduis, orphanis & alijs opem ſuam implorantibus, Epiſcopus debet.

LXXXVIII. Prohibentur clerici ſęcularia cupiditatis negocia ſuſcipere: non etiam pietatis curam uiduis & orphanis impendere.

LXXXIX. Oportere Epiſcopū domi ſuæ bene pręeſſe: nulli quālibet exercitatæ perſonæ duo ſimul officia cōmittere: nec res Eccleſiæ ſęcularibus gubernādas tradere.

XC. De litigioſo non ordinando.

XCI. Ne turpi lucro clericus ſit deditus: ſed ſi quātum ſatis eſt ad neceſsitatē non ſuppeditēt oblationes & reditus Eccleſiæ, ut proprio artificio, ac honeſto manuum labore, Apoſtolorū exēplo, quod opus eſt, quærat: ita tamē, ne miniſterijs Eccleſię, excepta inualetudinis cauſa, deſit.

XCII. De hymnis in Eccleſia corde magis quàm uoce decantandis: & de Epiſcopis & clericis, aut non receptis à ſua Eccleſia, aut eam non adeuntibus.

XCIII. Inferior ordo ſuperiori obedientiam & reuerentiam præſtet.

XCIIII. De uicariorum & archidiaconorū poteſtate.

XCV. Diſtinctio recens inter Epiſcopum & presbyterum: cum olim idem munus fuerit [a]. *a c.olim.6.*

XCVI. De diſcrimine Pontificiæ poteſtatis & regiæ, cui ius in Eccleſiam adimitur.

XCVII. De Cæſarea in Eccleſiā poteſtate, & de legationibus.

XCVIII. De peregrinis non ordinandis, niſi quinq; Epiſcoporum literis ſint deſignati.

XCIX. De primatibus & patriarchis.

C. De Epiſcopis ante pallium acceptū non ordinādis.

CI. In una prouincia duo ne metropolitani ſunto.

DECRETI PARS II.

CAVSA I.

De eo qui non gratis, ſed exacta, dataq; ab eius patre mercede, ad ordines receptus eſt.

Cuius quæſtiones.

I. An ſit peccatum emere ſpiritualia. Reſpōdetur eſſe.

II. An pro ingreſſu Eccleſię pecunia ſit exigenda: uel ſi exacta fuerit, an perſoluenda. R. nihil exigi, ne quidem promiſſum poſſe: ultrò tamen oblatum rectè recipi.

III. An initiationem ordinis uel præbendas nundinari ſit ſimoniacum. R. eſſe.

IIII. An crimen paternum ignoranti imputetur. R. non imputari.

V. An liceat ei functionem Eccleſiaſticam patris nummis emptam obire. R. non licere.

VI. An ualeat ordinatio à ſimoniaco collata. R. ignoranti ualere.

VII. An hæreſin abiurantes in priſtinum ordinis locum recipiantur. R. recipi poſt palinodian publicam, & nouam ordinationem.

CAVSA II.

De Epiſcopo notorij criminis accuſato, & ea re ſpoliato.

Cuius quæſtiones.

I. An in manifeſtis iudiciarius ordo requiratur. R. in dubio requiri: in certis & notis non iudici tantùm, uerùm & alijs non item.

II. An ſpoliatus accuſari & iudicari debeat. R. non antè poſſe, quàm ſit in integrum reſtitutus.

III. Qua pœna teneantur, quos accuſationis ueritas deficit. R. infamia, talione, excommunicatione, niſi per abolitionem ritè impetratam deſtiterint.

IIII. An duorum teſtimonijs Epiſcopus conuincatur. R. Ex lege quidem diuina duorum uel trium uerbo ſtari, ſed iure Canon. plures ad Epiſcopum arguēdum requiri.

V. An accuſatoribus cauſa cadentibus, cogendus ſit reus ad purgationem. R. ex probabili ſuſpicione, nec aliter urgeri poſſe ad Canonicam iuriſiurādi purgationem: non ad uulgarem duelli, candentis ferri, &c.

VI. An cauſa iacēs, appellationis beneficio poſsit ſubleuari. R. poſſe: ſiquidē iuſta, riteq; propoſita ſit prouocatio.

VII. An laici uel inferiores ordines accuſare poſsint ſuperiores. R. poſt multas dubitandi ac decidendi rationes, teſtimoniaq; contraria (quod his in omnibus ferè tralatitium eſt) poſſe: dummodo tales ſint, qui ad eos ordines promoueri queant.

VIII.

VIII. An accuſationem in ſcriptis & cum inſcriptione fieri oporteat. R. oportere.

CAVSA III.

De Epiſcopo poſt ſpoliationē reſtituto, & deinceps ab accuſatoribus & teſtibus parum idoneis inſimulato.

Cuius quæſtiones.

I. An reſtitutio q̄buslibet ſpoliatis ſit impertiēda. R. eſſe.

II. An & quales à reſtitutiōe induciæ ſpoliato ſint indulgendæ. R. ſemeſtre ſaltē tēpus antequā reſpōdere cogatur.

III. An poſt in ius uocationem iterū induciæ ſint concedendæ. R. Epiſcopo quidem ad ſemeſtre rurſum dari, alijs alio interuallo.

IIII. An infames, aut illegitimo matrimonio iūcti, natiq;, accuſare poſsint. R. infames, apoſtatas, inceſtuoſos, nec ritè copulatos, inimicos, in necē rei coniuratos, ſacrilegos, exules, alienigenas, ſortilegos, diuinos, anathemiſatos, peccatis immortuos, accuſare non poſſe.

V. An teſtes de domo accuſatorum producātur, & uox inimicorum audienda ſit. R. audiendos nō eſſe, nec ut accuſatores, nec ut teſtes.

VI. An extra ſuā reus prouinciā ſit producēdus. R. nec producendum, nec extra ſuum forum extrahendum eſſe.

VII. An ſit is audiendus, cui crimen cuius reus inſimulatur, adhæret. R. nedum iudicē aut teſtem, ſed nec aduocatum eſſe in cauſa eiuſmodi poſſe.

VIII. An ab uno audiendus uel iudicandus ſit Epiſcopus. R. non eſſe, ſed potius à XII. nec tamē abſentē, niſi ex contumacia, iudicandum aut condemnandum eſſe.

IX. An accuſatores uel teſtes in abſentē accuſatiōis uel teſtificationis uocē mittere queāt. R. abſentē nec accuſari nec iudicari, niſi ꝓpter contumaciā: nec ullū teſtimoniū, præterquā eius iurati qui rebus interfuit, recipiendū eſſe.

X. An accuſatores in primo accuſationis articulo probatione deficientes, ſint ad ſequentiū proſecutionem admittendi. R. non admitti.

XI. An reo liceat dicam in accuſatorem retorquere. R. non antè licere, quàm innocētiam probārit ſuam, aut ſaltē ſe de reatu purgārit.

CAVSA IIII.

De Epiſcopo ſua die non comparente, accuſato ab excommunicato, qui puerū impuberem teſtem citat, ac pòſt accuſatione deiectus, eundem pro ſe accuſatorem ſubor-

nat,partibus teſtimonij dicendi ſibi aſſumptis.

Cuius quæſtiones.

I. An excõmunicatus aliũ accuſare poſsit. R. nõ poſſe.

II. An in criminali cauſa puer infra decem annos teſtis eſſe poſsit. R. non poſſe.

III. An accuſatione deiectus teſtimonium dicere poſſit. R. non poſſe.

IIII. An idẽ poſsit eſſe teſtis & accuſator. R. non poſſe: nec quenquam duas in iudicio perſonas rectè ſuſtinere.

V. An die conſtituta nõ occurrens, neq; ſe uadimonio ſiſtens, à communionẽ ſit remouendus. R. remoueri, niſi iuſtam emanſionis cauſam probet.

VI. An ob uitium accuſatione depulſus, poſsit ſuã nihilominus cauſam ſuſcipere propugnandam. R. poſſe.

CAVSA V.

De Epiſcopo clàm occulta charta deformato, & tandẽ accuſato, & quamuis procuratorem miſiſſet, ob emanſionem condemnato, & hinc prouocãte: qua in prouocationis inſtantia accuſator nihil eorũ quæ arguiſſet, probauit.

Cuius quæſtiones.

I. Qua ſit pœna coercendus, qui famoſo quæ ſparſit libello, probare nequit. R. fuſtigatiõe, excommunicatione, anathemate: etiã capite, ſi delictũ alteri capitale obiecerit.

II. Quoties ad cauſam reus antè ſit uocãdus, quàm cõdemnetur. R. ſæpius, arbitrio iudicis, interuallis congruis ac canonicis, & accuſatione in ſcriptis, non miſſo libello, ſed per certum accuſatorem inſtituta.

III. An per procuratorẽ agere ualeat, qui ipſus adeſſe nequit. R. non poſſe, niſi ad allegandas abſentiæ cauſas.

IIII. An abſq; ſynodali audientia Epiſcopus damnandus ſit. R. à duodecim Epiſcopis cauſam audiendam eſſe.

V. An ideo quiſpiam ſit inimicus, quòd crimẽ alterius indicet. R. non eſſe, ſi bono ſtudio faciat: cæteroqui cõtrà.

VI. Qua dignus animaduerſione ſit, qui quod arguit, probare nequit. R. præter infamiã illa, quã reus eſſet ſubiturus ſi probaſſet, etiam fuſtigatione & excommunicatione, & ob delationem capitalem ex inuidia factam, capite.

CAVSA VI.

De epiſcopo à duobus ſtupratoribus accuſato, & ad alterius prouinciæ archiepiſcopum prouocante.

Cuius quæſtiones.

I. An crimine irretiti, & infamia notati, cuiuſmodi habentur

bentur omnes manifeſtis contra conſcientiá peccatis óbliti [a],ad eiuſmodi accuſationé admittantur. R.nó admitti.

a c.illi.c.omnes.

II. Si Epiſcopus in eos accuſationé côuertere uelit, an ſimplici huius aſſeuerationi fides adhibeatur. R.nó adhiberi,quálibet cófirmet ſibi in cófeſsióe patefactú eſſe.Probare enim debet qđ obijcit:nõ ꝓferre, q̃ ꝓbare nequeat.

III. An liceat ei alterius ad prouinciæ archiepíſcopum prouocare. R.non licere: ſed unumquemq; ſuæ prouinciæ primati & Epiſcopis,ſaltem [b] XI.qui illi uelut aſſeſſores adiunguntur [c],ſubijci [d].

b c.2.
c c.ſi inter. inf.q.4.
d c.ſi quis.15. q.7. & ſup. 3.q.8.

IIII. Cuius iudiciú ſit expetendú,ſi diſsidere iudicátes in ſentétia cótigerit. R. hoc caſu diſcordátib. Epiſcopis,& alijs reú abſoluétib.alijs dánantib.ſi res primatis & metro politani authoritate cóponi nequeat,partes rectè ſuas interponere archiepiſcopú ſeu metropolitanú uicinę ꝓuinciæ,cú alijs aliquot Epiſcopis aduocatú [e].Quod aút ſemel à iuratis iudicibus definitú eſt,id non eſſe retractandum [f].

e c.2.
f c.quod bene.

V. An actore probationibus deſtituto, reus ad ſuæ innocentiæ oſtenſionem ſit adigédus. R.non eſſe,ſed potius actore non probante,reum etiáſi nihil præſtiterit,abſolui.

CAVSA VII.

De Epiſcopo propter inualetudinem alterum ſubſtituente,& recuperata ſanitate locum repetente.

Cuius quæſtiones.

I. An uiuente Epiſcopo alius eadem in eccleſia poſsit ordinari. R.non poſſe [g], ne quidem ob eius ægrotationes, ne afflicto afflictio addatur [h], aut ex conſenſu [i]: niſi aliud perpetua infirmitas & deſperata facultas exigant [k]. Vicinos tamen collegas in eiuſmodi caſibus operas tradere mutuas oportere [l]:ſenibus etiá non ſucceſſorem,qui uiuo dari non debet,ſed coadiutorem,qui mortuo ſuccedat, & uicariam interim operam ꝑſtet, rectè adiungi [m]. Deſerere uerò Eccleſiam, uel ex alia in aliá demigrare ac tranſire,ſine cauſæ cognitione neminem poſſe [n].

g c.1.2.3.4.
b c.2.
i c.quam ſit. c. ſicut.
k c.qualiter.
l c.illud.cum ſeq.
m c. petiſti. cum ſeq.
n c. non oportet.cum multis ſeq.

II. An poſsit repoſcere cathedram, cuius cõmendatione illam alter accepit. R.non poſſe,ſiquidem prorſus alteri ceſſa ſit:poſſe uerò,ſi duntaxat ad tempus propter inualetudinem ſubſtituto commendata ſit.

CAVSA VIII.

De Epiſcopo,anteceſſoris ultima uolútate electo:& ſecundum hác amicorú ſuffragationibus electo, poſtq; electioné canonicis iurato, & eapropter ſimoniæ accuſato: ac quam-

ac quãuis à clericis deſereretur, Eccleſiam tamẽ uſurpâte.

Cuius quæſtiones.

I. An liceat Epiſcopo ſibi ſucceſſorem deſignare. R. nõ licere: cùm hoc pertineat ad iudicium ſynodumq; Epiſcoporum, & electionem cleri.

II. An amicorum ſuffragia pondus ad electionem afferant. R. nihil afferre: quãdo nõ ex fauore, ſed iudicio [a] pro utriuſq; doctrina, inſtitutione, morib. electio ſit faciẽda [b].

III. An ſit habendus ſimoniacus, qui poſt electionem iuſiurandum de indemnitate, rerumq; conſeruatione Canonicis præſtat. R. ante electionem tale iuramẽtum uelut illicium ambitus ſuſpectum eſſe: poſt non item.

IIII. An liceat clericis ante ſentẽtiam, ab Epiſcopo accuſato diſcedere. R. non licere.

V. An ſine literis dimiſſorijs accuſatus ad propriam Eccleſiã redire poſsit. R. non antè poſſe, quàm in iudicio quo ſiſtitur purgatus, & cum eiuſdem literis remiſſus ſit.

a c. nec nouũ. quæſt. praeced.

b c. qui epiſcopatum. cum ſeq. quæſt. præced.

CAVSA IX.

De archiepiſcopo, poſt excõmunicationem ſui nihilominus exteros homines ordinante, & ſui ſuffraganei capellanum deponente.

Cuius quæſtiones.

I. An ordinatio ab excõmunicatis facta ſit rata. R. execrationem potius quàm conſecrationem eſſe: poſſe tamẽ ex miſericordia & æquitate eiuſmodi ordinationem tolerari: ſiquidem à catholicis, quamlibet excõmunicatis, ſine alio tamen uitio facta ſit: & qui ordines ſic acceperunt, religioſa uita bonisq; moribus ita promereantur.

II. An liceat Epiſcopo clericos alterius prouinciæ ſine literis proprij Epiſcopi ordinare. R. ſine permiſſu uel ratificatione eiuſdem non licere.

III. An archiepiſcopus clericos ſuffraganei ſui hoc inconſulto dãnare, uel dãnatos abſoluere poſsit. R. nõ poſſe.

CAVSA X.

De Epiſcopo, qui baſilicam à laico factã cum omni dote ſibi ſubiũgere, & q̃ ſunt Eccleſiæ, ꝓ ſuis uſurpare inſtituit.

Cuius quæſtiones.

I. An baſilica cũ omni ſua dote ad ordinationem Epiſcopi pertineat. R. pertinere.

II. An res Eccleſiarum Epiſcopis liceat uſurpare. R. licere diſpenſando, nõ etiam diſtrahendo aut dilapidando.

III. Quid nomine cathedratici à ſacerdotibus exigere poſsit.

poſsit. R duos ſolidos & tertiam oblationũ partem: ſic tamen ut baſilicam inde reparet, & ſartam tectam tueatur.

CAVSA XI.

De clerico ad laici forũ alterũ pertrahente ac ſpoliante, & propterea ſuſpéſo: tandéq; quòd in cõtumacia perſeueraret, ſine ſpe reſtitutiõis per ſententiã Epiſcopi depoſito.

Cuius quæſtiones.

I. An clericus ad ciuilẽ iudicẽ ꝑduci poſsit. R. nõ poſſe.

II. An hæc culpa ſuſpenſione digna ſit. R. eſſe.

III. An contemptorem iuſtæ Epiſcopi ſententiæ irreparabiliter deponi oporteat. R. oportere.

CAVSA XII.

De clericis res ſuas teſtamento relinquentibus.

Cuius quæſtiones,

I. Vtrum liceat clericis proprium habere. Concluditur poſt longam tandem diſputationem, non ſolùm clericis [a], uerùm & Epiſcopis licere: ſic ut propria hæredibus relinquere queant: ita tamẽ, ut ab Eccleſia quæſita, penes hanc relinquantur.

a *c. certè. cum ſeq.*

II. An res Eccleſiæ alijs datę, iure firmiterq; poſsideantur. R. non rectè poſsideri: niſi ſolenniter & ex iuſta cauſa ſit alienatio facta.

III. An qui ante ordinationẽ pauperes, pòſt pecuniam fecerũt, eandem quibuslibet relinquere poſsint. R. poſſe: quatenus tamen aliunde quàm ab Eccleſia quæſierint.

IIII. Si tã de Eccleſia quàm aliunde quæſierint, ad quẽ quæſita pertineant. R. pro rata alterutrius acquiſitionis, aut æqualiter inter hæredes & Eccleſiam diuidi.

V. An his teſtamentũ condere liceat. R. de proprijs, nõ etiam ab Eccleſia quæſitis bonis condi poſſe. Nullo condito teſtamento, nec alio ab inteſtato hærede relicto, Eccleſiam ex aſſe ſuccedere.

CAVSA XIII.

De diocœſanis, qui bellis hoſtiliq; metu cõpulſi deſerta ſua Eccleſia, poſſeſsionibus tamen retentis, alibi domicilium & ſepulturam elegerunt, ac decimas perſoluerunt: quas poſt 40. demum annos, priores clerici, quibus in loco originis ſolutum erat, repetunt.

Cuius quæſtiones.

I. An ibi decimas ſoluere & ſepeliri debeát, ubi parẽtes ſepulti ſunt, & antea ſoluerũt. R. decimas eorũ prędiorũ, q̃ intra terminos ueteris Eccleſię ſita ſũt, ijs auferri nõ poſſe.

II. An præſcriptione temporis ius funerádi & tollendi decimas præſcribatur. R. quadraginta annorũ quieta poſſeſsione præſcribi [a].

CAVSA XIIII.

De clericis mutuum repoſcentibus, quod negociatoribus ea lege dederát, ut ex illorum mercibus emolumenta perciperent: & eam in ré teſtes ex ſuo cœtu producétibus.

Cuius quæſtiones.

I. An liceat clericis ſua repetere. R. non eſſe crimini habendum, debitioné repoſcere: ſed ſuprà quàm debeatur, exigere, id uerò non uacare culpa.

II. An illi teſtes ſint audiendi. R. Quanquã cõficiendis inſtrumẽtis & contractibus adhiberi ſacerdotes nó oporteat: ſi tamẽ caſu affu[illegible]t, in defectũ aliarũ probationum, ſuum apud Epiſcopum, teſtimonium dicere poſſe.

III. An ſupra ſortem debitam lucellum quęrere ſit uſurarium. R. quicquid ſorti accedit, uſuram eſſe.

IIII. An liceat clericis uel laicis uſurá accipere. R. Mortis inſtar & rapinæ eſſe, niſi q̃d ab hoſtib. quos ſpoliare fas ſit, hoc nomine exigatur. Ná ubi ius rapinæ, ibi & uſuræ [b]. Ad uſurariam aũt fraudé & hoc pertinere, ſi annona uilius empta in tempus caritatis, quo carius uæneat, aſſeruetur.

V. An de uſuris eleemoſynæ fieri poſsint. R. poſſe.

VI. An uſurarij pœnitentiam antè rectè agant, quàm malè parta reſtituant. R. non remitti peccatum, niſi reſtituatur ablatum: aut ſi reſtitui nequeat, niſi precium eius & æſtimatio reddatur.

CAVSA XV.

De clerico dánato ſtupri & cædis p furoré cõmiſſę, cuiꝰ patrociniũ clerici precio inducti ſuſceperũt: cófeſsio uerò poſt examé die dominico inſtitutũ, p q̃ſtiones extorta eſt.

Cuius quæſtiones.

I. An ea quæ per furorem perpetrantur, imputáda ſint. R. ut in caſuali homicidio. Quantum ad legem, reus eſt: quantum ad gratiá, innocens eſt. Nec uero furioſum eſſe ſacerdotio priuandum, niſi perpetuus morbus ſit. Quamuis enim hic impediat ordinandum, non tamen deijcere ordinatum [c]. Ebrietatis cauſam non eſſe prorſus ſimilem: quòd culpa acceſſatur [d].

II. An pro patrocinio liceat clericis honorarium exigere. R. non quidem ſecundum canones, ſed ex recepta Eccleſiæ conſuetudine licere.

III. An

[a] *c.1. uide c.1. de præſcrip. in ſext. Hoſt. de dec. c. cũ contingat. ubi Panor. eod. & c. ad decimas. de reſt. ſpol. Balb. de præſcript. 1. part. 5. part. princ. quæſt. 7. no. 13.*

[b] *c. ult.*

[c] *c. ult.*

[d] *c. inebriauerunt. c. ſanc.*

III. An ex mulieris ſtupratæ teſtimonio conuinci hic ſtupri poſsit. R. non poſſe: cùm quia mulieri de ſe confeſſæ credi non debeat [a]: tum quòd non niſi certis ea caſibus ad accuſandum admittatur.

IIII. An die Dominico procedere Epiſcopus potuerit. R. non potuiſſe.

V. An neganti purgatio ſit imponẽda. R. ex mala fama, iuſtisq; ſuſpicionibus poſſe, impoſito clàm arbitris, purgationis iureiurando. Cæteroqui delicto nõ probato confeſſo'ue, reum non eſſe damnandum.

VI. An huius confeſsio tormẽtis potuerit extorqueri. R. non potuiſſe.

VII. An ſynodalem extra cognitionem Epiſcopus ſacerdotem condemnare poſsit. R. non poſſe.

VIII. Si ſponte confeſſus aut conuictus fuerit criminis ante ordinationem commiſsi, an ſuſceptum ordinis officium nihilominus exequi poſsit. R. non poſſe: uſq; ad ſententiam tamẽ depoſitionis ſi toleretur, rectè adminiſtrare.

CAVSA XVI.

De Abbate in Eccleſia parochiali, quá annis 40. poſſedit, monachũ diuinis prꝙficiẽte: cui quꝙſtio mouetur à baptiſmalis Eccleſiæ clericis, quorũ in diœceſi parochia ſita ſit.

Cuius quæſtiones.

I. An liceat monachis ſacramentum in Eccleſijs adminiſtrare. R. licere.

II. Vtrum ab Abbate an Epiſcopo ſint ad hoc officium inſtituendi. R. ab Abbate: de cõſenſu tamen Epiſcopi: qui in omnes ſuæ diœceſeos Eccleſias ſummum ius habet.

III. An iura Eccleſiarum præſcriptione tollantur. R. tolli, ſi nihil præſcriptioni obſtet.

IIII. An monaſterium aduerſus Eccleſiam prꝙſcribere poſsit. R. 40. annis poſſe.

V. An capellam in ſua diœceſi extructá Epiſcopus iure territorij rectè ſibi uendicet [b]. R. propria authoritate perperam occupare, iudicio uerò & ordine rectè uendicare.

VI. Si Epiſcopus authoritate ſua, nõ ſententia iudiciali in eiuſmodi capellá irrepſerit, an cauſa cadat, ſic ut Eccleſia cui prꝙſidet, nõ ultrà repoſcendi ius habeat in eo, quod paſtor illicitè uſurpauit. R. quáuis Epiſcopus cauſa ꝓpter uim ſuá iureq; cadat [c], nõ tamẽ eiꝰ delictũ Eccleſiæ obeſſe.

VII. An ſi laici capellá teneant, & Abbati cedát, ea ceſſio rata ſit. R. nõ eſſe, niſi ex Epiſcopi cõſenſu: cuius in po-

 teſtate

[a] uide latè Boer. deciſ. 319. per tot. Bald. l. quoniam. in 2. nota. C. de teſtib. l. ult. C. de accuſat. c. ſi quis. 79. diſt. c. ueniens. 1. ubi Dd. de teſtib. & c. 1. de conf.

[b] Panor. Hoſt. Imol. et Cano. in c. nimis. de iureiu. Bal. l. unic. C. ſi de mo. poſſ. Iaſ. l. 3. in princ. Alex. l. naturaliter. 11. §. 1. de acq. poſſ. Anchor. conſ. 211. in princ. per l. bene. C. de quad. præſcrip. l. deprecatio. ad l. Rhod. de iact. c. ult. de off. ord.

[c] l. extat. 13. quod met. cauſ. l. meminerint. l. ſi quis. C. unde ui.

teſtate omnes ſint baſilicæ, quæ eius in territorio cōſtruantur. Laicos nec decimas, nec aliud ius præter patronatus, in Eccleſiam uſurpare poſſe.

CAVSA XVII.

De presbytero, tempore morbi monachatum profeſſo, & ea re Eccleſiam in manū aduocati ſeu patroni reſignante, eandemq; poſt recuperatam ſanitatem repetente.

Cuius quæſtiones.

I. An uoti reus poſsit à propoſito diſcedere. R. nō poſſe. Aliud tamen eſſe uotum re ipſa præſtitum poſt annum probationis in notis [a], triennium in ignotis [b] exactum: aliud uerò propoſitum de futuro uoto conceptum corde, & oretenus enunciatum, quod reuocari poteſt [c].

a c.pen.q.2.
b c.ult.q.2.
c c.1.2.q.2.

II. An Eccleſia & beneficium ei reddēda ſint, qui libera uoluntate ceſsit. R. ſi re integra pœniteat, reddi oportere.

III. Si contigiſſet eum ſe ſuaq; monaſterio tradere, an ſolutum ei ſit ad propria reuerti. R. non eſſe, ne quidem facilè de conſenſu Abbatis.

IIII. Si ſine permiſſu Abbatis retrò abierit, an propria ſint ei reddenda. R. non reſtitui: ſed tamen ob iuſtum metum, ne quid detrimenti hoſtiliter monaſterio inferatur, permitti poſſe ut auferat.

CAVSA XVIII.

De Abbate in Epiſcopum electo, qui multa monaſterio cōtulit, & cui ſucceſſorem in monaſterio inuitis fratribus Epiſcopus loci deſignare contendit.

Cuius quæſtiones.

I. Vtrum monaſterium petere poſsit, quæ ab Epiſcopo quæſita ſunt, an contrà Epiſcopalis eccleſia uindicare queat, quæ monaſterio fuerāt tradita. R. quæ ante Epiſcopatum quæſiuit, monaſterio: quæ pòſt, Eccleſiæ deberi.

II. Vtrum ab Epiſcopo an fratribus Abbas ſit eligēdus. R. à fratribus, cum conſenſu patroni, dominiq; prouinciæ eligi, & deinceps electum ab Epiſcopo confirmari.

CAVSA XIX.

De clericis relicta ſua Eccleſia uel regula Canonica ad monaſterium tranſeuntibus.

Vnde quæritur.

I. An Epiſcopus permittere debeat, ut clericus relicta propria Eccleſia monaſterium ingrediatur. R. debere.

II. Si Epiſcopus poteſtatem eius facere nolit, an eo inuito

uito monaſterium adiri poſsit. R. non poſſe, niſi melioris uitæ degendæ gratia.

III. An regularibus Canonicis concedendus ſit monaſterij ingreſſus. R. non aliter q̃ de patris ſui uenia cõcedi.

CAVSA XX.

De pueris monaſterio traditis, quorum alter pœniteat, alter diſtrictius cœnobium petat.

Cuius quæſtiones.

I. An in pueritia oblati poſsint relinquere profeſsionem R. poſſe.

II. Si prẹter uoluntatem parentum in pueritia religionis ueſtis ſuſcipiatur, an detrahi poſsit. R. poſſe.

III. Qui inuitus ſit cuculla indutus, num poſsit retineri. R. non poſſe: deceptum maximè, uel compulſum [a].

IIII. An ex alio monaſterio in aliud diſtrictius tranſire fas ſit. R. eſſe, ad diſciplinã adſtringẽdã, nõ ad relaxãdam.

[a] *cap. ult.*

CAVSA XXI.

De archipresbytero cuiuſdam Eccleſię, præpoſituram alterius accipiente, & ſæcularis ſe iudicis præſidio contra Epiſcopi correctionem muniente.

Cuius quæſtiones.

I. An clericus in duabus Eccleſijs poſsit conſcribi. R. non poſſe: ſicut nec una Eccleſia tanquam ſponſa duobus diuidi debet [b]: uni tamen ut titulatę, alteri uelut commendatæ unum præeſſe poſſe.

II. An liceat ab alia Eccleſia ad aliam tranſire. R. non propria authoritate, ſed ex cauſa, cum dimiſſorijs Epiſcopi literis licere.

III. An ſęcularium negociorum procurationes clericis permittantur. R. non permitti.

IIII. An claro fulgidoq; ueſtitu liceat eis uti. R. non licere.

V. An ab Epiſcopo correcti, ſuum officiũ relinquere, & ad ſæcularem iudicem confugere poſsint. R. non poſſe.

[b] *c. pen. infrà quæſt. ſeq.*

CAVSA XXII.

De Epiſcopo duplicis periurij inſimulato: & quia falſum iurauit, quod uerum credidit: & quòd archidiaconũ ſuum qui obedientiam abiuraſſet, ad obedientiam coëgit.

Cuius quæſtiones.

I. Vtrum iurare omnino liceat. R. iurare non eſſe peccatum, ſed peierare: dũmodo per Deum uiuum, non aliud quicquam [c] in ueritate, iudicio & iuſticia iuretur [d].

[c] *c. et iurabũt. c. etſi. de ue retur.*

[d] *d. c. & iurabunt. c. 2. j. quæſt. ſeq.*

II. An ſit periurus qui iurat falſum, quod eſſe uerum opinabatur. R. temerè potius eum iurare quàm peierare[a], cùm dolo careat. Sicut aliud eſt, mentiri: aliud, mẽdacium per errorem dicere[b].

III. An liceat archidiacono hac in cauſa obedientiam Epiſcopo denegare. R. ante ſententiam non licuiſſe.

IIII Siquidem illicitum eſt archidiaconi de non præſtãda obedientia iuramẽtum, an ſit ſeruãdum. R. non eſſe.

V. An reus ſit periurij, qui diaconum contra tale iuſiurandum ad obedientiam cogit. R. non eſſe, niſi quoties apparet licitum eſſe iuſiurandum.

CAVSA XXIII.

De Epiſcopo & populo hęretico per catholicos ad unitatem Eccleſiæ reducto.

Cuius quæſtiones.

I. An militare peccatum ſit. R. ex iuſta belli cauſa non eſſe.

II. Quod bellum ſit iuſtum. R. quod ex edicto Principis geritur, propulſandæ iniuriæ aut rei repetendæ cauſa.

III. An iniuria ſociorum armis ſit propulſanda. R. eſſe.

IIII. An uindictam bello expetere liceat. R. licere ad emendationem uel iuſtã pœnam, non etiam ad ultionem.

V. An ſit peccatum iudici uel miniſtro reum occidere. R. ex neceſsitate officij non eſſe[c], ſi quidem uerè rei ſint, iuſteq; bellum geratur.

VI. An mali ad bonum ſint cogendi. R. ex officio Eccleſiæ & magiſtratus cogendos eſſe[d].

VII. An hæretici rebus Eccleſiæ ſuæ ſint ſpoliandi: & qui poſsidet hæc ab hæreticis ablata, an poſsidere dicatur aliena. R. quæ ab hæreticis malè poſsidentur, à catholicis iuſtè auferuntur: ſic tamen, ut ad uſum ueræ Eccleſię debeant accommodari[e].

VIII. An Epiſcopis & clericis ſua authoritate, ſine conſenſu Principis bellum liceat mouere. R. non licere: poſſe tamen eos pro ſuo officio alios ad iuſtũ bellum exhortari.

CAVSA XXIIII.

De Epiſcopo in hæreſim lapſo, qui nihilominus aliquos ſententia ſua notauit, & poſt mortem cum tota ſua familia hæreſeos accuſatus ac damnatus eſt.

Cuius quæſtiones.

I. An hæreticus poſsit aliquem ſententia ſua damnare, uel

a c.1.J.q.3.

b c. is autem. cum ſeq.

c uide l. ult. ubi Salicet. C. de his qui ad Eccle. confug. l. quemadmodum. §. magiſtratus. ubi Bal. ad l. Aquil. l. qui dolo. §. fi. de ui publ. Bald. l. fi. in fi. C. de exhi. reis. et l. itaq;. ad l. Aquil. Boſſ. de cap. num. 11. 12. Hyppol. in prac. crimi. §. aggredier. nu. 78. & copioſus in l. lege. in princ. nu. 78. ad l. Cornel. de ſicar.

d l. 1. §. 1. ubi Salo. et Dd. de iuſt. et iu.

e Nouel. 37. de eccl. Apbr. l. omnia. C. de paga. l. ſancimus. 17. C. de ſacr. Eccl. uide Schurf. conſ. 48. per tot. cent. 1.

uel officio mouere. R. non poſſe, ſi damnatæ prius hæreſeos particeps factus ſit [a]. Nam cùm ipſo iure ſit excommunicatus [b], nihil eum in Eccleſia rectè definire.

II. An quis poſt mortem excommunicari damnari'ue poſsit. R. non regulariter, ſed ex cauſa hæreſeos poſſe [c].

III. An pro peccato alterius tota familia ſit excommunicanda [d]. R. non eſſe, nec quenquam niſi de ſuo crimine confeſſum, ordine'ue conuictum [e], hoc fulmine feriẽdum eſſe [f]; uitam enim, non ſententiam quemlibet ligare: & illicitam excommunicationem non lædere notatum, ſed excommunicantem condemnare [g].

CAVSA XXV.

De contentione inter baptiſmalem Eccleſiam & monaſteriũ orta, quarũ illa prius, hæc poſterius ſit priuilegiata.

Cuius quæſtiones.

I. An clerici baptiſmalis Eccleſiæ decimas ſuæ diœceſis integras ſibi poſsint uindicare. R. poſſe.

II. An ſubſequente monachorum priuilegio derogetur antiquioribus baptiſmalis Eccleſiæ priuilegijs. R. non derogari [h].

CAVSA XXVI.

De ſacerdote ſortilego, & ab Epiſcopo propterea excommunicato: ac ſub exitum uitæ, à quodam ſacerdote, citra conſenſum Epiſcopi, reconciliato.

Cuius quæſtiones.

I. Qui'nam ſint ſortilegi. R. qui de quaecunq; ſcripturarum inſpectione futura promittunt.

II. An ſit peccatum, eſſe ſortilegum, uel ſortilegio uti. R. eſſe.

III. A quibus diuinationum genus exordium ſumpſerit. R. à dæmonibus.

IIII. Quot ſint genera diuinationum. R. duo, artem & furorem.

V. An ſortilegi diuiniq; ſi deſiſtere noluerint, excommunicãdi ſint. R. eſſe, uelut dęmonũ & idolorũ cultores [i].

VI. An excommunicatus ab Epiſcopo, poſsit ab inferiore reconciliari, clam Epiſcopo. R. non poſſe publica reconciliatione: at priuata, in extremis præſertim, & abſente Epiſcopo, poſſe.

VII. An morientibus indicenda ſit ſub quantitate temporis pœnitentia. R. non eſſe.

CAVSA

---

a c.1.2.
b c.excommunicamus. 13. de hæret. c. 2. & paßim eod.in 6.
c c. accuſatus. 7. §.pen. de hæret.lib.6.
d de tota ciuitate uid. Gũdiſſal. de hæret.q.24.
e uid. c.ult. de hær.in 6.
f c.ſacroſ. 48. & paßim de ſent. excõm.
g c.2.3.4.
h uide Iaſ. & Dd. l.beneficia.de cõſtit. princ. l. quo minus.de flumin. l. 2. §. merito. ne quid in loc. publ.
i uide c. accuſatus. 8. §.ſanè. de hære. in 6.

CAVSA XXVII.

De quodam uoti cœlibatus reo: qui ſibi poſtmodum uxorem deſponſauit, quæ pôſt alteri nupſit.

Cuius quæſtiones.

I. An ad côiugium adſpirare poſsint uouentes. R. poſt longam diſceptationem poſſe [a].

a *c. nuptiarũ. cum ſeq. ad fin. uſq.*

II. An liceat ſponſę priori conditioni renunciare, & alteri iungi. R. ante benedictionem & deductionem in domum ſi alij nupſerit, eas nuptias non eſſe diſſoluendas.

CAVSA XXVIII.

De infideli coniuge ad fidem conuerſo: qui poſtquam ſua uxor odio fidei diuertit, alteram duxit fidelem, cuius à morte clericus & pôſt Epiſcopus factus eſt.

Cuius quæſtiones.

I. An ſit coniugium inter infideles. R. eſſe.

II. An liceat aliam ducere, infidele diſcedéte. R. licere.

III. An ſit perhibendus bigamus, cui alia ante baptiſmum, alia poſt baptiſmum uxor fuit. R. eſſe.

CAVSA XXIX.

De nobili muliere nobilis uiri nuptias pacta, & eius ante aduentum à ſeruo illum ementito decepta, ductaq́;.

Cuius quæſtiones.

I. An coniugium hoc conſiſtat. R. propter errorem perſonæ non conſiſtere: quamuis error in qualitate & conditione uitiare non ſoleat.

II. An liceat mulieri à ſeruo, cui ut ingenuo nupſit, diuertere. R. licere.

CAVSA XXX.

De cognatione ſpirituali.

Cuius quæſtiones.

I. An ab uxore ſit ſeparandus, qui pro ſuo ipſius filio in baptiſmate fideiuſsit, aut eundem baptizauit. R. non eſſe.

II. An ſpôſalia inter infantes rectè côtrahantur. R. ante ſeptenniũ, ætatéq́; conſenſus côpotem, non rectè côtrahi.

III. An ſpirituales uel adoptiui liberi naturalibus coniugari queant. R. non poſſe: côiunctos tamen non eſſe ſeparandos.

IIII. An relictá côpatris ſuæ uxoris ducere liceat. R. licere.

V. An clandeſtina ſponſalia derogẽt manifeſtis. R. non derogare: niſi probari manifeſtè, ſaltem ex utriuſq; confeſsione queant.

CAVSA

CAVSA XXXI.

De eo qui adulterio cognitam duxit, filiam ex ea ſuſceptam cuidam dare promiſit: cui tamen pòſt eam ut inuitam non dedit, ſed alij locauit.

Cuius quæſtiones.

I. An adulterio pollutam ducere liceat. R. poſt pœnitentiam licere.

II. An filia inuita elocari poſsit. R. non poſſe, ne per iuſiurandum quidem patris.

IIII. An poſt patris ſponſionem illa alij nubere poſsit. R. poſſe, ſiquidem nunquam ſponſalibus conſentijt.

CAVSA XXXII.

De nuptijs meretricijs, adulterinis & ſeruilibus.

Cuius quæſtiones.

I. An meretrix licitè ducatur in uxorem. R. rectè duci.

II. An quæ ſolius incontinentiæ cauſa ducitur, reuerà uxor ſit. R. eſſe.

III. Vtrum in elocatione puellę arbitrium ſerui patris, an liberi aui præponderet. R. aui.

IIII. An uiua coniuge liceat ex ancilla liberos quærere. R. non licere.

V. An pudicitiam amittat, quæ uim patitur. R. non amittere, nec propterea repudiari poſſe.

VI. An adulter adulterã dimittere poſsit. R. non poſſe.

VII. An uiuente dimiſſa aliam ducere liceat. R. non licere: niſi quid ob incõtinentię ſcandalũ hîc indulgeatur.

VIII. An poſsit ſaltem infidelem ducere, hac conditione, ut ad fidem reuertatur. R. non poſſe.

CAVSA XXXIII.

De uiro maleficijs impedito, quo minus uxori debitum reddere queat: & uxore eius corrupta, corruptoriq; ſuo nubente, ac apud ſe pœnitente: quam prior maritus recuperata ſanitate repetit, eiusq; repetitæ ſine conſenſu, poſtea continentiam uouet.

Cuius quæſtiones.

I. An ob impotentiã aliqua ſit à uiro ſeparanda. R. petenti, nec ſe continere ualenti, concedendum id eſſe.

II. An poſt ſeparationem ei nubere poſsit, à quo ſit corrupta. R. poſſe.

III. An ſola cordis confeſsione crimen deleatur. R. per diſtinctiones ſeptem.

DISTINCTIONES DE POENITENTIA.

I. Diſtinctione. R. latentia peccata remitti pœnitentia occulta, manifeſta uerò notoriaq́;, manifeſtam etiam confeſsionem ac ſatisfactionem expoſcere.

II. Pœnitentes iterum labi poſſe, niſi ſpirituali gratia confirmentur.

III. Pœnitentiam iterari tam publicam quàm priuatam poſſe.

IIII. Peccata remiſſa redire & cumulari in eo qui relabitur.

V. Veram pœnitentiam uitare priora commiſſa & occaſiones eorundem.

VI. Proprio paſtori, ſi quidem doctus, prudens & fidus ſit, confeſsionem ædendam, & ab eodem pœnitentiæ documenta eſſe capienda.

VII. Pœnitentiam ad extremum uſq; uitę tempus peragendam eſſe.

Sequitur quarta præcedentis cauſæ quæſtio.

IIII. An tempore orationis poſsint coniuges ſibi mutuò debitum reddere. R. poſſe, niſi de conſenſu abſtineāt.

V. An uir ſine conſenſu uxoris continentiā uouere, uel eius aſſenſum minis extorquere poſsit. R. non poſſe.

CAVSA XXXIIII.

De muliere q̄ capto uiro, quē mortuū credebat, alij nupſit.

Cuius quæſtiones.

I. An ſit adulterij rea, quæ uiuēte ſuo uiro alteri nupſit. R. non eſſe, ſi iuſtam opinationis ſuæ cauſam habuerit.

II. An ad redeūtem priorem redire debeat. R. debere.

CAVSA XXXV.

De eo qui mortua prima coniuge duxit ignorās alterā, ſibi ſexto, defunctæ quarto cognationis gradu iunctam.

Cuius quæſtiones.

I. An liceat aliquam ex propria cognatione ducere. R. non licere.

II. An uxoris conſanguineam ducere fas ſit. R. nō eſſe.

III. Quem ad uſque gradum ſit abſtinendum. R. ad ſextum & ſeptimū, hoc quidem iure: quod pòſt ad quartum redactum eſt [a].

a c. pe. & ult. de conſang.

IIII. Cur ad ſextum uſq; gradum coniunctio prohibita eſt? R. quoniam ad illum uſq; gradum conſanguinitas durat, & in eo definit: ſicut ſex ætatibus mundi generatio & hominis ſtatus finitur.

V. Quo-

V. Quomodo gradus conſanguinitatis ſint computandi. R. ut quoto gradu remotior diſtat à ſtipite, totidem inter ſe diſtare putentur.

VI. Qui conſanguinitatem quomodo probare debeāt. R. propinqui & ſenes per iuſiurandum.

VII. An qui ex inceſtu naſcuntur, in liberis ſint. R. ne nomine quidem liberorum dignos eſſe.

VIII. Ignorantia iuncti quando non ſeparentur. R. ſi ultra quartum gradum iuncti ſint.

IX. An poſt ſeparationem deceptione teſtium pronunciatam, nuptiæ contractæ reſcindantur. R. ſententiam non tranſire in rem iudicatam: itaq; Eccleſiæ eſſe, diſpicere an retractari debeant.

X. An nati de ſecundo mulieris coniugio, prioris uiri conſanguineis ea iungantur affinitate, quæ nuptias prohibeat. R. iungi.

CAVSA XXXVI.

De eo qui domo patris illectam ad conuiuium puellam ſtuprauit, & pòſt duxit.

Cuius quæſtiones.

I. An hic raptum commiſerit. R. commiſiſſe.

II. An purgato uitio ducere raptam raptor poſsit. R. poſt pœnitentiam de conſenſu parentum poſſe.

DECRETI PARS III.

DE CONSECRATIONE

Diſtinctiones.

I. De conſecratione Eccleſiarum ritè facienda.

II. De ſacramento panis & uini in Euchariſtia.

III. De feſtis & temporibus quæ ſynaxi deſtinantur.

IIII. De ſacramento baptiſmi.

V. De manuum impoſitione.

DECRETALIVM

LIBER I.

VT IVRIS ciuilis principia & κριτήρια unde primordia rerū capiūtur [a], ſunt natura [b], recta ratio [c], & ratiocinatio [d]: ſic fons & norma iuris Canon. eſt, & uerò eſſe debet [e], uera de ſum. Trin. ac fide catholica 1 doctrina: ſcriptis Propheticis & Apoſtolicis cōprehēſa, & quatuor primis concilijs declarata [f]. Species eædē quę iuris ciuilis [g]: uidelicet

1. De ſum. Trin. & fide cathol.

a *l. 1. 2. de iuſt. & iur. l. 1. 2. de legib. Inſtit. eod.*

b *l. 1. §. ult. de iuſt. & iur. Inſt. de iur. nat.*

c *l. omnes. 9. l. pen. de iuſt. & iur. Inſt. de iur. nat.*

d *§. 2. 3. Inſt. de iur. nat.*

e *diſt. 8. & 9.*

f *Nou. 131. & diſt. 16.*

g *§. conſtat. Inſtitut. de iur. natur. l. 6. de iuſtic.*

ius ſcriptum: quod in cóſtitutiones 2 ac reſcripta 3 diuiditur: & ius non ſcriptũ: quod conſuetudo 4 nominatur. Hęc in argumento doctrinæ & diſciplinæ Eccleſiaſticæ [a], item peccati & cóſcientiæ [b], iuri ciuili etiã in foro politico derogant [c]: in alijs utriq; iuriſdictioni ſuũ ius cóſtat [d]: niſi cum aliquid altero controuerſum uel non expreſſum eſt, altero definitum: nam tum hoc etiam in altero foro ualere debet [e]. Obiecta item ſunt eadem quæ iuris ciuilis: nempe perſonæ à quibus & quibus redditur, res de quibus redditur, actiones & iudicia per quæ redditur [f]: quæ tria ſicut in omni iuriſdictione ſemper uerſantur [g], ſic de explicatione iudiciorum rectiſsimè cognoſcuntur. Itaque in primo hoc libro, poſt principia & ſpecies iuris Pontificij, de iure perſonarum quæ iudicia ſuſtinent [h]: in ſecũdo, de ordine & forma actionum & iudiciorum communi: in reliquis, de materia iudiciorum, hoc eſt, rebus ciuilibus & criminalibus tractatur. Prima autem in omni contentione forenſi de magiſtratibus, & officijs eorum penes quos eſt iuriſdictio competens [i], quæſtio occurrit. Cuiuſmodi ſunt in foro Eccleſiaſtico Prælati & Epiſcopi, alijq; Eccleſiarum ſuperintenden[illegible]: qui uel poſtulantur 5 ex gratia, cum propter defect[illegible] impedimentum ue aliquod iure cómuni eligi prohibentur [l]: uel iure moreq; uſitato, quoties nihil prohibet, eliguntur 6: uel iure ſingulari, contra ius ſcilicet canonum commune [m], ob neceſsitatem [n] utilitatéq; publicam, cui multa præter regulas indulgẽtur [o], ex alia Eccleſia ad aliam per translationem 7 aſſumuntur: authoritateq; 8 & ſolenni deinceps ritu ac ceremonijs cóſirmantur [p]: quam ante confirmationẽ cuſtodiæ

2. De conſtitutionibus.

3. De reſcriptis.

4. De conſuetudine.

5. De poſtulat. prælat.

6. De elect. & elec. poteſt.

7. De trãſlat. Epiſc. uel cler.

8. De authorita. & uſu pallij.

a c. 1. uerb. in Eccl. de conſti. c. 1. 2. 3. 4. 5. diſt. 12. & paßim diſt. 8. & diſt. 9. & diſt. 10.
b c. cum uenerabilis. 7. c. ad audientiam. c. ult. de conſue. c. 1. eo. in 6. l. 6. ubi Bald. & Dd. C. de ſacroſ. Eccl. & in Auth. de Eccle. tit. c. per uenerabilem. 13. ubi Panor. & Dd. qui fil. ſint legit. gloſ. ord. in §. hactenus. uerb. generata. Inſtit. de grad. cogn. Bald. l. 4. 5. C. de nupt. l. eos. C. de uſur. Socin. conſil. 39. uiſis. Nouel. 5. uolum. 1. Neguzanz. de pignorib. parte 5. Nouel. 10. Balb. de præſcrip. in prin. Schurff. conſil. 83. prædictæ. num. 11. cent. 3. & conſ. 1. nu. 16. cent. 1.
c uide Dd. præal. loc. & Mynſin. obſ. 6. cent. 4.
d c. ult. de arbit. in 6. c. 1. 2. de op. no. nunc. Bal. l. 6. C. de ſacr. Eccl. Caſt. Auth. qui ſemel. nu. 10. C. de probat. Blanc. de compro. quæſt. 2. num. 47.
e c. 1. in fin. de iureiur. in 6. c. 1. 2. de oper. nou. nunc. in Authen. ut cler. apud prop. Epiſ. in fin. Iaſ. l. 2. num. 23. C. ſi contra ius uel utilit. pub. Corſus indag. lib. 2. cap. 6. Blanc. præall. loc.
f d. l. 2. de ſtat. hom. §. ult. Inſtit. de iur. nat.
g c. forum. de uerb. ſign.
h d. c. forum. de uerb. ſign. l. inter. de iudic. cum ſimil.
i l. 1. 2. 5. l. ſed etſi. 52. de iudic. Felyn. c. exceptionem. num. 20. 21. 22. de except. gloſſ. & Dd. l. exceptionem. C. de probat. l. ult. C. de except. Mynſing. obſ. 59. centur. 4.
k c. cleros. 21. diſtinct.
l glo. c. unic. eod. in 6. Hoſt. Panorm. hic, num. 1.
m c. ult. diſtinct. 70. & paßim diſt. 71.
n c. Epiſc. c. omnis. c. ſcias. 7. q. 1. c. in cauſis. §. ult. de elect. Nouel. 16.
o c. antep. diſt. 50. l. 1. de off. eius cui mand.
p uide diſt. 24. & 75. cum ſeq.

diæ[a] potius quàm adminiſtrationis poteſtatem habent [b]: dum ne ipſi ex iuſta cauſa [c] aut ſuperioris cũ uenia [d] poſt cõfirmationem & inthronizationem [e], antea uerò liberè, quamuis electi [f] (niſi aliud poſtulat publica Eccleſiæ neceſsitas [g]) officio renuncient 9, electioq́; ritè, non negligenter 10 fiat, iuſto tempore atq; ordine 11, examine [h] etiã ſcrutinioq́; 12 ordinandorũ, ab idoneis [i] Epiſcopis 13, ſaltem tribus aut quatuor [k] in electione Epiſcopi, in reliquis miniſtris ab huius Epiſcopo, adhibitis idoneis examinatoribus [l], ante ordinationem inſtituto, in quo de doctrina, uita, ætate, qualitate, ordine 14 præficiendorum quæratur [m]: an eiuſmodi ſint qui ſacris rectè 15, ut iteratione 16 mutationeq́; non ſit futurũ opus, ſicut nec eſſe debet (nec enim eiuſmodi ſacramenta baptiſmi [n] inſtar ſunt iteranda [o]) initiari poſsint: an legitimè nati, non ſpurij 17: num ſerui 18, qui ſine nota Eccleſiæ cœtui liberorum præeſſe nequeunt: num ad ratiocinia, & reliqua adminiſtrationis alicuius publicæ priuatæq́; obligati 19: qui priuſquam ſe liberauerint, promoueri non debent [p], ne moleſtia dedecuſq́; creetur Eccleſiæ [q], ne'ue uideri poſsint non pietatis ergò, ſed magis ad cõturbandas rationes ad Eccleſiæ præſidium confugiſſe [r]: utrũ corpore uitiati 20, & an eiuſmodi uitio deformati uel mutilati, quod miniſterio Eccleſię impedimẽto uel dedecori eſſe poſsit [s]: an bigami 21 plurium uxorum [t] aut uiduarum [u] mariti: qui non prohibentur ob peccatum, ſed propter normam ſacramenti amiſſam: non ad uitæ meritum, ſed ad ordinationis ſignaculum, ut Pontificij canones habent [x]. an deniq; exteri ſine Epiſcoporum literis [y], ſine iuſta cauſa peregrinantes 22, uagi, & errones. Sunt autem prælatorum, ut gradus, dignitates, officia, ſic & nomina uaria: Epiſcopi Superintendentum generale nomen [z]: Archidiaconi 23, Epiſcoporum ferè uicarij [a]: & his paulo minores Archipresbyteri 24, ordinis clericorum anteſignani atq; iudices [b]: Primicerij 25, qui di-

9. De renunciat.
10. De ſupplen. neg. prælat.
11. De tempo. ord. & qual. ord.
12. De ſcrutin. in ord. fac.
13. De ord. ab Epiſc. qui renũc.
14. De ętate, qual. & ord. præficiend.
15. De ſacra unct.
16. De ſacram. non iteran.
17. De fil. præſ. ordinan. uel non.
18. De ſeruis nõ ordinan.
19. De obliga. ad ratioc. non ordin.
20. De corpore uitia. ord. uel non.
21. De bigamis non ordinan.
22. De cler. peregr.
23. De off. archidiaco.
24. De off. archipreſ.
25. De off. primicer.

a *c. ſicut. de ſimon. c. cũ olim. 11. §. ult. de do.*
b *c. poſtquam. c. nihili. c. tranſmiſſa. c. cũ in cunctis. de elec.*
c *c. ad ſupplicationem. 9. ubi ſex cauſæ. in fine. hoc t. de renuncia.*
d *c. ult. c. quidam. 12. c. 1. hoc tit. uide Bal. l. 4. uu. 3. C. de appellat.*
e *c. Eccleſia. de electio. c. ſi quis. 2. & paßim diſt. 79.*
f *c. cum inter. de elect. c. inter. §. 1. de transbat. uide diſt. 74.*
g *c. liter. u. c. niſi. de renunc. & ibid. Hoſt. num. 6.*

 ſciplinæ

b uid. omnino diſt. 23. 24. cum multis ſeq. *i uide diſtinc. 68.* *k c. ult. diſt. 80. c. ult. diſt. 50. c. exceptionem. diſt. 64.* *l diſt. 63. & 64.* *m uide diſt. 23. 24. 25. cum ſequen.* *n tot. tit. C. ne ſac. baptiſ. c. ſacram. 1. diſt. 1.* *o c. 1. 68. diſt. c. manus. 1. diſt. 1.* *p l. officiales. C. de Epiſc. & cler.* *q c. præterea. diſt. 51.* *r c. 1. 2. 3. diſt. 51. c. legem. diſt. 53.* *s uide diſt. 55.* *t diſt. 26. c. unã & paßim.* *u c. 1. 2. h. t. paßim, 32. et 33. diſt.* *x c. acutius. 26. diſt. uide etiam §. clericos. Nouell. 123. de Eccl. diuer. cap.* *y uid. diſt. 98. c. cum ſecundum. de præben.* *z d. c. cleros. 21. diſt. c. qui epiſcopatum. 81. diſt.* *a de his & alijs. uide d. c. cleros.* *b l. presbyteri. 8. cum ſimil. C. de Epiſ. & cler. d. c. cleros.*

ſciplinę Eccleſiaſticę: Sacriſtę 26, qui bonis: Cuſtodes 27, qui templis Eccleſiæ, cauſisq́; quæ eò pertinent peragendis, præſunt. Eódem referri poſſunt & Commendatarij, quibus Eccleſia in commendam [a] concedi, ac uelut tutoribus gubernanda commendari ſolet [b], ut fructus qui ſuperſunt Eccleſiæ uſui & neceſsitati, ſuos faciant, indeq́; ſe ſuſtentent: qui & ipſe titulus eſt legitimus [c], reuocabilis tamen arbitrio commendantium, cum ſit inſtar depoſiti [d], & commendationis, cuſtodiæq́; cauſa fiat [e]: niſi ad certum tempus, & ex cauſa neceſsitatis aut utilitatis fiat [f], quomodo hac memoria & ex recepto uſu nedum ad tempus & percipienda aliméta [g], ſed etiam in perpetuum [h] Eccleſiæ commendantur: ut quibus commendatæ ſunt, iuſtum titulum habeant, & de fructibus illarum liberè diſponere poſsint [i]: nec auferri illis, quamdiu uiuunt, ius ſuum ſine iuſta cauſa, ne quidem à ſummo Pontifice queat [k]. Iuriſdictiò porrò omnis, quá eiuſmodi perſonę in audientia Epiſcopali ſeu Eccleſiaſtica iuriſdictione [l] ſuſtinent & exercent, aut eſt delegata [m]: ut uicarij 28, iudicis delegati domi 29, legati foris 30: quanquá & hic cum à Principe mittitur, pro ordinario habetur [n], aut ordinaria [o]: ut ordinarij 31, qui ex lege aut canone ordinariam iuriſdictionem habét, ut Archiepiſcopi, Epiſcopi [p], ex quo ſunt ordinati [q]: utriq; commune iudicis officium 32, tam nobile quàm mercenarium [r], ſiue proprio motu [s], ſiue ad inſtantiam & poſtulationem partium [t] exerceatur. Et hæc quidem de principe iudiciorum perſona, nempe iudice, eiusq́; iuriſdictione & officio: núc de litigatoribus eſt ſubijciendum. Nam

26. De off. ſacriſtæ.
27. De offic. cuſtod.
28. De off. uicar.
29. De off. iud. delega.
30. De off. legati.
31. De off. iud. ordin.
32. De off. iudicis.

a *uide c. nemo deinceps. & ibi gl. ac Dd. de duobus generibus commendæ, uidelicet tituli & cuſtodiæ: & præcipuè Ioan. And. de elec. lib. 6.* *b* *c. querelam. ubi Panor. num. 113. de elect. c. monachis. ubi Panor. num. 5. de præb.* *c* *Arch. c. quia. 21. q. 1. Rebuff. de cōmen. num. 3. Cornæ. cōſ. 66. nu. 2. lib. 3. Caſs. reg. Canc. deciſ. 32. num. 6. Menoch. reme. recup. 15. num. 40. 41.* *d* *Fel c. ſi conſtiterit. nu. 4. de accuſ. cap. deciſ. 3. num. 4.* *e* *c. nemo. de elec. in 6. Rebuf. de commen. num. 1. Cepha. conſ. 97. num. 15. lib. 1. Franc. Mar. quæſt. 1247. Menoch. præal. loc. nu. 39.* *f* *glo. Panor. Felyn. & Dd. c. ſi conſtiterit. de accuſat. c. nemo. de elect. in 6. c. dudum. 2. de elec.* *g* *c. 1. de ſolut. Archid. c. quia. 21. q. 1. Rebuf. de commend. num. 3.* *h* *Menoch. præall. lo. num. 42.* *i* *Rebuſ. ibidem, nu. 26. Præpoſ. c. cum autē. diſt. 44. Gomeſ. in reg. can. de infir. reſ. quæſt. 13. & de anna. poſs. q. 26. & de trien. poſ. q. 5. Capic. deciſ. 3. num. 8. 9. deciſ. Ro. 1. de præben. nu. 7. Menoch. ibidem, nu. 41. 42.* *k* *Rebuf. nu. 98. Iaſ. l. ult. C. ſi cont. ius. & conſ. 145. lib. 2. Ripa. lib. 1. reſp. cap. 14. Crauet. de antiq. temp. §. 2. nu. 37. Menoch. præal. lo. nu. 43. 44.* *l* *uid. C. de Epiſcop. audien.* *m* *uide Spec. de off. & de iuriſd. om. iud. Maran. in diuiſio. iudic. parte 4.* *n* *Hoſt. in princ. de offic. ord. l. 5. ubi Dd. C. de iudic.* *o* *uide Specul. de off. ord. & Dd. ext. eod.* *p* *Hoſt. ibid. num. 1.* *q* *c. tranſmiſſa. c. electi. de elec. Hoſt. ibid.* *r* *c. 1. 2. ult. h. t. Spec. de off. iud.* *s* *c. iudicantem. 30. q. 5. de his quæ prop. mo. fie. deb. uid. Hoſtie. nu. 3. hic.* *t* *uide Hoſt. præal. loc.*

Nam hæ tres perſonæ, iudex, actor, reus, iudicium omne
ſuſtinent & exercent[a]. Litigatores ex æquo reuerentiam
33. De maior. & obed. & obedientiam iudici, ut ſuperiori ac maiori debẽt 33: niſi
quatenus non ut iudex, ſed ut arbitrator, & uir bonus[b],
non iudicando, quod ante plenam cauſæ cognitionẽ fieri
nequit[c], ſed cohortando & ſuadendo, id quod ante omnia
tentari conueniens eſt[d], pacem uel temporalem, puta in-
ducias dilationum[e] multiplices[f], & ſecuritatẽ (treugam
Italicè ſeu treugiam, noſtri fœderis interuallum[g] uocãt)
34. De treuga & pace. uel perpetuam 34, propoſitis aut pactorum 35 gratuito-
rum[h], aut tranſactionum 36, quæ συνάλλαγμα continent[i],
conditionibus, inter litigantes molitur: quæ compoſitio
35. De pactis. cùm aliàs ſemper, ut dixi, ante iudicij cuiuslibet ingreſ-
36. De tranſac. ſum[k], tum præcipuè in foro & controuerſijs Eccleſiaſti-
cis, priuſquam ad odia, & hinc (ut plerunq; fit) ad arma
eatur, inter Eccleſiæ ciues[l] ſemper eſt initiò pertentan-
da[m]: niſi in cauſis matrimonialibus[n], capitalibus[o], & ſimi
libus[p], quæ tranſactionem non admittunt. Quòd ſi res
37. De poſtula. coire nequit, poſtulationes 37 iudiciales tum demum ad-
mittendæ ſunt: quæ initiò potiſsimùm ad perſonas litiga-
38. De procurato. torum[q] pertinent: ut quibus diſceptetur, an ſuo nomine
39. De ſyndico. alteruter litigantiũ poſtulare, an alieno, ut procurator 38
hominis priuati, aut ut ſyndicus 39 alicuius uniuerſitatis,
40. De ijs quæ ui met. collegij, ordinis[r] in iudicio eſſe: an ex iure aliquo ſingu-
lari & extraordinario, cuiuſmodi eſt in integrum tam mi-
41. De in integ. reſtit. norum ex ætate[s], quàm maiorum[t] ex aliqua iuſta[u], uis,
doli, erroris, cauſa[x], reſtitutio, ob metum 40, ætatem mi-
norem XXV. annis[y], priuilegiũ Eccleſiaſticum 41 (nam
42. De aliena. iudic. mut. cauſ. fac. Eccleſiæ piaq; loca iure minorũ utũtur[z]:) item ob factam
indebitè alienationem 42, ad agẽdum aut contra actionẽ
in priſtinam cauſam reſtitui: an ad arbitrũ tanquam paci-
ficatorem priuatum[a] & uirũ bonum[b], qui tamen non per
conuen-

a c. forum. de uerbo. ſignif. b l. uir bonus. 18. iud. ſol. Bar. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. num. 4. ff. pro ſoc. c l. nequicquã. 9. §. 1. ubi Iaſ. & Dd. de off. procon. l. iudices. 9. C. de iudic. Bal. nu. 3. 4. l. prolatam. 4. C. de ſenten. gl. & Dd. l. argentarius. 10. §. cum autem. uerb. de iudice. de eden. d §. 1. in Auth. ut diff. iudic. c. ult. ubi glo. de tranſac. Auth. ſi uerò cõtigerit. ubi gl. uerb. compoſitionem. & Dd. C. de iudic. e §. temporales. Inſt. de excep. & 3. q. 2. per tot. Varro apud Gell. lib. 1. cap. 25. l. poſtliminium. 19. §. 1. de cap. & poſt. reu. f nã quintuplices facit glo. 3. q. 2. g l. ult. C. de fer. h Iaſ. l. 4. C. de pac. l. 1. ff. de trãſac. i l. 1. de tranſac. l. tranſactio. 38. C. eod. tit. k d. §. 1. in Auth. ut diff. iud. l 1. Corinth. 6. Matth. 5. 18. & c. m c. diſcordantes. 90. diſtinc. cum ſequen. Hoſtien. & Dd. in rub. de treug. & pac. & c. ult. de tranſact. n c. ult. hoc tit. o l. tranſigere. C. eod. p l. de his. D. eo. ubi dixi. q Iaſ. l. 1. in princ. C. qui admitti. r uide paſsim hoc t. Hoſt. & Dd. & D. quod cuiuſq. uniuerſ. s l. in cauſæ. 17. de minor. t gl. & Dd. l. 4. de in integ. reſt. u l. 1. ex quibus cauſ. maio. x l. 1. 2. & paſsim, de in integr. reſtit. y l. 3. de minor. z c. 1. 2. 3. ubi Panor. h. t. a l. priuatorum. C. de iuriſdict. b l. ſi ſocietatem. §. 1. pro ſoc.

conuentionem tranſigit ut arbitrator, ſed tanquam iudex cognoſcit[a] ex aliqua cauſa, ut quia cõuentum[b] receptũq; ſit arbitrium[c], prouocare & remitti debeat aut poſsit 43.

43. De arbitris.

LIBER II.

EXpoſito primo iuris obiecto, quod circa perſonas uerſatur: reliqua duo, nempe res & actiones[a], ordine perluſtrãtur. Res, ut materia iuris & iudiciorum, naturà priores ſunt[b], eoq; de his iuris prudẽtiæ ciuilis cõditores, ante actiones tractãt[c]. Actiones porrò iudiciales, uelut forma digniores ſunt, magisq; uniuerſales: cũ autẽ digniora[d] & uniuerſalia[e] pręmittenda ſint, placuit Canoniſtis, ut & Cæſaribus[f] (quod ipſum à uera methodo non abhorret) formam actionesq; iudiciorũ, rebus & materię præmittere. Actionũ porrò harũ iudicialiũ ſeu iudiciorũ 1 cõmunis forma eſt, ut inſtituãtur in foro rei[g], quod actor ſequi debet, cõpetente 2, propter domicilium, contractũ, delictum, rem qua de agitur, aut aliam iuſtam cauſam, ex qua quiſq; competens forum ſortitur[h]: oblato[i] per actorem petitionis[k] in ſcriptis[l] (unde nomen eſt[m]) libello 3, qui litis futuræ ſpeciem idoneè demonſtret[n]: mutuis etiã petitionibus 4 ſeu recõuentionis[o] rei, quas actor, quamuis alieni ſit fori, detrectare, domumúe reijcere non poteſt[p], admiſsis, alijsúe reſponſionibus eius auditis, per quas lis 5 cõteſtetur[q], antequam ad teſtium receptionem, uel ſententiam definitiuam procedatur 6. Nec enim antè ſciri poteſt, utrum intentionem agẽtis neget reus, an confiteatur: quare nec illud ſciri poteſt, an & quatenus probatione ſit opus: qua ſanè non opus eſt in his quæ reus confitetur[r]. Eſt autem conteſtatio, eius rei de qua apud iudicem cõtrouerſia eſt, ex utraq; parte facta teſtibus præſentibus (unde conteſtatio dicta) narratio[s]: ſeu quædam inter eos qui controuerſiam habent, de iudicio ſuſcipiendo apud iudicem per narrationem iuris, quod uterq; prætendit, iudicialis cõuentio[t]. Quanquam autem quidam actorem,

1. De iudicijs.
2. De foro competente.
3. De libelli oblatione.
4. De mutuis petitionibus.
5. De litis conteſt.
6. Vt lit. non conteſt. non proced. ad teſt. recep. uel ſentẽt.

a d.§.1.l.1.de recep. arbit.
b l.rem.12.C. de iudic.l.3. & paßim de recep. arbit.
c d.l.3.D.eod.
a l.1.2.de ſta. hom.§.ult. Inſt.de iur. nat.
b l.1. de acq. dom.
c ut Inſt. & ff.
d §.ult.Inſtit. de iur.natur. gent. & ciuil.
e l. 1. de rei uindica.
f lib.2.3.Cod. ubi prius de ordine iudiciorũ quàm de materia actionum.
g c.5. c. cum ſit generale. 8. de for. comp.l.2. C. de iuriſdic.
h uide c.fin.de for. comp.c. 2.§.1.eod.in 6.l. hæres. 19.de iudic. & C.ubi de crim.cum tit.ſeq.
i Auth.offeratur.C.de lit.conteſt.
k l.3. C.de æden.c.dilecti.6.c.examinata.15. de iudic.ubi Dd.
l c.1.de libell. oblat.c. quoniam.11.ubi gl.uerb.petitionem.de probat.
m l.3.de accuſat.
n d.l.3. C.de ædendo.
o Socin.in rub. & c.1.hoc tit.ubi genera quoq; & ſpecies recenſet.
p l.2.§. ſed etſi agant.5.de iudic.l.pen.C.de ſent. & inter.
q l.1.cum Auth.ſeq. C.de lit.conteſt.
r c.1.2.de confeſ.in 6.
s Cuiac.lib.obſ.9.cap.21.l.1.2.hoc t. Spec. eod. Socin. latè c.unic.num.93.hoc tit.
t l.3.§.idem.8. de pecul. Alc.l. pecuniæ. in fin. de uerb. ſig.Ramus regul.177.

rem, non reum conteſtari putent [a]: tamen receptius eſt, utrunq; conteſtationẽ facere [b], & potiſsimùm reum [c], per reſponſionem ad actoris petitionem, tanquam interrogationem, in iure factam [d]. Lite uerò hunc ad modum conteſtata [e], ordinarium eſt calumniæ utrinq; pręſtari iuramentum 7: dilationes 8 ob ferias 9, aliamúe cauſam dari, ordine deinceps rem cognoſci 10: ut ne quid plus iuſto petatur 11 (quod olim damno litis [f], hodie impenſarum plectitur [g]) ut poſſeſsionis cauſa tanquam ſummaria, & petitorium ordinante [h], huic præuertatur 12: & hic ante omnia ſpoliatus ſine cauſæ cognitione, in poſſeſsionem, etiamſi nullum præter ſpoliationis allegationẽ ius habeat [i], reſtituatur 13. Quòd ſi altera pars iudicium ſubterfugiat & fruſtretur [k], ſolenne eſt contra dolũ fruſtrantis, uel contumaciam 14 fugientis ac latitantis, miſsionem [l] in bonorũ poſſeſsionem 15 (quanquam pendẽte aliàs lite nihil ſit innouandum 16) decerni: aut quod miſsioni ſuccedit [m], poſſeſsionem fructusq; rei litigioſæ ſequeſtrari 17. quod tamen quia ſpoliationis eſt inſtar [n], extraordinarium & odioſum remedium eſt: ad quod perueniri nõ debet, niſi ex magna cauſa, eaq; cognita, & proinde citata [o] auditaq; parte, cuius interſit [p]. Cæterùm utroq; litigatorũ copiã ſui faciẽte, ſi quidẽ affirmatiuè lis cõteſtetur, tãtùm supereſt iuris, nõ facti quęſtio [q], nec aliud reſtat, quàm ut in cõfeſſum 18 ſentẽtia feratur [r]: ſin negatiuè ſic ut plerunq; fiat conteſtatio: puta negãdo narrata prout narrãtur [s] (quæ ſcilicet ſunt facti) & petita (ſcilicet in cõcluſione, quę ſunt iuris) ꝓut petũtur [t]: hoc caſu ꝓbatio 19 intẽtionis, quatenus facti eſt [u],

X actori

7. De iuram. calũ.
8. De dilatio.
9. De ferijs.
10. De ord. cognit.
11. De plus petitio.
12. De cauſ. poſſ. & propriet.
13. De reſtit. ſpol.
14. De dolo & contumacia.
15. De eo qui mitt. in poſſ. cauſa rei ſer.
16. Vt lit. pend. nihil innoue.
17. De ſequeſt. poſſ. & fruct.
18. De confeſſ.
19. De probat.

a *Cuiac. præl. fac. Auth. libellũ. C. eod.*
b *Socin. d. c. unic. nu. 67. & 93. Bar. l. 1. C. eod.*
c *l. præſcriptionem. 8. cum ſeq. C. de except.*
d *l. 1. C. h. t. Socin. nu. 92. & nu. 76. præall. loc. c. dudum. 54. ubi gl. de elect. Caſtr. conſil. 401. num. 2. uol. 1. l. 2. in princ. C. de iura. calum. l. rem non nouam. §. 1. C. de iudic.*
e *l. 1. in uerb. non aliter probationes. ubi Bal. & Dd. C. de iureiur. prop. cal. c. cũ cauſam. 6. ext. de iura. calum. c. dudum. 54. de elec. Spec. de iur. calum. in princ. nu. 1. & de poſit. §. 2. nu. 11.* *f* *§. plus autẽ. Inſtit. de act. l. unic. C. eo. ubi dixi.* *g* *c. unic. h. t.* *h* *l. inter. 62. de iudic.* *i* *c. 5. h. t. c. 1. 2. eo. in 6. uide latiſsimè Iaſo. & Soc. iuniorem in l. naturaliter. 11. §. 1. de acq. poſſ. & quæ dixi ad tit. de ui arma.* *k* *uide l. properandum. 11. C. de iudic.* *l* *C. quo. & quan. iud. ff. de bon. auth. iud. & ex quib. cauſ. in poſſ.* *m* *c. 2. ubi Pano. num. 11. 12. Imol. nu. 3. de dol. & contumac. Ioan. And. c. locupletari. de reg. iur. in 6.* *n* *Bal. l. ſi proprietate. nu. 15. C. ſi à non comp. iud. Ancho. conſ. 248. ad prædicta. nu. 4.* *o* *Soc. nu. 7. poſt Alex. l. ſi fideiuſſor. §. ult. qui ſatiſd. cog. Zab. clem. 1. nu. 22. 25. de ſequeſt. Pan. c. quoniã. §. ult. nu. 34. ut lit. non conteſt. Ioan. Andr. c. locupletari. in fin. de reg. iur. in 6.* *p* *Bal. l. unic. nu. 2. & ibi Cur. nu. 49. C. eod. Ang. conſ. 107. Schurff. conſ. 15. cent. 3.* *q* *c. 1. 2. de confeſſ. in 6.* *r* *l. poſt rem. 56. de re indica. l. 1. l. 6. de cõfeſſ. l. unic. C. eo.* *s* *ita hæc diſtinguit Bart. nu. 3. l. unic. C. de lit. cõteſt.* *t* *de hac forma conteſt. Bart. & Dd. d. l. unic. Socin. nu. 67. dic. unic. eo. & ibi Pan. nu. 23. Felyn. nu. 20.* *u* *Spec. de teſte. §. nunc uidendum. in princ. l. actor. 23. l. ſiue. 16. C. de probat.*

actori [a] incumbit, per teſtes 20, etiam ad id cogẽdos 21 officio iudicis [b], indictione mulctę, aut pignoris ablatione [c], ne ueritatis occultatione damnum producens patiatur [d]. item per fidem inſtrumẽtorum 22 tam publicorum quàm priuatorum [e]: & uerò etiam per præſumptiones 23 & coniecturas [f]: deniq; & [g] iuſiurandum 24 facienda. qua impleta, ad ſimilem exceptionũ ſuarum 25, ac præſcriptionũ 26, quæ & ipſæ probandæ ſunt [h], demonſtrationem [i] reus admittendus eſt: qui in his actor putatur [k], nec antè probare eaſdẽ cogitur, quàm intentionẽ ille ſuam implêrit [l]. factis porrò probationibus [m] utrinq;, & diſputatis [n], ultimũ eſt, ius à iudice reddi per ſententiam 27, libello [o] & probationibus [p] congruentem: quæ quidem tranſit in rem iudicatam, & ad executionem perducitur: niſi appellatum 28 ſit intra decendium [q] à tempore ſcientiæ [r], hoc eſt, poſtquam compertum eſt ſententiam eſſe latam: aut ad acta ſtatim [s], aut (quod perinde eſt) in ſcriptis apud notarium [t], uel etiam [u] (quod tantundem ualet) arrepto eam ob cauſam uerſus curiã ſuperioris itinere 29: à quo in ſecunda inſtantia, poſt litem ordine, qui modò oſtenſus eſt, & qualis poſt litis cõteſtationem ſanè eſt [x], cognitam (licet enim & hic, quæcunq; tamẽ poſt litem conteſtatam licent [y], non allegata allegare, non probata probare [z]) prior ſententia aut utiliter confirmatur 30, ſi quidem æqua fuerit: aut reformatur in melius, ſi iniqua.

20. De teſtibus & atteſt.
21. De teſtibus cog.
22. De fid. inſtru.
23. De præſumpt.
24. De iureiura.
25. De exceptio.
26. De præſcript.
27. De ſenten. & re iudic.
28. De appella. & recuſat.
29. De cleri. peregrinan.
30. De cõfirma. utili uel inutil.

a d.l. actor. l. 2. C. de proba. l. 2. ff. eo. l. qui accuſare. C. de eden. cum ſimil.
b Cic. pro Flac. in fin.
c Hoſt. hic, nu. 5. per l. unic. ſi quis ius dic. §. ult. Inſt. de ſatiſda. tuto.
d c. dilecto. de teſtib. Hoſt. num. 4.
e uide Bal. in rub. C. eod.
f l. 5. ubi gl. uerb. oſtendere uocat liquidiſſim. probation. C. de peric. tuto. l. licet. 77. de leg. 1. Hypp. in rub. de proba t. num. 189.
g l. eum qui. 30. de iureiur. ubi Bar. Iaſ. & Dd. h c. 1. de præſcrip. in 6. i l. in exceptionib. 14. de probat. k d. l. in exceptionibus. 14. de probat. l l. ſi quidem. 9. C. de except. l. exceptionem. 19. C. de probat. m l. iudices. 9. C. de iud. uide Spec. de diſputat. et all. n l. prolatam. ubi Bal. C. de ſent. l. argentarius. 10. §. cum autem. de eden. o l. ult. C. de fideicom. lib. l. ut fundam. 18. com. diuidun. c. licet. Heli. de ſimon. p Bal. l. 1. nu. 2. C. de quæſtio. l. 2. 5. cum ſimil. C. de rei uen. d. l. argentarius. 10. in fin. de eden. q Auth. hodie. C. de app. c. quod ad. de ſenten. r gl. d. Authen. hodie. C. de appell. Mynſing. ob. 2. cent. 2. s l. 2. de appella. l. 6. in fi. l. litigat. C. eo. t l. 3. de appella. l. litigatorib. C. eo. u c. dilecti. 52. de appellat. l. 1. eum qui appella. Iaſ. l. 1. nu. 2. C. ut lit. pend. x Bal. & Dd. l. 6. C. eod. l. ita. 13. C. de procur. y d. l. ita. ubi Iaſ. et Dd. Mynſing. obſ. 1. cent. 1. z d. l. 6. l. qui cum. 14. §. accuſare. 5. de bon. liber. a l. eos. 6. C. de appell.

LIBER III.

ET hic quidem ordo, progreſſus atq; exitus iudiciorum eſt omnium ciuilium & criminalium, tam primæ quàm ſecundæ inſtantiæ. Nam in hac eadem uia & ratione, qua in illa, litigatur [a]: niſi quòd litis conteſtatio

tio[a],& quæ eam præcedunt[b],hîc non renouentur: cũ appellatio rem ad tempus litis uſq; conteſtatæ duntaxat reducat[c]: ut liceat non allegata allegare, non probata probare[d],ſcilicet quæ tẽpore probationis, hoc eſt, poſt litem conteſtatam,quod tempus probationum ſolenne eſt[e], allegari poſſunt. His expoſitis, proximum eſt materiam & cauſas,quæ in his iudicijs Eccleſiaſticis agitari ſolent,ſubſternere.Eæ porrò cauſæ ſunt aut ciuiles,aut criminales[f]: de ciuilibus hoc & ſequẽte,de criminalibus poſtremo uolumine tractatur.Ciuiles,quæ quidẽ ad forum Eccleſiaſticum pertineant,de quibus hîc ſolùm tractatur,aut de perſonis rebusq; exiſtunt Eccleſiaſticis, aut de matrimonijs laicorum:de ſtatu & iure perſonarum:ut cum quæritur de uita & honeſtate clericorum 1,eorumq; cũ mulieribus cohabitatione 2,coniugio 3 aut permittendo,aut inhibendo. qua de re uaria ſemper fuiſſe iudicia, uariasq; in Eccleſia quæſtiones & contentiones, non tantùm ex hiſtorijs, ſed de libris quoq; noſtris intelligi poteſt[g].De clericis reſidẽtibus in ſua Eccleſia,uel nõ reſidentibus 4:ex cauſa aliqua iuſta,uel iniuſta.Nam præbendis & dignitatibus 5 frui nõ debent ocioſi[h],citraq; probabile 6,puta morbi, uel ſimile impedimẽtum abſentes[i]. De inſtitutionibus 7 ac conceſſionibus,uelut inueſtituris[k] præbendarum, utrum iuſtæ nec ne ſint 8, utrum ſede uacante 9 ut regulariter, an non uacante extra ordinem factæ: utrum à prælato ſine cõſenſu capituli 10, an maiore parte (quod ſolennius eſt) conſentiente 11: utrum ſine diminutione Eccleſiaſtici beneficij 12,quod ordinarium eſt,an contrà ſint impetratæ. Sicut enim nec res Eccleſiæ ſine iuſta cauſa alienari[l], neq; numerus clericorũ definitus minui[m]: ſic nec beneficia ſalariaq; quæ his cõſtituta ſunt,diſcerpi, multo minus in rem prælati conuerti debent[n].Et tantum de perſonarũ iure ac ſtatu.De rebus Eccleſiæ uariæ quoq; quæſtiones in Eccleſiaſtico auditorio gliſcere ſolẽt:puta de alienãdis 13,ex neceſſaria aliqua cauſa[o] & ſolẽniter[p]: uel citra neceſsitatẽ[q] & ſolennitatem non alienandis Eccleſiæ rebus, aut de ijs credendis uel non credendis: per precarium 14 ſeu χρήσιμ

1. De uita & honeſt. cleric.
2. De cohab. cler. & mulier.
3. De clericis coniuga.
4. De cler. non reſiden.
5. De præben. & dignit.
6. De cler. ægro. uel debil.
7. De inſtitut.
8. De conceſsio. præben.& Eccleſ. non uacant.
9. Ne ſede uacan. aliquid inno.
10. De ijs quæ fiunt à præla. ſine conſ. cap.
11. De ijs quæ fiunt à ma.par. capit.
12. Ut ſine diminut. benef. Eccleſ. cõfer.
13. De rebus Eccle. alien.uel non.
14. De precar.

a Dec.in rub. & c. per tuas.ubi Dd. de appell. l. ult. C. eo. Mynſing.latè obſer. 1. centur. 1.
b l.ita demum. ubi Dd.C. de procur.
c Iaſ.l.1.num. 5.& 6.C.de iudic. & in d.l. ita demum.
d d.l.eos.6.§. 1.C.de appell.
e c.1.2. & tot. tit.ext.ut lit. non conteſt.
f l.1.§.pen.de calum.l.ult. ubi Bart.de priua. delic.
g l.2.l.5. C.de Epiſc. & cler.& paſſim diſt.26. 27.28.29. 30.31.32.33.
h uide 7.q.1. & 2. & tit. de ſupplen. neglig. prælat.
i c.2.3.4. 6.8. 9.10.11.12.ult.de cler. non reſiden.
k Dynus c.1. num.10. de reg.iur. in 6.
l c.2. & tot.tit.infrà de reb. Eccleſ.non alien.
m Nou.3.& 6.Hoſt. & Dd.hîc.
n c.unic.§. ult.hoc tit.Hoſt.circa finem.
o l.iubemus.14.cum Auth.ſeq.C.de ſacroſ. Eccleſ.ubi Dd. in Auth.de non alienand.c.7.cum ſeq.hoc tit.
p c.fine.12.q.2.cum ſeq.ubi Rebuff. Dd.
q c.nulli.5.hoc tit.
q d.c.5.6.h.t.

δόσιν[a], ad uitam uſumq́; eius qui Eccleſiæ rem dedit[b], aut per commodatũ 15, depoſitum 16, emptionem uenditionem 17, locationem & conductionem 18, rerum permutationẽ 19, quę in Eccleſiaſticis ac ſpiritualibus magis quàm emptio toleratur[c], ſicut & trãſactio[d]. Item per feudi conceſsionem 20, (nam & in rebus Eccleſiæ feuda[e] ac emphyteuſes[f] conſtitui poſſunt) pignus 21, aliasq́; cautiones, puta fideiuſsiones 22, ſolutionẽ 23 aut donationẽ 24. Donari Eccleſiæ poteſt[g] etiam in ultima uolũtate: quanquam id olim propter ſuggeſtiones & captationes[h], quibus Eccleſiaſtici ægrotantes & moribundos urgebant, nõ æquè licuit[i]. Donari uerò res Eccleſiæ, niſi cũ recompenſatione, ne quidẽ ab Epiſcopo poſſunt[k]: quoniam hoc dilapidare eſt, non adminiſtrare[l]. In cæteris alienationibus teneatur hæc diſtinctio: quòd illa quæ uſum tantùm ad tẽpus, non dominium rei uſumúe in perpetuũ credunt atq; transferunt[m], facilius[n]: ea uerò quę uſum perpetuum, uel etiam dominiũ abalienãt, difficilius[o], nec abſq; æris alieni inemendabili aliàs neceſsitate, aut impẽſa utilitate, & cognitione eiuſmodi cauſæ, ordine quoq; tractatuq́; adhibito, ac decreto deſuper facto[p], permittũtur. Itẽ de clericorũ peculio 25, quod ijs mortuis ad Eccleſiã redire ſolet[q]: deq́; alia etiã laicorũ ſucceſsione, uel ex[r] teſtamẽtis 26, uel ab[s] inteſtato 27 ad Eccleſiã deuoluta, & relictis inde Eccleſiæ quouis titulo, unde prælato legitima debetur[t]. quanquã etiam abſq; hoc, teſtamentorũ cauſa uelut pia, ad Eccleſiæ curam & audientiam pertineat, ut huius auxilio ad exitum perducatur[u]. Item de ſepulturis 28 eorum qui parochijs 29, hoc eſt territorio certæ Eccleſiæ ſpirituali[x] ſubijciuntur. Nam inibi ſepeliendi ſunt[y] gratis[z], niſi aliud ferat conſuetudo[a]: ſumptibus tamẽ non Eccleſiæ, ſed hæredum

a Nouell.7. 120.
b c.1.2.h.t.
c c.nemini.16. q.ult. uide Hoſtien.hic, nu.3.
d c.2.3.4.5. de tranſact.5.
e c.1.2.h.t.c. unic.de cler. qui inueſt. acce.§.fin. de ea.Corr. c.1. qui feud. da. Aluar. Iaſ.& Dd. in prælud. feudo.
f c.7.8.cũ ſeq. de reb. Eccleſ.l. iubemus.14. cum multis Auth. ſeq. C.de ſacro. Eccle. in Auth.de non alienan. & de aliena.& emphyteuſi.
g l.1. C.de ſacroſ. Eccleſ.

15. De cõmodato.
16. De depoſito.
17. De empt.& uend.
18. De loca.& conduc.
19. De rer. permuta.
20. De feudis.
21. De pignor. & alijs cautio.
22. De fideiuſſ.
23. De ſolution.
24. De donatio.
25. De pecul.cler.
26. De teſta.& ult. uolunt.
27. De ſucceſſ.ab inteſta.
28. De ſepultur.
29. De parochijs & alie.par.

a Hoſt.de immun.Eccleſ.nu.12. b Hiero.ad Nepo.epiſtol.2.tom.1. Molinæ.conſ.31.nu. 7.& 8. i Alcia.& Dd.d.l.1. k c.Epiſcopus.12.q.2.Hoſtien. hîc, nu.4. l l.filiusfam.7.de donation.l.qui fundum.7.§.ſi tutor.pro empto. m c.potuit.de loca.ubi Dd. uide 12.q.2.per tot.Auth.qui rem.C.de ſacroſanc.Eccleſ.c.ad audientiam.9.de reb. Eccleſ.nõ al. n d.c.9.ubi Dd.h.t. o d.c.nulli.cũ ſeq.de reb.Eccl.non alienan. p de his ſolennibus uide Rebuff. & Dd.in c.ſine.12.q.2. cum ſeq.& in d.c.nulli. Bal.ac alios in l.iubemus.14.C.de ſacroſ.Eccleſ. q c.ult.h.t.c.1.7.9.12.de teſta.No.123. r c.4.5. 10.11.cũ ſeq. de teſtamen. s c.ult.& t.t.de ſucceſ. ab inteſt. t c.officij.14. de teſtamen.Bal.l.ſi quis.§.in omnibus.nu.19. C.de Epiſc. u l.nulli.28. C.de Epiſc.& cler.l. antepen.C.de Epiſc.aud. x uide Hoſt.hîc,nu.1.2. y c.1.& paſsim h.t. z c.abolendæ.h.t.c.ad Apoſtolicam.de ſimon. a d.c.ad Apoſtolicam.

redum aut uiduæ [z], quanquam & alibi ſibi quis eligere ſepulturam poſſit, dum tamen legitima portio propriæ Eccleſiæ relinquatur [b]: niſi ſit eorum ex numero, quos Eccleſia pro mẽbris non agnoſcit, quiq́; ab unitate Eccleſiæ receſſerunt. nam eiuſmodi nullo in Eccleſiæ loco ſepeliri debent [c]: cuiuſmodi ſunt hæretici [d], excommunicati [e],

30. De decimis, primit. & oblat.

blaſphemi [f], fures [g], uſurarij [h], mortem ſibi cõſciſcentes [i], & generaliter omnes impœnitentes, peccatisq́; mortalibus immortui [k]. Itẽ de decimis, primitijs, oblationibus 30: quæ cauſa prorſus Eccleſiaſtica & ſpiritualis eſt [l], à laicorũ iure & cognitione, niſi quo ad poſſeſsionem [m], prorſus ſeparata. Decimę debentur omni iure Eccleſiæ [n], tam perſonales, ex negociatione, artificio, militia, uenatione [o]: q̃ prędiales, ex fructib. terrę, fœtibus animaliũ [p], &c. ſicut & primitię, hoc eſt, prima fructuũ quorũcunq; obuẽtio [q], ſacerdoti parochiali dãdę ſunt [r]. Reliquę oblatiões, niſi cõſuetæ præſcriptæq́;, ſunt arbitrariæ [s]: ut quæ pro ſepulturis (quorum modò meminimus) offerũtur [t]. Item de regularium 31, qui Eccleſiæ uelut ſerui ſunt addicti, à cõiugio 32 uel infidelitate 33 ad religioſorum uitam tranſeuntium, uoto, hoc eſt, alicuius faciendi uel non faciendi, ſeu boni operis promiſsione Deo facta: deq́; uoti redemptione 34, ſtatu 35: de religioſis domibus 36 & capellis 37, quæ pone Eccleſias parochiales [u] cõſtruũtur: de iure patronatus 38, hoc eſt, præſentandi, defenſionis, cuſtodię [x], alimẽtorũ, &c. quod ſibi & poſteris [y] cõſtruẽtes uel dotãtes Eccleſiã retinere ſolẽt [z]: de cẽſibus annuis, quę de prouentibus in recognitionẽ, non quidẽ dominij ſemper, ſed alicuius ſubiectionis [a] Eccleſiæ perſoluũtur: & de exactionibus, quæ extraordinariè petenti & exigenti ex iuſta cauſa Eccleſiæ pendũtur [b]: ac de procurationibus 39, hoc eſt, ſumptib. qui Eccleſię eiuſdẽq́; adminiſtris & uiſitatorib. [c]

31. De regul. & trãſ. ad rel.

32. De cõuerſ. coniugatorum.

33. De cõuerſiõe infidelium.

34. De uoto & uoti redempt.

35. De ſtatu monac. & cano. regul.

36. De reli. domib. ut Epiſco. ſint ſub.

37. De capel. mon. & alio. relig.

38. De iure patro.

39. De cẽſib. exact. procur.

a l.1. l. ſi quis. ℓ. quòd ſi. de relig. et ſumpt. fun. Hoſtien. hîc, nu. 7.
b c.1. c. de his. c. cum ſuper. hoc tit. Hoſt. hîc, nu. 5.
c c. Eccleſiam. de conſ. diſt. 3. c. fures. de furt. c. placuit. 23. q. 5. c. publicatus. de uſur. c. ſicut. de hæretic. Hoſt. hîc, num. 4.
d d. c. ſicut. c. Epiſcopus. de hæret.
e c. ſanè. 24. quæſt. 2.
f c. ſtatuimus. de maled.
g d. c. fures.
h d. c. publicatus.
i d. c. placuit.
k c. non æſtimemus. 13. q. 2. & paßim ibid.

 deben-

l c. ult. 16. quæſt. 1. & quæſt. 7. uide Dd. hoc tit. m c. 3. de ord. cog. c. cum ſit. 8. de for. compet. Caſtr. Iaſ. §. 3. C. de iud. Bart. l. 2. de iuriſd. Mynſing. obſ. 67. centur. 1. n c. 1. & paßim hoc tit. o Hoſtien. hîc, num. 3. p c. ult. ſup. de paroch. c. ad Apoſtol. c. paſtoralis. hoc tit. q c. reuertimini. 16. q. 1. c. decim. 16. quæſt. 7. c. præter. 32. diſtinct. Hoſtien. circa finem. r c. doctos. c. moderamine. 16. quæſt. 1. s uide Specul. de decim. & 10. quæſt. 1. 2. Innoc. cap. inter. de uerbor. ſignificat. t c. 1. ſuprà tit. 1. u cap. ad audientiam. de Eccleſ. ædifican. x uide Hoſtienſ. & Dd. & paßim in text. hoc tit. y cap. 1. 2. hoc tit. z cap. nobis. 25. de iure patronatus. a cap. communis. & paßim hoc tit. Hoſtienſ. numero 2. hîc. b cap. olim. hoc titul. 10. quæſt. 3. per tot. c uide omnino Socin. in tractatu de uiſitationibus.

debentur [a]: de conſecratione 40, adminiſtratione ſacramentorum, puta Euchariſtiæ 41 & Baptiſmi 42: quo nemo in Eccleſia pręcipuè ad presbyterium uocatus, carere debet 43: de cuſtodiendis Eccleſiæ rebus 44, etiam Euchariſtia purè ſumenda ſeruandaq́;: qnam ſi quis per ebrietatem aut morbū, aliam'ue culpam euomat, eijciatq́;, pœnitentia caſtigari debet [b]: & de reliquijs 45 ac ueneratione ſanctorum, quę potiſsimùm in imitatione conſiſtit, ſicut monet Apoſtolus, inquiens: Imitatores mei eſtote, ſicut ego Chriſti. Itē de ieiunijs 46, purificationibus 47, alijsq́; ceremonijs diſciplinæ Eccleſiaſticę ſeruandis: templis ex ijs quæ fabricæ deputata ſunt [c], aut collatione beneficiatorum [d], uel ipſorum potius parochianorum, qui ſacramentis & ſepultura, alijsq́; benedictionibus Eccleſię utuntur [e], ædificandis uel reparandis 48: eorumq́; cœmiterijs & immunitate, quam à communibus oneribus multiplicem & uariam non ipſæ tantùm Eccleſiæ, ſed earum etiam cœmiterla, perſonæ, res, habent [f]. De rebus deniq; uarijs, eodem uidelicet ad Eccleſiam immediatè pertinentibus 49. Nam ſæcularibus ſe Eccleſiaſtici immiſcere contra officium & profeſsionem non debent 50. excepto matrimoniorum argumēto: cuius cognitio ſic ad Eccleſiam pertinet: ut nedum principaliter, ſed etiam ne incidenter quidem, de eo temporalis ſeu ſæcularis, ut loquuntur, iudex cognoſcere poſsit [g].

LIBER IIII.

DE ſponſalibus ergo & matrimonijs 1 laicorum, tam contrahendis quàm diſſoluendis, quæſtiones omnes pro Eccleſiaſticis ac ſpiritualibus habētur [a]: eoq́; & in cōſiſtorio Eccleſiaſtico diſceptari ſolent ac debent [b]. cuiuſmodi ferè ſunt de deſpōſatione impuberū 2, per uerba de futuro, nō de præſenti cōcedenda: de qualicunq; deſpōſatione adultorū, uel publica, uel clādeſtina 3, ſine bānis & benedictione Eccleſiæ, clam teſtibus, & ijs quorum conſenſus requiritur [c], facta: cum uno uel pluribus 4, purè uel in diem, aut ſub cōditionibus 5 expreſsis, tacitis, de præſenti, de præterito, de futuro, licitis, illicitis, poſsi-

a c.3. ubi gloſſ. uerb. ſeparari. c. de illa. 6. de diuor. c. ſæculares. 33. q. 2. c. cauſſam. 7. c. per uenerabilem. 13. qui fil. ſint leg. Bald. d. l. 5. C. de n̄upt. Anto. Franc. conſ. 68. num. 26. Superan. conſ. 65. num. 5. Plot. conſi. 87. num. 15. uol. matri. 1. b uide Panorm. in d. cap. per uenerabilem. & de ſponſal. ac paßim de for. compet. Dd. præalleg. loc.

c cap. 1. 2. 3. & paßim 30. quæſt. 2. Hoſt. hîc.

a c. 6. 14. 16. 17. h. t. et eo. lib. 6.

b c. ſi quis. de conſec. diſt. 2. Hoſt. hîc, num. 4. 5.

c c. uiuo. 10. q. 3. c. decernimus. q. 1.

d c. 1. c. de his. h. t. c. ſi monachus. 16. quæſt. 1.

e c. quicunq;. 16. q. 7. uide Hoſtien. hîc, num. 2.

f uide Hoſt. et Dd. hîc.

g c. lator. 5. qui fil. ſint legit. l. omni. 6. Ad. hi Bald. C. de ſacr. Eccl. & l. 4. 5. C. de nupt. c. 3. de ord. cog. c. cum ſit generale. 8. de for. compet. c. ſi iudex. 12. de ſent. excomm. lib. 6. Bar. Bal. Iaſ. nu. 6. et communiter Dd. in l. 3. C. de iudic. & l. 2. de iuriſd.

40. De cōſecra. Eccl. uel alt.

41. De celebr. miſſæ & Euchariſtiæ.

42. De Baptiſmo, & eius effect.

43. De preſbytero nō baptiz.

44. De cuſto. Eucha. chriſ. & alio. ſacro.

45. De reliq. & uen. ſanct.

46. De obſeru. ieiun.

47. De purifica. poſt part.

48. De Eccleſ. ædif. uel repar.

49. De immun. Eccl. cœmit. & rer. ad eas pertin.

50. Ne cleric. uel monach. ſęcu. nego. ſe immiſc.

1. De ſpōſal. & matrimon.

2. De deſponſ. impub.

3. De clād. deſponſa.

4. De ſpōſa. duor.

5. De condit. appoſ.

poſsibilibus, impoſsibilibus, honeſtis, turpibus, poteſtatiuis, caſualibus, mixtis [a]. Speciale in his, quòd dies adiecta pro conditione habeatur [b], quaſi incerta [c]: cùm ſit perſonalis hæc obligatio, quæ morte alterutrius diſſoluatur, nec in hæredem tranſire poſsit. Quare matrimonium interea cum alio contractum ualere putant [d]: ſicut & conditionaliter promiſſum, ſi pendente conditione ad alia uota eatur [e]. Conditio enim & dies faciunt eſſe matrimonium de futuro [f], ut huic purum ſubſequens præferatur [g]. Quòd ſi aliud conſecutum non ſit, adueniēte die uel conditione purificatur coniugium [h]: & ad eius implemētum urgeri contrahentes debent [i]. Eſt & illud animaduertendum, poſſe alterum purè, alterum ſub conditione promittere: quæ non totum contractum, ſed huius tantum promiſsionem ſuſpendit [k]. Item in hoc foro quæri ſolet: qui clerici uel uouentes matrimonium contrahere poſsint 6: de eo qui duxit in matrimonium quam per adulteriū polluit 7. quod ſanè cōiugium toleratur ſine machinatione: hoc eſt, niſi defuncti coniugis uitæ inſidiati ſint [l]. de coniugio leproſorū 8 non inhibēdo, ſi ſcienter contrahatur [m]: & quia iure Diuino Canonicoq́; quo ad ſacramēta, nō eſt inter liberū & ſeruū diſcrimen [n], de coniugio (quod iure ciuili contubernium eſt [o]) ſeruorum 9: & liberis qui ex his naſcuntur 10, ut uentris liberi conditionem ſequantur [p], uel patris, ut exiſtimo, ſi ex ſeruo uentre liber genuerit in coniugio [q], exemplo & iure aliorum coniugiorum [r]. de impedimentis matrimonij: aut ob cognationem, uel ſpiritualem 11, ut fideiuſsionem in baptiſmo factam [s]: uel legalem 12, ut affinitatem 13: uel naturalem, ut conſanguinitatem 14: aut ex impotentia 15 naturæ maleficij'ue uitio contracta [t], aut ab interdicto Eccleſiæ 16, legis [u], iudicis [x], ex iuſta aliqua cauſa, coniugium inter aliquos aut alicui ad tēpus uel in perpetuum prohibente. An & quando ex huiuſmodi coniugijs, etiā putatiuis [y], liberi naſcantur legitimi 17, uel ſaltem ſi ita nati non ſint, per ſubſequēs matrimonium [z] aut Principē, tam tēporalem quo ad temporalia,

6. Qui cleric. uel uouen.
7. De eo qui dux. in mat. quam per adult. pol.
8. De coniug. lepro.
9. De coniug. ſeru.
10. De natis ex lib. uentre.
11. De cogna. ſpirit.
12. De cogna. legal.
13. De eo qui cogn. cōſan. uxo.
14. De cōſang. & affinit.
15. De frig. & malef.
16. De matr. cōtrac. contra interd. Eccl.
17. Qui filij ſint legit.

a *uide Hoſtien. hic, nu. 4. 5. 6. Couar. c. 3. de ſponſal.*
b *c. ul. ubi Henric. Boick. de cond. appo.*
c *l. 1. in fin. de cond. & demonſt.*
d *Hen. Boic. d. c. ul. Brunel. de ſponſ. concl. 33. Kling. tract. matr. de honeſt. condit. in princ.*
e *c. ſuper. 5. ubi gloſſ. ult. hoc tit.*
f *Couar. cap. 3. de matr. 2. parte, 2. par tis. nu. 3.*
g *cap. ult. de ſponſa.*
h *ita eſt communis in d. c. 5. licet contrà diſputet Couar. præal. loc.*
i *uide Dd. d. c. 5. Couar. præall.*
k *Iaſ. Auth. ingreſſi. num. 14. C. de ſac. Eccle. Couar. d. c. 3. §. 1. num. 11.*
l *c. ult. hoc tit. c. ſuper. c. ſed caſti. c. ueniens. 31. q. 1.*
m *c. quoniam. hoc tit.*
n *uide Cauſa. 29. q. 2. & h. t. c. 1.*
o *l. 3. C. de inceſt. nupt.*
p *l. lex naturæ. 24. de ſtat. hom. Inſt. de ingen.*
q *c. 3. de coniug. ſer. c. 2. eod. tit.*
r *l. cum legitimæ. 19. cum l. ſeq. de ſta. hom.*
s *l. ſi quis. 26. C. de nupt.*
t *l. in cauſis. 10. C. de repud.*
u *t. t. C. de interd. matr. t. t. de eo qui in ux. dux. quā per adult. pol.*
x *c. 1. 2. h. t.*
y *c. 2. & paſſim h. t.*
z *c. tanta. 6. c. 1. h. t.*

poralia, quàm ſpiritualem quo ad ſpiritualia[a], legitimentur: quæ & ipſa legitimationis quæſtio Eccleſiæ eſt propria[b]. Qui matrimonium accuſare, ut coniuges, propinqui, non etiam extranei, niſi de peccato agatur[c], aut de eo teſtimoniū dare, ut potiſsimùm parentes, conſanguinei[d], poſsint 18: de diuortijs 19 ex iuſta cauſa adulterij[e], ſodomiæ[f], alterius'ue impuritatis[g], peccati[h], deſertionis[i], periculi[k], hæreſeos[l], ſæuitiæ[m], furoris[n], uel quo ad thorum[o], uel quo ad uinculum[p], decernendis: & poſt ſolutum hoc aut alio modo, puta morte alterutrius coniugum, matrimonium, de donatione propter nuptias, & dote uel lucranda uel reſtituenda 20, uel ob adulterium amittēda[q], boniſq́; cómuniter quæſitis (quanquam in dubio ſoli marito acquiſita præſumantur[r]) æqualiter etiam diuidendis[s]. Item de nuptijs nouis & ſecundis 21 aut permittendis, aut ex iuſta cauſa ſaltem ad tempus inhibendis: ut ſi de morte abſentis coniugis nihil conſtet[t]. nec enim illo uiuente alius induci, nec durantibus prioribus aliæ nuptiæ conſiſtere poſſunt[u]. Cæterùm primis diſſolutis, etiam intra annum luctus, abſque metu infamiæ legibus præſtitutæ[x], mulier hoc iure ad noua uota poteſt aſpirare[y].

18. Qui mat. accuſ. poſſ. uel cō tra illud teſtificari.

19. De diuortijs.

20. De dona. int. uir. & ux. & de dote poſt diuort. reſtit.

21. De ſecun. nupt.

LIBER V.

HActenus materia ciuilium iudiciorum, quę in foro Eccleſiaſtico uerſatur, ſubſtrata eſt: ſequûtur criminalia: de quibus aut per accuſationes, aut inquiſitiones, aut denunciationes 1, abſque calumnia 2 tamen, quę ſuſpenſione, motione ab ordine[a], etiam fuſtigatione ex canonibus punitur[b], in audiētia Eccleſiaſtica cognoſcitur. Accuſare, eſt alicui crimen ſolenniter obijcere[c], reum peragere, rei nomen ſolenni cum inſcriptione deferre[d]. Accuſatio,

1. De accuſ. inquiſ. & denunc.

2. De calumnia.

a c. lator. cap. cauſam. h. t. Hoſt. nu. 9. uide Pan. & Dd. c. per uenerabil. h. t.
b c. per uenerabilem. ubi Dd. qui fil. ſint legit.
c uide 35. q. 6. & c. tenor. de ſent.
d c. conſanguineos. 35. q. 6.
e c. 2. 3. 4. cum ſeq. h. t.
f Panor. c. 2. num. 1. h. t. c. maritis. nu. 5. de adulter. Couar. ad li. 4. Decr. c. 7. §. 5. num. 6.
g Panor. d. c. maritis. nu. 3.
h c. 1. & 2. ubi Panor. nu. 3. de diuor.
i l. 2. l. uxor. 7. uide Couar. hîc, c. 7. §. 5. per tot.
k Pan. c. 1. nu. 1. 4. h. t. Cou. præall. lo. l c. 2. ubi Panor. nu. 1. h. t. Cou. præal. lo. m l. conſenſu. C. de repud. c. 1. ut lit. non cōteſt. c. literas. de reſt. ſpol. Panor. c. 1. nu. 4. h. t. latè Couar. li. 4. Decr. 2. partis. c. 7. §. 5. nu. 1. Schur. conſ. 42. prædict. cent. 1. n Couar. præall. loc. nu. 3. dicens hanc com. ex Alex. l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. ſol. mat. o Panor. c. 1. nu. 4. c. 2. nu. 1. & c. ex literis. nu. 6. & c. de illa. nu. 3. h. t. c. fi. de conuer. coniug. Couar. præall. loc. p c. quanto. ubi Panor. nu. 2. c. gaudemus. nu. 8. de diuor. q c. 4. hoc tit. r gloſ. c. 2. per l. etiam. C. de donat. int. uir. & uxo. l. quintus. ff. eod. uide Bald. l. 2. num. 2. 3. C. ne ux. pro mar. s cap. 2. hoc tit. t cap. 2. hoc tit. uide Auth. hodie. C. de repud. u uide Inſtit. de nup. l. eum. C. de adult. x l. 11. cum ſeq. de his qui not. infam. y cap. pen. & ult. hoc tit. a c. 1. 2. hoc tit. b cap. 1. hoc tit. c l. qui cum. 14. §. accuſaſſe. de bon. lib. d l. cum patronum. 10. §. 1. de iur. patron.

Accuſatio, eſt criminalis iudicij uel publici uel extraordinarij perſecutio, uindictá ſeu pœnam delicto debitam expoſcẽs [a]. Inquiſitio, eſt criminis inueſtigatio & caſtigatio, quam ſine accuſatore, magiſtratus ex officio [b], fama aut alia iuſta cauſa motus [c], inſtituit. Denunciare quáuis etiam accuſatorum ſit [d], tamẽ propriè eſt indicium ſeu delatio [e] criminis apud magiſtratũ ſine accuſatione uel inſcriptione facta [f], hoc eſt, non accuſandi, ſed ſignificandi & deferendi animo facta: quæ diſtribuitur in Euangelicam, canonicam & iudicialem: hæc rurſum in publicam & priuatam [g]. Criminalia, ſunt delicta Eccleſiaſticorum, uel etiam laicorum, quatenus ad audientiam forumq́; Eccleſiaſticum pertinent, & quæ in iudicio Eccleſiæ accuſantur, & quorum rei ad pœnam canonicam depoſcuntur: ut Simonia 3: quæ eſt nundinatio rerum ſpiritualium uel iuriſdictionis Eccleſiaſticę: ut cum prælati uices ſuas ſub annuo cenſu precioq́; alijs cõcedunt, exiguntq́; aliquid pro conceſſa facultate docendi 4 ac magiſterij 5: item Iudaiſmus, Mahometiſmus 6: hæreſes 7 opinionum, hoc eſt, peruerſum dogma & peruicax [h] error circa articulos fidei Chriſtianæ: ſchiſmata 8 uoluntatum [i], & ab unitate Eccleſiæ diſceſsio [k], apoſtaſia, quæ eſt à tota religione Chriſtiana defectio [l]: & anabaptiſmus 9, parricidia 10: & quod his ſimile tantùm, non par eſt [m], infantum uel languidorum ſeu ęgrotorum & debilium, quorum cura propriè ad Eccleſiam ſpectat [n], expoſitio 11: homicidia clericorum caſualia uel uoluntaria 12: & quibus ſæpe ea committuntur, torneamenta 13, duellum 14, ludi ſagittariorum 15: quibus omnibus cùm pios omnes, tum in primis clericos abſtinere decet: adulteria 16 in nuptas [o], ſtupra in innuptas [p] commiſſa: rapinæ, incendia, uiolationes 17 Eccleſiarum, furta rerum Eccleſiaſticarum uel à perſonis Eccleſiaſticis commiſſa 18, uſuræ 19, quomodocunq; propter officium mutuationis [q], aut uſuram temporis, reiq́; [r] exactæ: quarum cognitio, ut ad conſcientiam & dubiam peccati aleam ſpectans, etiam quo ad laicos, eſt Eccleſiæ propria [s]: falſum 20 non tantùm mendacio [t], ſed dolo malo in fraudem alterius [u] uel fabricando uel utendo [x] cõmiſſum.

3. De Simon. & ne aliquid ꝑ ſpiritual. exiga.
4. Ne prę la. uic. ſuas uel Eccleſ. ſub annuo cenſu concedant.
5. De magiſt. & ne quid exig. pro licent. docendi.
6. De Iudæis & Saracenis, & eorum ſeruis.
7. De hæreticis.
8. De ſchiſmat. & ordin. ab eis.
9. De apoſtat. & reiteran. baptiſ.
10. De ijs qui fil. occider.
11. De infan. & lãg. expo.
12. De homicid. uol. uel caſual.
13. De torneamen.
14. De cleric. pugna. in duello.
15. De ſagitta. & baliſtar.
16. De adult. & ſtupr.
17. De raptoribus, incendia. & uiolat. Eccleſ.
18. De furtis.
19. De uſuris.
20. De crimine falſi.

a c. ſuper. h. t. l. cũ ratiõib. l. ignorat. l. ſi quis. C. eo. Bart. l. ul. de priua. delic. Hoſt. hîc in princ.
b l. cõgruit. de off. præſ.
c c. qualiter. 24. h. t.
d l. denunciare. 17. l. 2. l. 39. §. duos. de adult. l. 6. C. de accuſ. l. 4. ad Turpi. c. 2. 3. 4. h. t.
e d. l. 4.
f Hoſt. de denun. num. 1.
g Speculat. de denun. §. 2.
h c. dixit. 24. quæſt. 3.
i c. inter. c. hæreſis. 24. q. 3.
k Hoſtienſ. nu. 1. hîc.
l c. nõ poteſt. 2. q. 7.
m l. necare. de lib. agnoſ.
n l. nemini. 10. cum ll. ſeq. uſq; ad fin. tit. C. de Epiſco. audien.
o c. nõ mœchaberis. 33. q. 1. l. inter. de adul.
p d. l. inter. c. 1. 33. q. 1.
q ut h. t.
r ut c. 5. ſup. de emp. et uen.
s Bald. & Dd. l. eos. C. de uſur. et cẽ. co.
t l. quid ſit. de falſ.
u d. l. quid ſit.
x Hoſt. hîc, nu. 2. per l. eos. §. ul. de falſ. c. 1. h. t. uid. l. arbitr. 19. §. de eo. et ibi Dd. h. t.

item ſortilegia 21, & artes diuinationum prohibitarum multiplices [a]: colluſiones eorum qui ex compacto id agunt, ut alter altero colludente in cauſa ſuccumbat, uel uincat 22: cuiuſmodi ſunt qui luſoriè, non ex animo cauſam agunt, & tralaticio accuſandi munere defunguntur, ſpôte prȩuaricantes & cedentes ultrò prodita parte ſua [b]. Item non tam crimina [c], quàm propter conſilij infirmitatem potius delicta, hoc eſt, leuiora peccata [d], eoq; mitius animaduertenda, uel etiam uenia & commiſeratione digna [e], commiſſa puerorum 23: quorum cura, uelut pupillorum & aliarum miſerabilium perſonarum, ad Eccleſiam pertinet [f]. Venationes 24 item, quæ propter feritatem, armorum uſurpationem, cædes, clamores, curſus, &c. clericis ex canonũ prohibitione [g] crimini ſunt: iniuriæ [h], percuſsiones 25, maledicta 26, quȩ ne laicis quidem Eccleſia impunè permittit [i], in Deum præſertim effuſa [k]: miniſteria item Eccleſiaſtica, aut côtra excommunicationem, depoſitionem, interdictum 27, aut citra ordinationem 28, prȩtextúue ordinationis illegitimȩ 29, uel ſubrepticiȩ 30, quæ pro nulla habetur [l], temerè obita. Deniq; uarij prælatorum ac ſubditorum ijſdem, exceſſus 31: ut exactiones, libidines, ludi prophani [m]: operaq; 32, contra denunciationem noui operis, aut priuilegia 33, hoc eſt, iura ſingularia, cuiuſmodi Eccleſia habet plurima, ſtatutaque Eccleſiaſticorum facta: quæ demolienda, & in integrum reſtituenda ſunt, ſiue iure ſiue iniuria opus factum ſit [n]: niſi remiſsio expreſſa [o] aut tacita [p], puta per ſatiſdationem [q], de opere, ſi non iure factũ conſtiterit, demoliendo, interuenit. Quæ delicta omnia quoties à laicis etiam committuntur, cum iniuria uel detrimento Eccleſiæ, toties ad huius forũ pertinent [r]: & abſq; hoc etiam tum, quando delictum eſt notorium [s], uel conſtat de negligentia iudicis ſæcularis in puniendo [t] aut ſatisfaciendo [u]: & indiſtinctè, ſi reſpectu tantùm

21. De ſortileg.
22. De colluſ. deteg.
23. De delict. puero.
24. De cleric. uenat.
25. De clerico percuſſore.
26. De maledicis.
27. De cleric. excom. depoſ. uel interdicto miniſtrante.
28. De clerico nõ ordinato miniſtra.
29. De clerico per ſaltum promoto.
30. De eo qui ordines furtiuè ſuſcepit.
31. De exceſ. prælat. & ſubd.
32. De oper. nou. nunciat.
33. De priuile. & exceſſ. priuileg.

a c. illud. et paſſim 26. q. 2. q. 3. q. 4.
b l. & eleganter. 7. §. ſi dolo. de dol. malo. l. niſi. 3. de adult. l. 1. §. præuaricatorem. ad Turpil.
c l. quid ſit. 17. §. quod aiũt. de ædil. edic.
d d. l. quid ſit. §. quod aiũt.
e l. infans de ſicar. l. unic. C. de falſ. mo. uide Carrer. in prac. crim. §. circa. Clar. lib. 5. §. ultimo. quæſt. 60.
f c. ex tenore. 11. c. ex parte. 13. de for. compet.
g cap. 1. 2. hoc tit. ubi Dd.
h c. 1. ubi Dd. de maled.
i c. 2. ubi Panormita. & Dd. hoc tit.
k l. ultim. C. de religioſ. Nouell. 77. uide paſsim hoc titulo Hoſtienſ. Panormitan. & Dd.
l l. penultima. C. ſi contra ius uel utilit. public. l. ult. C. de diuerſ. reſcript. cap. ſuper. 20. eodem titulo.
m uide Hoſtienſem hic.
n l. 1. l. prætor. §. 1. ff. eod. cap. cum ex. hoc titulo.
o l. 1. §. poſt operis. eodem.
p l. non ſolum. §. morte. §. quòd ſi. eod.
q d l. prætor. §. diuum cum ſequent.
r cap. cum ſit. 8. ubi Felyn. in princip. ſuprà de for. competen.
s cap. ult. ubi Panormit. de ſepultur. Felyn. in dict. cap. cum ſit. numer. 16. de foro competente.
t Felynus præallegato loco. l. iudices. 10. C. de Epiſcopis audiendis. cap. licet. 10. cum ſequent. de foro competente.
u Felyn. præalleg. loc.

tantùm pœnitentię in delictum inquiratur [a]. In his autem iudicijs Eccleſiæ criminalibus, quæ mitiora ſunt quàm iudicum ſæcularium [b], & ſanguinem horrent [c], perueniri plerunque ſolet, non probato quidem delicto, reo tamen
34. De purga. canon. infamato [d], ad purgationem iuriſiurandi canonicam 34,
haud etiam duelli uulgarem 35: probato autem ſicut ante
35. De purgat. uulg. damnationem dilucidè, non obſcurè probari debet [e], ad iniuriæ & damni per dolum aut culpam dati [f], etiam expenſarum [g], quæ in criminalibus [h], nedum ciuilibus [i] de-
36. De iniurijs & damno datò. bentur, ſatisfactionem 36, pœnasq́; canonicas 37, quibus nullo tempore præſcribitur [k], pœnitētiæ, remiſsionis 38, reconciliationis, ſuſpēſionis [l], interdicti depoſitionis, quę
37. De pœnis. hîc pro ultimo ſupplicio putatur [m], & excommunicatio-
38. De pœnit. & remiſs. nis 39: qui ſummus eſt iſta in iuriſdictione pœnarum gradus [n], præſertim quando ad anathemizationem uſque protenditur. Excommunicatio à fraterna ſocietate ſepa-
39. De ſenté. excom. & ſuſpen. & interd. rat, anathema ab ipſo corpore Chriſti reſcindit [o]: utrumq; non niſi ex hæreſi [p] & contumacia [q] infligitur ijs, qui nec pœnitere [r], neque dicto audientes eſſe Eccleſiæ uolunt [s]: quæ ſicut non remittit peccata, niſi de mandatu præſcriptioneq; paſtoris & epiſcopi ſui Chriſti [t]: ſic nec alia poteſtate rationeq; ligat ob contumaciam [u] & perſeuerantiam in delictis manifeſtis [x], ex authoritate cœtus Eccleſiaſtici [y], & cum poteſtate Domini noſtri Ieſu Chriſti [z]: cui authoritas omnis in cœlo & in terra [a], iudiciumq́; [b] in

Y 2 omnem

a cap.2.de off. ord. gloſ.c.1. 6.q.1. Clem. 1.ubi Zab.et Imol. de off. ord.c.ad noſtram.de iureiur. Felyn. præalleg.lo. b c.qualiter.2. de accuſa. Felyn. in c. accuſaſti.8.nu. 1.eo.tit. c c.ad audientiam. ubi Panor.nu.4.de crim. fal. Panorm. c.at ſi clerici. num. 41. de iudic. gl.c.1. de his quæ fil. occ. Pan. c.1. nu. 8. de colluſ. deteg. & c. nouimus. nu. 4.de uerb.ſig.uid. Felyn.c.cum non ab homine.de iudic.c.1.de of. ordinan.c.his à quib.24.q.8.glo.c.ult.5.q.ult.c.ſi Epiſcopum.c.de lapſis.16.q.6.c.attendendum.17.q.4.glo.penult. l.addictos.7.C.de Epiſcop.audien. d glo.c. tam literis.33.uerb.purgationem. de teſtib. e c.penul.c.ult.30.q.5.l.ult.C.de probat. f c.ult.hoc tit. g c.in noſtra.h.t. h l.ult. C.de fruct.& lit.expen, Iaſ.latè l.properandum.§.ſiue.num.21.C.de iudic. i d.§.ſiue.l. non ignorat.C.de fruct.c.examinata.u.de iudic. k Panor.c.tuæ.nu.6.de procur.Franc. Balb.de præſcrip.parte 4.quartæ partis principal.quæſt.2.nu.4.per doctrinam Bald.l.1. in fin.C.qui accuſ.Boer.deciſ.26.num.5.6. Crauet. de antiquit. temp.parte 4. §. materia. num.88. l de his uide 16.q.6.& 17.q.4.Felyn.d.c.cum non ab homine. m Hoſtienſ. in tit. de recuſat.in fine uerſic.quid de depoſito.per c.qualiter.2.§.1.de accuſat.ubi Panor. & Dd.& c.at ſi cleric.de iudic.c.nouimus. de uerb.ſign. cap.fin. ne cleric. uel mon.lib.6. n Specul.de contum.§.ſequitur.num.10. per c.corripiantur.24.q.3. c.nullus.c.ſi quis.& paßim,17.q.4. o c.ult.3.q.4. p tit.3.10.uide tit.de hæret.in 6. q c.ex parte. c.cum olim.h.t.ubi Hoſt.nu.7.c.Epiſcopi,11.q.3. r c.nemo.c.certū.11.q.3.gl.1.c.1.4.q.1.1.Cor.5. 2.Cor.7.Apoc.1.2.3.Tit.3.10. s c.certum.11.q.3.c.ex parte.h.t.ubi Hoſt.nu.7. t Ioan. 20.23.Mat.18.19. u 2.Theſſ.3.11.2.Cor.10.4.5.6. x 1.Cor.5.5.& 12.21. y 1.Cor.5. 4.uerb.congregatis. z 1.Cor.5.4. a Matth.28.18. b Io.3.35.& 5.22.27.Apo.11.17.

omnem carnem [a] datum eſt: qui ſolus habet clauem Dauidis, claues inferorum & mortis [b], & libri uitæ [c]: aperit, & nemo claudit: claudit, & nullus aperit [d]. Quamobrem Eccleſiæ excommunicatio tantummodo diuinæ excommunicationis declaratio eſt: ſicut abſolutio ediuerſò diuinæ remiſsionis teſtificatio: utraq; data ad ſalutem [e], reſipiſcentiam [f], & ædificationem [g], non ad euerſionem [h]: ut nulla ſit excommunicatio, niſi cum mandatu, inſtituto, uerbo, præſcriptioneq; eius domini, qui hanc iuriſdictionem mandauit [i], congruat, & quaſi de ipſius ſententia uerbo declarata [k], pronuncietur [l]. Atq; hic quidem omnium eſto titulorum, qui in Decretalibus & alijs Pontificum uoluminibus extant, contextus, ſeries, & ordo: quē ad exemplum Pandectarum, compendiarius uerborum 40 & regularum iuris 41 epilogus, terminat & concludit, unaq; delineatam hactenus iuris utriuſque œconomiā commodùm abſoluit: quam etſi compoſitores fortaſsis ipſi non tam anxiè conſtituerunt: tamen prodeſt ante oculos & in conſpectu ſtudioſorum extare: ut uno uelut contuitu aſpicere, unaque tenere manu, & in numerato ac promptu habere queant, quicquid in tam uaſtis Iuriſprudentiæ noſtræ libris deſcriptum eſt uſpiam & digeſtum. Nec uerò inficiabor, aliam quoq; in his ſtructuræ ſeriē ac coagmentationem, & quidem concinniorem, ab ingenioſis excogitari atq; animaduerti poſſe: ne nos quidem in tam multiplicibus curis & occupationibus (ut triſtiora mittam) ac properata, quod neceſſe fuit opera, multum afferre ſolertiæ ad hanc architectationem potuiſſe: uerùm utcunq; ſit, me huius licet tenuis opellæ, in gratiam iuniorum nauatæ, non magnopere pœnitet: cuius ſi aliquis in publico fructus conſtabit, ſatis me magnum feciſſe operę precium putabo. Sin aliter erit, tamen conſcientia recti propoſiti, aduerſus iniqua & ſuperba iudicia, labores meos ſolabor: quos confido non fore inanes ἐν τῷ κυρίῳ: cui uero, uiuo, omnipotenti Deo, Patri & Domino, cum Filio ſuo redemptore ac liberatore noſtro Ieſu Chriſto, in æterna indiuiduaq; Spiritus ſancti κοινωνία, ſit benedictio, laus & honor, ſæculis infinitis.

OECONOMIAE IVRIS FINIS.

a Ioan.17.2.
b Apoc.1.18.
c Apoc.4.5.9. cum ſeq. & 13.8.
d Eſa.22. Apocal.3.7.
e 1.Cor.5.5.
f 2.Cor.7.9.
g 2.Cor.10.8.
h 2.Cor.10.8.
i arg.l.5.mād. l.12.C.eod.
k Ioā.3.18.19. & 5.45. 1.Cor.5.4. & 2.Cor.10.5.
l uide c.2.3. 24.q.3.

40. De uerbor.ſign.
41. De regul.iur.

RERVM PRAECIPVARVM, SINGVLARIVM'QVE VERBORVM, QVAE IN' hac utriuſq; Iuris Oeconomia continentur & explicantur, I N D E X.

ABbas à quibus ſit eligendus 332
ab Abbate'ne an Epiſcopo ſint monachi ad ſacramentorum adminiſtrationem inſtituendi 331
abigei qui 101.206. eorundem pœna. ibid.
in Abſentem an accuſatores uel teſtes accuſationis uel teſtificationis uocem mittere poßint 325
abſolutio Eccleſiæ, diuinæ eſt remißionis teſtificatio 356
accuſare qui poßint 200. qui non. ibid. 325
accuſare quid ſit 352
accuſatio quid 353
accuſationis ueritas quos deficit, qua pœna teneātur 324
accuſationem quomodo fieri oporteat 325
accuſatione deiectus an teſtimonium dicere poßit 326
accuſatione ob uitium depulſus, an ſuā cauſam nihilominus ſuſcipere poßit propugnandam. ibi.
accuſator & teſtis an poßit eſſe idem. ibid.
accuſatores in primo accuſationis articulo probatione deficientes, an ulterius admittendi 325
accuſatoribus cauſa cadentibus an reus ad purgationem cogendus 324
Acbrido, urbi Bulgariæ, Iuſtiniani natalis 234
actio ad exhibendum 47. æſtimatoria 61. Caluiſiana 86
actio ciuilis quando præiudicet criminali 205. an utraq; ab eodem exerceri poßit. ibid.
actio communi diuidundo 47. quæ 151
actio curationis cauſa utilis 71
actio de aleæ luſu 151. de damno infecto, proiectionibus & ſuggrundis 88. de peculio annalis 58. de rationibus diſtrahendis 71. depoſiti, uel contrà 59
actio ex tutelæ adminiſtratione orta cur arbitriū uocetur 169
actio exercitoria 57. Fabiana 86. familiæ herciſcundæ 47.151. quid. ibid. finium regundorum quæ. ibid. inſtitoria 58. L. Aquiliæ 151. communis & ſingularis 46.47
actio locati & conducti 61. mandati, uel contrà 59. Pauliana 93. pignoratitia 57. protutelæ 71. pro ſocio 59
actio, qua actor à reo aliquid petit, coram iudice competente ædenda 33
actio repetundarum ciuilis 104
actio rerum amotarum 67. Seruiana 62. quaſi Seruiana. ibid. tributoria 58. tutelæ 71. contraria & utilis. ibid.
in Actione ex adminiſtratione tutelæ orta quis ordo ſeruandus 169
actione perſonali ubi quiſq; conueniatur 147
actione Quanto minoris, quando agatur 63
actiones de præſcriptis in factum uerbis 61. diuiſoriæ 47. empti & uenditi 60. ex acceßionibus contractuum 62
actiones in rem ſingulares ſeu ſpeciales quæ 43. uniuerſales quæ 41
actiones interrogatoriæ 47.48. noxales 47 ordinariæ quot annis regulariter durent 136
actiones perſonales ex tutela & cura quæ oriantur 168.169. inde. unde fluant 51.152
actiones ſingulares ad quid dentur 150. uniuerſales quæ 149
actionum ciuilium diuiſio. ibid.
actionum in rem diuiſio 41
actionum iuris explicatio unde deſcendat 29
actionum realium proprium 146. iudicialiū communis forma quæ 344.345. inde
actiones alienas in ſe transfere qui nequeant 128
actor domicilium & forum ſequitur rei 143.201
actore probationibus deſtituto, an reus ad ſuæ innocentiæ oſtenſionem ſit adigendus 327

actores prædiorum fiſcalium 221
actuarij publici qui 218
adminiſtrationis tutelæ officiū quō finiatur 171
adminiſtratores rei alienæ omnes ad rationē reddendam quotannis teneri 125
adoptiuum non ſuccedere in feudo 296
Adrianus ex perpetuo Iuliani edicto ius publicè dici uoluit 316
inter Aduentus Domini ſigna prænuncia quæ numerentur 205
aduerſarius ſine iudicis authoritate in ius non uocandus 125
adulter adulteram an dimittere poßit 337
adulterium in quibus raptui cōiungatur 202. *matriſam. illatum capitale* 201
adulterij an ſit rea, quæ uiuente ſuo uiro, alteri nupſit 338. *pœna* 103.201
adulterio pollutam an ducere liceat 337
aduocati diuerſorum iudiciorum 126. *fiſci.* ibid.
aduocatorum error quando corrigi poßit, quando non 126. *officium quale olim fuerit* 127
aduocatis partium quæ deſunt, ut iudex ſuppleat 126.127
ædere, quid 125
Aeſchinis dictum 32
agi in rem ubi debeat 145
agnationis & cognationis ordines diſtincti 87
agnatus quatenus ad feudū admittatur, uel nō 297
agnatorum curæ legitimæ qui relinquantur 13
agnatis & cognatis hodie iura eſſe ſucceßionis cōmunia 181
agri limitrophi 220
agricolæ credētem nullum tenere illius terram 239
agricolarum diuiſio 219
aleæ luſu perditorū repetitio quib. permiſſa 151.152
alienare qui nequeant 16. *qui poßint.* ibid.17
alienatione generali qui non contineantur 298
alienigenæ an accuſare poßint 325
alimentorum nomine qui ueniant 80.81
non Allegata allegare, non probata probare, quādo licitum 346.347
alluuionum cum præſcriptionibus ſimilitudo 188
ambitus pœna 104
anathema cui infligatur 355. *eiuſdē effectus.* ibid.
angaria 227
anima hominis longè præſtantißima 28
annonæ corruptæ & flagellatæ pœna 104
annulorum aureorum ius quibus conceſſum 90
ἀντίχρησις 197
apoſtaſia quid 353
apoſtatæ qui 117. *an accuſare poßint* 325
apoſtoli quid 106
apparitores curiæ 224
appellare à quibus non liceat 188. *intra quantum tempus liceat* 346
appellatio à iudice regulariter admittēda 191.192. *in dubio an ualeat* 190
appellationis beneficium in hæredem cum lite & inſtantia tranſire 107
appellationis beneficio an cauſa iacens poßit ſubleuari 324. *eius inſtituendæ & proſequendæ tempus quod* 190.287
appellatione interpoſita nihil innouandum 106. *pendente ſi mors interuenerit, an inſtantiam extinguat* 191
appellationes quorum non recipiantur 190.191
appellationum ratio & ordo 106.107
appellationibus quod tempus præſtitutum 126
arcarij 215
archidiacono an liceat obedientiam Epiſcopo denegare 334
archidiaconi, uicarij Epiſcoporum 341
archiepiſcopus an poßit clericos ſui ſuffraganei hoc inconſulto damnare uel abſoluere 328
archipresbyteri, ordinis clericorum anteſignani & iudices 341
artes malas tā diſcere quàm docere prohibitū 203
artifices Palatini qui 217
aſceteria quid 115. *unde dicta.* ibid.
Aſconij locus 120
aſſeſſores qui 123. *unde conſiliarij dicti* 32. *eorum officium* 31.32
aſſis partes 176
Athalaricus rex Gothorum 223
Athanaſij locus 115
audientia quid [illegible] unde dicta. ibid.

audientia

audientia Epiſcopalis. uide Epiſcop. audientia.
auditorium quid 116
aurũ coronariũ 215. glebale 222. oblaticiũ. ibid.
auri luſtralis collatio 215
αὐθεντικὸν quid 229
Authenticum uolumen quod. ibid. eiuſdem digeſtio qualis. ibid.
authoramentũ duplex pro una manumiſsione non exigendum 86

B

BActagiarij 216
baphij. ibid.
baſilica cum omni ſua dote an ad ordinationem Epiſcopi pertineat 328
bellum quod ſit iuſtum 334
bellum mouere an liceat Epiſcopis & clericis, ſua authoritate. ibid.
bello uindictam expetere an liceat. ibid.
de Bello cur plurima legibus ciuilibus cauta 225
Berytus eminentia 217
beneficium quid 294. à magiſtratu indultum, nulli debet eſſe captioſum 37
beneficium & Eccleſia an ei reddenda, qui libera ceſsit uoluntate 332
beneficium reſtitutionis extraordinarium quomodo tollatur 172
beneficij amittendi cauſa prima quæ 294
beneficiũ an uendidiſſe intelligatur capitaneus, qui curiã uẽdidit 304. quot modis amittat miles 287
in Beneficio an maritus uxori ſuccedat 284. qualiter frater ſuccedat 286
de Beneficijs conſtitutio Conradi 312
Biarcæi qui, & unde dicti 121
bigamus quis perhibendus 336
boethi qui 239
Bonifacius VIII. 318
bona iudicis authoritate poſsidẽda ſeu uenundanda 193. uacantia quæ 182
bonorum poſſeſsio duplex 84
bonorum poſſeſsio contra tabulas. ibid. ſecundum tabulas 85. furioſo, infanti, &c. quæ cõpetat. 84. prætoria quando decernatur. ibid.
bonorum poſſeſsio quibus non competat 87
bonorũ poſſeſsionẽ quomodo det prætor 174. 175
bonorum poſſeſsione contra tabulas petita, legata præſtanda 83
in Bonorum poſſeſsione quis ordo ſeruetur 87
bonis cedere qui poſsint 192
bona Eccleſiæ pro publicis haberi 221
de Bonis libertorum quota pars patronis debeatur 173
Bulgaria, olim Pannonia ſecunda 234

C

CAdauera punitorum ad ſepulturam, anatomiam, aliumue uſum honeſtũ concedenda 105. 106. relinquere inſepulta, nota regni Antichriſtiani 105
Cælicolæ 117
Cæſaris aula & cõſiſtorium, commune quoddam eſt forum 143
Cæſares, ꝑpetui Dictatores ex lege regia habiti 30
calculus, tranſactionis quædam ſpecies 125. 126
Camera Imperialis & ſeptem Electores in Imperio, præfecti prætorio 128
Camerarius, olim Præpoſitus ſacri cubiculi 148
Cancellarius 223
cancellarij 31. 224. qui 123. unde dicti 124. unde actuarij dicti 123. 124. hodie qui 124. ſub Auguſtis Quæſtores ſacri palatij dicti 122
Canon quid ſignificet 315. frumentarius 217
Canonicis regularibus an concedendus monaſterij ingreſſus 333
capellam in ſua diœceſi extructam an Epiſcopus rectè ſibi uendicet 331. ſi teneant laici, Abbatiq; cedant, an ea ceſsio ſit rata. ibid. 332
Capitanei nomen quæ complectatur 291
captiuos redimere, pia cauſa, & ad curam ſpectãs ſacerdotum 115. 116
Carolus Magnus 270. eiuſdẽ Teſtamentum nouũ, Aquiſgrani aſſeruatum 113
Caroli IIII. aurea bulla 315
carceres priuati interdicti 201
Caſsiodori locus 223
caſtrenſiani 225
cauſa fiſcalis uel diuinæ domus, hominũq; eius ubi agatur 148

cauſa

cauſa iacens an appellationis beneficio poßit ſub-leuari 324
cauſa ſtatus ubi agi debeat 146
ad Cauſam ſuam defendẽdam quàm plurimos ad-mittere, intereſt Reipub. 94
cauſa cadit, qui ad uetitum eam trahit examen 33
in Cauſa criminali an puer infra decẽ annos poſ-ſit eſſe teſtis 326
in Cauſa pari turpiq́;, melior cõditio poßidẽtis 153
in Cauſa propria cognitio domini ſuſpecta 282
in Cauſa ſua nemo iudicet, aut ſibi ius dicat 141
in Cauſa una eademq́; tertiò prouocare illicitũ 192
cauſarum diuiſio 143
cautio pro qualitate perſonarum exigenda 37
cedere bonis qui poßint 192
cenſitores 220
chartoprati qui 217
Chriſtus quod non accipit, tollit fiſcus 182
Chriſto authoritas omnis in cœlo & in terra, iu-diciumq́; in omnem carnem datum 355.356
Chriſtianum mancipiũ hæreticus uel paganus aut Iudæus ne poßideat, aut circumcidat 117
Ciceronis locus 148
clarißimi ubi ciuiliter uel criminaliter conuenian-tur 147
Clemens V. pontifex 318
Clementinæ unde dictæ. ibid.
κλῆρος quid 115
clericatu amitti feudum 311
clericus an poßit ad ciuilem iudicem produci 329. *an poßit in duabus Eccleſijs conſcribi* 333
clericus propria Eccleſia relicta ut monaſteriũ in-grediatur, an ab Epiſcopo permittendum 332. *an Epiſcopo inuito hoc facere poßit.* ibid. 333. *quomodo feudum amittat* 296
clerici inueſtitoris ſucceßor qualiter feudum tra-dere cogatur 301. *ab Epiſcopo correcti an ſuum officium relinquere, & ad iudicem ſecu-larem confugere poßint* 333
clerici bandarum ſeu uexillorum 227
clerici baptiſmalis Eccleſiæ an decimas ſuæ diœce-ſis integras ſibi poßint uindicare 335
clerici teſtes an audiendi 330. *unde dicti* 115
clericorum peculium, quò ijs mortuis recidat 348
clericis an claro & fulgido ueſtitu uti licitum 333. *an liceat ab Epiſcopo accuſato ante ſententiam diſcedere* 328. *an liceat accipere uſuram* 330. *an liceat pro patrocinio honorariũ exigere.* ibi. *an proprium habere liceat* 329. *an ſecularium negociorum procurationes permittantur* 333
clericis an ſua repetere liceat 330
clericos alterius prouinciæ an liceat Epiſcopo or-dinare ſine literis proprij Epiſcopi 328
in Clericos eligendi quales & qua ætate eſſe de-beant 261
Codex quid, & unde dictus 113. *in quibus exupe-ret & antecellat Pandectas* 111.112
Codex Pandectis maximè uicinus 24
Codicis Iuſtinianæi lectio haud negligenda 111
Codici cur anteponantur Pandectæ 24
Codicem ad praxim maximè facere. ibid.
penes Codicem Iuſtiniani unum, reliquis abroga-tis, uim ſupereſſe legis 113
in Codice cur annorũ Impp. tantùm extet ordo 112
in Codice ordo penè idem qui in Pandectis 114
codicillus quid 77
codicillorum ius. ibid.
ex Codicillis quomodo hæreditates deberi & peti poßint 179
cognationis & agnationis ordines diſtincti 87
ex Cognatiõe propria an aliquã ducere liceat 338
cognatis & agnatis hodie iura eſſe ſucceßionis communia 181
cohortalis quis 146
cohortalium nomine qui ueniant 147
collegiorum illicitorum pœna 102
colluſio detecta quid operetur 91.184
coloni in quantum fundis ſint ſuis addicti 219. *priuatæ familiæ Cæſaris ubi conueniendi* 148
comitis Orientis officium 122. *rerum priuatarum, ſacri palatij, ſacriq́; patrimonij, officium.* ibid. *ſacrarum largitionum officium* 121
comites qui, & unde dicti. ibid.
comites conſiſtoriani 224
comites Principis qui 225
comitum rei militaris officium 122

Comi-

Comitatus titulus unde 224
commeatus ius 226
commendatarij qui 342
commentarienſes 224
commercium cum hoſtibus nullum 160
commercia quæ, cum quibus, à quibus, & quo loco exerceri poßint. ibid.
comminationes non habere authoritatem rei iudicatæ 189
commiſſo contraria quæ 160
commiſſa quæ 159. 160
commodati actio, uel contrà 56
communi diuidundo actio 47
à Communione an remouendus, die cõſtituta non occurrens, nec ſe ſiſtens uadimonio 326
compenſatio quid 59
compenſationi ubi locus. ibid.
conchilioleguli 216
concubinatus inter duas perſonas quadantenus iure ciuili permiſſus 67
concußionis pœna 206
concußiones quid 101. earundem pœna. ibid.
condictio cauſa data, cauſa non ſecuta 53
condictio ex lege 54
condictio furtiua. ibid. indebiti 53
condictio ob turpem uel iniuſtam cauſam 53
condictio ſine cauſa 54. triticaria 55
condictiones quid 152
condictionum ſpecies uariæ. ibid. 153. inde
conditiones quomodo feudũ tacitè ſequantur 309
conductio & locatio quid 61
confeßio cui ædenda 338
confeßione cordis ſola an crimen deleatur 337
confeſſus in quibus ſit pro iudicato 92
coniuge dimiſſa uiuente an aliam ducere licitũ 337
coniuge uiua an liceat ex ancilla liberos quærere. ibid.
coniuges an orationis tempore ſibi mutuò debitum reddere poßint 338
coniugium an ſit inter infideles 336
coniugium eius qui duxit in matrimonium quam per adulterium polluit, quomodo toleretur 351
coniugium ex quibus cauſis ſoluatur 238
coniugium mulieris nobilis à ſeruo deceptæ an cõſiſtat 336
coniugium quomodo per diuortiũ diſſoluatur 66
ad Coniugium an aſpirare poßint uouentes 336
coniugium etiam citra dotem eſſe 66. etiam inter decrepitos conſtare 28
de Coniugio mulieris ſecundo nati, an prioris uiri conſanguineis ea iungantur affinitate, quæ nuptias prohibeat 339
coniunctio ad ſextũ uſq; gradũ cur prohibita 338
Conneſtablus in regno Galliæ ſimilis præfecto prætorio 120
Conradi de beneficijs conſtitutio 312
conſanguinitatis gradus quomodo computãdi 339
conſanguinitatem qui & quomodo probare debeant. ibid.
conſiliarij priuati ſeu ſecreti conſilij 224
Conſtantini in adminiſtros & amicos ſuos ſtudium 121. 122. 224
Cõſtantini Porphyrogennetæ de militaribus prædijs Nouella 315
à Conſtantino Magno templa paganorũ primùm claudi iuſſa 117
Conſtantinopoleos eminentia 217
conſtitutionis Diocletianæ ſenſus 126
conſuetudo, altera iuris pars 289
de Conſuetudine atteſtantibus quibus fides adhibenda 270
Conſules in Repub. ſummi magiſtratuum urbanorum 30
conteſtatio quid 344. unde dicta. ibid.
conteſtationem facere quis debeat. ibid. 345
contractus quid 20. emphyteuticus affinis locationi 161
contractus lex 60
ex Contractu quemq; forum ſortiri 145
ex Contractu quomodo obligemur 20
contractus quomodo conſtituantur 51. quomodo contrahantur 152
contractuum nominatorũ genera quatuor 59. 60
ex Contractib. qui conſenſu conſtãt, quæ oriantur actiones 157
controuerſiæ feudales unde definiendæ 271

cōtrouerſiæ ſecundum quas leges decidantur, cum de appellationibus, &c. iudiciū cognoſcitur 257
conuentiones non præſumi, ſed probari 65
cornicularij 224.227
corporum illicitorum pœna 102
Corradi lege quid caueatur 301
Corradi capitula 302.303
correlatiuorum cauſa ſimilis 85
in Creditorum fraudem alienata ut in priſtinum ſtatum reuocentur 93.193
in Creditorum priorum locum qui ſuccedant 62
creditum quantitatis 51
crimen quid 100. expilatæ hæreditatis 205. læſæ maieſtatis 201. paternum an ignoranti impu- tetur 324
crimina extraordinaria unde dicta 101
de Criminibus publicis & priuatis quomodo aga- tur 100. ubi agi oporteat 143.144
cuculla qui inuitus ſit indutus, an poßit retineri 333
Cuiacius in iure feudorum coryphæus 271
curæ agnatorum legitimæ qui relinquantur 13
curatio ad quotum ætatis annum ſe extendat. ibid.
curatio & tutela in quibus congruant & diffe- rant 13.14
curatio quo fine inducta ibid.
curationis diuiſio 12
in Curatione qui ſint 13
curator an teſtamento detur 12. datus quomodo confirmetur. ibid. 13. unde dictus 69
curator uel tutor à quo confirmandus 68
curatoris & tutoris differentia. ibid.
ex Curatoris uel minoris facto quando minores agere conueniri'ue poßint. 70
curatores furioſo, prodigo, &c. dandi 72
curatores ſuſpecti 70
ſub Curatorum arbitrio quamdiu relinquantur minores 69
curatorum authoritas & conſenſus 70
curatorum & tutorū adminiſtratio, eorundemq; periculum 69
curatorum excuſationes 70. fideiuſſores, manda- tores & hæredes quomodo conueniantur 72
curatores uel tutores qui petāt: & ubi petātur 69
curialis quis 146
curioſi 224
Cuſtodes qui 342

D

Damnati qui habeantur 105.207
dare quid ſit 56
dare certo loco qui promiſit, ubi conueniatur 145
debitor an pignorum uenditionem impedire poßit 198. raptus & ductus quomodo trahentem coactus ſit ſequi 35
decimæ, tam perſonales quàm prædiales, cui de- beantur 349
decretum quid, & unde dictum 118
Decretū Gratiani tres in partes diſtinctū 318.319
Decretalium comportatores qui 316.317. libri ſexti author quis 318. opus ad rationem Pandect. & Codicis informatum 317
in Decretalibus allegandis per Extra indicatio un- de manârit 315
decuriales urbis Romæ 217
ad Decurionū collegia in ciuitatibus munera per- tinere 211
decurionū prædia ſine decreto nō alienanda. ibid.
decuriones, ipſorumq; bona in collegio retineri, intereſt Reipub. 212
delictum quid 20.100
ex Delicto quomodo obligemur 20.21
denunciare quid 353
denunciationum diuiſio. ibid.
depoſitum reddendum 157
depoſiti actio, uel contrà 59
deſponſatio impuberum 350
Deus unus eſſentia, in trium diſtinctione perſona- rum 115
Deo, regi regum & domino dominantium male- dicens quomodo puniatur 201
Dialectica Iuriſprudentiæ diſpenſatrix ingenioſa & adminiſtra 6
Dialectica eloquium. ibid.
à Dictatore ſecundus equitum magiſter, in libera Repub. 120
Dictatura extra ordinem neceßitati data 30
Digeſtorum nomen unde 23

digni-

dignitatum ordo Senatorius primus 225. ſecundus equeſtris. ibid.
dignitatibus qui frui non debeant 340
dilationis tempus quod, altera litigantium parte renunciante 257
diocœſani ubi decimas ſoluere & ſepeliri debeant 329
diœceſis quid ſignificet 120
ſine Diſciplinæ neruis nulla ſocietas durabilis 116
diſcuſſores qui 211
diuinationum genus à quibus exortum 335. quotuplex. ibid.
diuini ſi deſiſtere noluerint, an excõmunicãdi. ibi.
diuortia ex quibus cauſis fiant 66
diuortiorum cauſæ iuſtæ quæ 352
doctrina Chriſtiana quid 115
domeſtici qui 123
dominæ cum ſeruo rem habentis pœna 202
dominus qua actione ex ſerui cõmercijs conueniatur 58
domini cognitio in cauſa propria ſuſpecta 282
inter Dominum et uaſallum contentione de beneficio orta, qualiter iudicetur 300
dominium quid 15. quomodo acquiratur 16. furto & ui non amittitur 54
dominia hæreditatum quomodo ab inteſtato acquirantur 18
è Domo ſua quis alium extrahere poßit 34
donatio ob cauſam eſt donatio 273. propter nuptias ſpecialis contractus 259
donationes inter uirum & uxorem 66
donationes iure ueteri non fuiſſe ſpecies contractus 199
Donatiſtæ 117
Dorotheus, Theophilus & Tribonianus, σύνδροι Inſtitutionum 5
dos quid 65. non numerata quando peti poßit 164. quando deberi incipiat 163. quãdo à uiro repeti poßit 165. quatenus retineri poßit 67. quemadmodũ matrimonio ſoluto petatur. ibid.
dotis ius & actiones 163. 164. legatum haud inutile 80
dote nulla dicta aut data, nihilominus eſſe coniugium 66
dotes quomodo dẽtur, dicãtur, & promittãtur 163
dotium ius 65
dubitantem pro ignorante cenſeri 298
duplæ ſtipulatio 63

E

Ecleſia cultrix & auctrix iuſticiæ 283. Epiſcopalis an uindicare queat, quæ monaſterio fuerant tradita 332. & beneficium an ei reddenda, qui libera ceßit uoluntate 332. pœnitentibus gremium non claudit 116. quæ feuda concedere debeat 281. quomodo peccata remittat & liget 355
Eccleſiæ abſolutio & excommunicatio ad ſalutẽ, reſipiſcentiã & exædificationem, nõ ad euerſionem data 356. bona pro publicis haberi 221
pro Eccleſiæ ingreſſu an pecunia ſit exigenda, uel perſoluenda 324
Eccleſiæ iudicia criminalia mitiora quàm iudicum ſecularium 355. res alijs datæ an iure firmiterq́; poßideantur 329. an & quõ donari poßit 348
aduerſus Eccleſiã an poßit præſcribere monaſterium 331
ad Eccleſiam confugientes ab eadem extrahi, nefas putatur 118
ab Eccleſia alia ad aliam tranſire an liceat 333
de Eccleſia et aliũde quæſita ad quẽ pertineãt 329
Eccleſiæ ſacroſanctæ, earundemq́; res & priuilegia 115
Eccleſiarum iura an præſcriptione tollantur 331
Eccleſia uti iure minorum 343
Eccleſiaſtici an & quatenus ſecularibus ſe immiſcere debeant 350
edictum quid, & unde dictum 118
effectum párere nullum, id quod eſt nullum 297
effractorum ædium & cuſtodiarũ pœna 101. 102
Electores ſeptem & Camera Imperialis in Imperio, præfecti prætorio 121
eleemoſynæ an fieri poßint de uſuris 330
in Elocatione puellæ utrum arbitrium ſerui patris, an liberi aui præponderet 337
emancipatis an rectè tutor teſtamento detur 11
emphyteuſeos & locationis diſcrimen 121

in Emphyteuſi bonorum Eccleſiæ nõnulla ſingu-
laria. ibid.
emptio & uenditio quid 60
emptionis cauſa. ibid. materia, forma, finis & ef-
fectus. ibid.
emptiōi ſimilis permutatio 160. affinis locatio 161
ex Emptione & uenditione quæ naſcantur actio-
nes 157.158.inde.
emptionum iudicia 60
empti & uenditi actiones ibid.
Epiſcopus an ab uno audiendus uel iudicãdus 325.
an abſq; ſynodali audientia damnandus 326.
an capellã in ſua diœceſi extructam, recté ter-
ritorij iure ſibi uendicet 331. an die Dominico
procedere potuerit. ibid. an duorum teſtimonijs
conuincatur 324. an permittere debeat, ut cle-
ricus propria Eccleſia relicta monaſterium in-
grediatur 332. an repoſcere poßit cathedram,
cuius commendatione illam alter accepit 327.
an ſacerdotem extra cognitionem ſynodalem
condemnare poßit 331. confeſſus aut conuictus
criminis ante ordinationem commißi, an ſuſce-
ptum officiũ exequi poßit. ibid. quæ feuda cõ-
cedere debeat 281. quid nomine cathedratici
poßit exigere à ſacerdotibus 328.329
ad Epiſcopi accuſationẽ q nõ admittãtur 326. 327
Epiſcopi aſſeuerationi ſimplici an fides adhibea-
tur 327. confeßio an tormentis potuerit extor-
queri 331. delictum Eccleſiæ non obeſſe. ibid.
ad Epiſcopi electionem an ſuffragia amicorum
pondus afferant 328
ad Epiſcopi ordinationem an baſilica cũ omni ſua
dote pertineat. ibid.
Epiſcopi ſententiæ iuſtæ contemptorem an irre-
parabiliter oporteat deponi 329
Epiſcopo an ad alterius prouinciæ archiepiſcopũ
liceat prouocare 327. an liceat clericos alterius
prouinciæ ſine literis proprij Epiſcopi ordina-
re 328. an liceat ſibi ſucceſſorẽ deſignare. ibid.
ab Epiſcopo accuſato an clericis liceat ante ſenten
tiam diſcedere. ibid.
ab Epiſcopo'ne an abbate ſint monachi ad ſacra-
mentorum adminiſtrationem inſtituendi 331
ab Epiſcopo quæſita an petere poßit monaſte-
rium 332
Epiſcopo uiuente, an alius in eadem poßit Eccleſia
ordinari 327
Epiſcopi Superintendentum nomen generale 341
Epiſcopi unde dicti 115
Epiſcopis an liceat condere teſtamentum 329. an
liceat res Eccleſiarum uſurpare 328
Epiſcopis & clericis an liceat ſua authoritate mo-
uere bellum 334. in ſententia dißidentibus, cu-
ius iudicium expetendum 327
Epiſcopalis audientia 116. audientiæ genera duo.
ibid.
epiſtolis non habere authoritatẽ rei iudicatæ 189
equeſtris ordo dignitatum ſecundus 225
ergolabi qui 159
error iuſtus 49. ſolus an faciat hæreticum 116
Ethicus ubi deſinit, ibi incipit Conſultus 6
Ethica Iuriſprudentiæ parens. ibid.
Eugenius pontifex 316
de Euictione quando agatur 63
Eunuchi qui 225
exceptio de dote cauta non numerata 164. quæ
ante litem conteſtatam proponenda 126
exceptio rei uenditæ & traditæ 63
exceptiones actiones excludunt 97. interdum loco
ſunt actionum. ibid.
excõmunicatio cui infligatur 355. Eccleſiæ, decla-
ratio eſt diuinæ excommunicationis 356
excommunicatio quæ irrita. ibid.
excommunicationis effectus 355
excõmunicatus ab Epiſcopo, an ab inferiore poſ-
ſit reconciliari 335. an aliũ poßit accuſare 326
excuſatio munerum quando detur, uel non 212.213
excuſationem munerum ſolidam quæ præſtẽt 213.
ex parte tantùm, quæ. ibid. 214.215. inde.
executio quib. modis tollatur 198.199. quomodo
impediatur aut tollatur 194
ad Exhibendum actio 47
expilatorum hæreditatum pœna 101.102
extraordinarium cum ordinario non concurrere,
regula ubi obtineat 132
exules an accuſare poßint 325

Fabria

F

Fabricenſes qui 217
falſum ubi committatur 204
falſi pœna 103.204
familia tota an pro peccato alterius ſit excommunicanda 335
familiæ erciſcundæ actio 47
feudum quid 272
feudum amiſſum ad quem redeat 294. an præſcriptione acquiratur 308. apertũ ad quem redeat. 278
feudum, beneficij quædam ſpecies 294
feudum datũ in uicem legis commiſſoriæ ut reprobetur 288. ex uaſalli delicto ad quẽ redeat 310
feudum Guardiæ & Caſtaldiæ 280
feudum in quibus conſiſtat 289
feudum ligium 310. manſi 280
feudum Marchiæ, Ducatus uel Comitatus 283
feudum paternum ut alienetur 302
feudum qualiter olim potuerit alienari 291 quando de camera ſit dandum 305. quando licitè alienetur 304. quando uaſallo in feudum dari poſsit 298
feudum quemadmodum ad filiam pertineat 288. quibus ex cauſis amittatur 298.299. quibus modis conſtitui poſsit 288. quibus modis amittatur 281.285.294
feudum quomodo amittatur 288. quot modis acquiratur 300. unde dictum 272.290
feudi acceſsiones 276. adiacentia 277.278. affinia 278. alienatio 277
feudi alienatio prohibita quæ comprehendere debeat 306. quomodo fiat 283
poſt Feudi alienationem ſi uaſallus id recuperauerit, quid iuris 303
feudi apertio 278. cauſæ efficientes 274. cognitio 289
feudi conditio ſi non ſit impleta, quid iuris 307
feudi conſolidatio 279. contraria 278
feudi controuerſia apud quẽ uel quos finiatur 285. apud pares terminanda 292
feudi cõtrouerſia inter dominum & uaſallum orta, qualiter & ubi terminanda 302
in Feudi controuerſia an teſtes remoueri debeant, qui pares eſſe deſierunt 393
feudi differentia ſpecifica 272. diuiſio 274
feudi dominus quando tradere cogatur 297
feudi effectus 277
inter Feudi emptorem & dominum controuerſia orta ut iudicetur 303
ad Feudi fidelitatẽ quatenus cogendus minor 297
feudi finis 277. forma 276
feudi fructus ad quẽ pertineant 308. cui cedãt 299
feudi inficiationis pœna 296
feudi inſtrumentum ſi falſum eſſe dicatur, qualiter procedendum 306
feudi interpretatio 279
de Feudi inueſtitura controuerſia mota, qualiter agendum 280.282.283.287.288
feudi materia 275. natura 281
feudi notæ quæ 273. propria. ibid.
feudi partes 274. ſpecies. ibid. præſcriptio 275
feudi præſcriptio longiſsima 296
feudi proprietas quando ad uaſallũ perueniat 298
feudi proprietate qualiter dominus priuetur 304
feudi quæſtio coram quo ſit uentilanda. ibid.
in Feudi quæſtione cuius iuramento ſtetur 303
feudi ſucceſsio 275.281.284.286
feudi ſucceſsionis natura 304
